LIBR DE
RE PUBLICA

I. H. S.

Siglo 16 Año 1528 - De re rustica. Cato, Varro, Columella, Pallad. Venetus.

(Archivo de Loyola).

L. Prieur

N. 4.

Biblioteca

Conuentus Insulensis S. P. Augustini

# LIBRI DE RE RVSTICA.

De lib. R. R.
Francisci Collo

M. CATONIS. LIB. I.

M. TERENTII VARRONIS LIB. III.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE. LIB. XII.

Eiusdem de arboribus liber separatim ab aliis: quare autem id factum fuerit: ostenditur in epistola ad lectorem.

PALLADII LIB. XIIII.

De duobus dierum generibus similiq; de umbris, & horis, quæ apud Palladium, in alia epistola ad lectorem.

Georgij Alexandrini enarrationes priscarum dictionũ, quæ in his libris Catonis: Varronis: Columellæ.

amb. marginem?

ANNO M.D.XXVIII.

INSTITUTO DE MUNICIPAL DE SAN SEBASTIAN

DD5 1V

Biblioteca

[illegible] temporis ætatis:
[illegible] focum sedenti magnum auri pondus Samnites cum [illegible]
[illegible]sent, spreto auro, magnificam illam uocem edidit:

non aurum habere præclarum sibi uideri: sed eis, qui haberent aurum: imperare: alter dictator factus: à uilla in senatum accersitus est. Hos ipsos libros summa mea in illos beneuolentia cum antiquis contuli exemplaribus: accurateq; emendaui adhibitamen iudicio amicorum, & doctorum hominum. tum Aldo nostro dedi, ut suis typis excudendos curaret: idq; cum factum sit non indiligenter, sanctitatis tuæ felicissimo nomini eos nuncupaui, cum ob meam erga illam summam obseruantiam, tum etiam, quia tu dignissimus omnium eo munere occurrebas. nam libri, in quibus de uitibus, & pastoribus, & pâribus familiarum tractatur, cui conuenientius dicari possunt, quàm ei, qui uitis est fœcundissima: qui pastor optimus: qui pater omnium? αὐτὸς ἔφη. Ego sum uitis uera, uos palmites. Ego pastor bonus, qui satago mearum ouium, & cognosco oues meas, & me illæ contra. Tu uero B. P. accipias uelim munus hoc, qualecunq; est, à iucundo seruo tuo benigna fronte: ut spero. facies, es enim persimilis dei: cuius locum tenes in terris. amat ille pium cor: amat puram mentem: amat simplicitatem offerentis, nõ munus. Venetijs Idibus Maij. M.D.XIIII.

*

ALDVS LECTORI .S.

ILlud significandum censui amice: & studiose lector: ordinem librorum Columellæ alium esse in hoc uolumine: quam in alijs, idq; iucundi nostri diligentia: qui primus eum librum: qui tertius erat: cuius principiũ est: Cum de cultu agrorum abunde primo libro præcepisse uideamur: non intempestiua erit arborũ: uirgultorumq; cura: quæ uel maxima pars habetur rei rusticæ: non adnumerandum libris Columellæ ad Syluinum deprehendit tribus præcipue rationibus, quarum prima est, quia hic idem est, cum eo, qui statim sequitur: quiq; incipit: Hactenus aruorum cultus, ut ait præstantissimus poeta. Nihil enim prohibet nos Publi Syluine de iisdem rebus dicturos celeberrimi carminis auspicari principia: sequitur arborum cura, quæ pars rei Rusticæ uel maxima est. Ecce uterq; est de arboribus: sed is, cuius principium: Hactenus aruorum cura: & maior multo est: & magis cultus. Secunda, quia in eo ipso libro, quem non adnumerandum diximus Columellæ hisce de re Rustica libris: nusquam nominatur P. Syluinus: ut fit in alijs omnibus. Tertia, quia si ille liber, ijs, qui sunt ad Syluinum: inseratur: accusandus foret Author indiligentia: qui de arboribus pomiferis: de Cythiso: de oliuis: & alijs quibusdam & in hoc, & in eo, qui nunc quintus est: tanquam oblitus tractauerit. Præterea quia in principio eius libri, qui incipit: Quæ ferè consumabant P. Syluine ruris exercendi, colendiq; scientiam: quæq; pecuariæ negotiationis exigebat ratio: septem memorauimus libris: nõ septẽ,

ſed octo foret dicendum : tum alijs in locis numerus librorum, qui apud Authorem legitur: eſſet falſus. quia ſi illum, ubi non eſt nomen Syluini : addideris: in eo libro, qui uillicus inſcribitur : quemq; undecimum eſſe librum ipſe dicit: his uerbis: Et hoc undecimum præceptum Ruſticationis: foret ſcribendum duodecimum. ſed perperam. nam cum alius alium librum ſemper citet: ut facile eſt quærenti cognoſcere: neceſſe eſt eum eſſe ordinem librorum, qui hic habetur: et ubi author ſeptimum dicit, ſeptimum, ubi nonum, nonum: ubi undecimum, undecimum eſſe oportere. Ipſum autem librum in fine totius operis curauimus imprimendum: ut & illum quis, cum libuerit: poſſit legere. an autẽ Columellæ ſit: an alterius: tuan qua re potius Columellæ eſſe uideatur: uideant alij: nobis enim non erat otium.

Vale.



IAm pridem decreui: quacunq; in re poſſum: prodeſſe ſtudioſis. Quam ob rem perquam utile uiſum eſt futurum: ſi hic de diebus & qui in uigintiquatuor partes, & qui in duodecim diuiduntur: tũ de horis, quæ ſunt apud Palladium: non nihil dicamus: Atq; eò magis, quod a perquam paucis ætatis noſtræ hominibus intelligantur. Dierum duo ſunt genera. alij naturales: alij ciuiles. Naturales, quibus nunc paſſim utimur: conſtant quatuor & uiginti partibus æqualibus ab occaſu ſolis ad alterum octaſum: quæ horæ appellantur, & græcæ ἰσημερινάς, latinæ æquinoctiales dicuntur. Ciuiles autem, ab ortu ſolis ad occaſum conſtant duodecĩ partibus inæqualibus: quæ græce καιρικάι, latinæ temporales, ſeu, quod idem eſt: uulgares nominantur. Atq; hæ duodecim partes hybernis ſolſtitijs breuiſſimæ ſunt: & tertia parte minores q̃ æquinoctiales: æſtiuis aũt longiſſimæ: eademq; tertia maiores q̃ illæ, &, quod ſequẽs eſt: uincũt hybernas duabus quartis: ſiue, quod idẽ eſt: dimidio. id qd̃ ſignificare uoluit Virgilius ouerſu, Anne nouum tardis ſydus te menſibus addas. ideſt Iunio, & Iulio, quibus horæ longiſſimæ ſunt. At Vere, ſole Arietem, Autumno Libram ingrediente: pares ſunt æquinoctialibus: eædẽq; ab hyberno Solſtitio ad æſtiuum cum die creſcente creſcunt: ab æſtiuo autem ad hybernum cum eodem decreſcente decreſcunt. Et quoniam ſinguli dies ciuiles, ac noctes totius anni, horis duodecim continentur. Sexta diei hora ſemper eſt Meridies: & prima incipit oriente ſole: Duodecima eodem occidente finitur. Verbi gratia, menſe Martio cum hæ ipſæ

horæ temporales fere pares sunt æquinoctialibus: Prima horà diei ciuilis est eadem cum tertiadecima diei naturalis. Secunda, eadem cum quartadecima. Tertia, cum quintadecima. Quarta, cum sextadecima. Quinta, cum decimaseptima. Sexta, cum decimaoctaua. Septima, cum decimanona. Octaua, cum uigesima. Nona, cum uigesima prima. Decima, cum uigesimasecunda. Vndecima, cum uigesimatertia. Duodecima, cum uigesimaquarta. Illud igitur in sacris literis: A sexta autem hora usq; ad nonam, tenebræ factæ sunt super uniuersam terram: intelligendum est à Decimaoctaua hora, usq; ad uigesimam primà diei naturalis: ut nunc horæ aguntur. Nam apud ueteres, Solaria in horas tam noctis, quàm diei temporales non æquinoctiales diuidebantur. Mense autem Iunio: cum horæ quamlongissimæ sunt: prima hora temporalis, est eadem, quæ nona cum tertia parte decimæ æquinoctialis: Secunda, quod reliquum decimæ cum duabus tertijs undecimæ. Tertia, quæ duodecima cum tertia parte undecimæ. Atq; ita singulæ tres horæ temporales continent quatuor æquinoctiales. Pari modo, quarta est eadem quæ tertiadecima cum tertia parte quartædecimæ. Quinta, quod reliquum quartædecimæ cum duabus tertijs quintædecimæ. Sexta, quod reliquum quintædecimæ cum integra sextadecima. & est meridies. Item tres temporales Septima: Octaua: Nona, sunt eædem, quæ quatuor æquinoctiales: uidelicet decimaseptima: decimaoctaua: decimanona: uigesima. Item decima: undecima: duodecima, eædem quæ uigesimaprima: uigesimasecunda: uigesimatertia: uigesimaquarta. Non ab re hic uisum est subiungere epigramma Martialis ad Euphemum structorem Domitiani: ubi harũ horarũ temporaliũ meminit: est aũt hoc.

Prima salutantes: atq; altera detinet hora.
Exercet raucos tertia causidicos.
In quintam uarios exercet Roma labores:
Sexta quies lassis: septima finis erit.
Sufficit in nonam nitidis octaua Palæstris.
Imperat extructos frangere nona toros.
Hora libellorum decima est Eupheme meorum:
Temperat ambrosias cum tua cura dapes.
Et bonus ætherio laxatur nectare Cæsar:
Ingentiq; tenet pocula parca manu.
Tunc admitte locos. gressu timet ire licenti
Ad matutinum nostra Thalia lauacrum.

Horæ autem, de quibus agit Palladius: sunt quæ diem ab ortu solis ad occasum diuidunt, in partes duodecim: quæ umbris sic deprehenduntur. Fiat Planities quadrata ad regulam, & libellam in loco aperto: qui toto die illustretur a sole: spectetq; uno latere Septentrionem, alio Meridiem: Solem alio orientem: occidentem alio. Deinde in medio quadrati collocetur indagator umbræ: qui Græce γνώμων seu σκιαθήρας dicitur, obserueturq; prima dies cuiusuis mensis: Verbi gratia Ianuarij: idq; cœlo sereno. tũc tacto gnomone a solis radijs: umbra gnomonis prima hora diei erit longa pedes 29. Secunda 19. Tertia 15. Quarta 12. Quinta 10. Sexta 9. atq; hac hora, semper (ut dixi) est Meridies, tunc enim sol altissimus facit umbras breuissimas. Deinde incipit declinare, & descendere ad occasum: atq; umbræ eadẽ, qua decreuerant: men-

ſura, augentur. quo fit: ut ſeptima hora, quæ eſt prima poſt meridiē, umbra gnomonis ſit longa pedes 10. & reſpondeat quintæ antemeridianæ (nā horæ ante ſextā, ante meridianæ, poſt ſextam pomeridianæ appellantur) octauæ ſit longa pedes 12. & reſpondeat quartæ. Nona, 15. quanta fuerat tertia. Decima, 19. quot pedū erat ſecunda. Vndecima, 29. quot prima. Et quoniā in horarum ſpatio Ianuarius cū Decembri menſe conuenit: eædē erūt umbræ ſingulis horis hoc menſe, quæ & Ianuario. Idem quoq; faciendū eſt in cæteris menſibus: ut bini ſcilicet computentur: & Februarius in horarum menſura cū Nouembri menſe concordet. Martius cum Octobri. Aprilis cum Septembri. Maius cum Auguſto. Iunius cū Iulio: quemadmodū in fine cuiuſq; menſis apud Palladiū licet uidere. Illud apud eundem in fine poſtremi menſis his uerbis Decembrem Ianuario in horis cauſa diſpar adiunxit: cū linea ſimili ille augeatur: hic decreſcat: intelligendū eſt & de umbris: quod tam ante meridiē, q̄ poſt, pares, at q; eædem in ſingulis binis menſibus ſint: idq; diſpari cauſa: & de diebus: quos conſtat ſex menſibus augeri: & ſex decreſcere. Nam etſi eadē quantitate ſunt horæ menſe Ianuario: qua & Decembri: eademq; menſe Februario: qua & Nouembri: & ſic in reliquis paribus: quemadmodū Author oſtendit: tamen ex ſingulis paribus quantū augetur alter: tantū alter diminuitur. Aſcendente enī Sole à Capricorno ad Cancrū (ut ſupra diximus) dies ſemper augentur: Decreſcūt contra deſcendente illo à Cancro ad Capricornum. Notandū præterea: creſcentibus diebus, decreſcere ſemper umbras gnomonis: contra, decreſcentibus illis: has ſemper augeſcere. & hinc eſt: quod menſe Ianuario cum dies breuiſſimi ſunt, & augentur: prima hora diei umbra gnomonis eſt longa pedes. XXIX. Februario, quæ eſt longiſſima. XXVII. Martio, XXV. Aprili, XXIIII. Maio, XXIII. Iunio, XXII. Menſe aūt Iulio, cū dies longiſſimi ſunt: et decreſcūt, prima hora diei umbra gnomonis eſt longa pedes. XXII. quæ eſt breuiſſima. Auguſto, XXIII. Septembri, XXIIII. Octobri, XXV. Nouembri, XXVII. Decembri, XXIX. Id quod ut melius cognoſcatur: ſubiunximus et eos menſes: quibus dies augentur: umbris decreſcentibus: & eos, quibus dies decreſcunt: umbris creſcentibus. Incepimus autē ab Ianuario, & Iulio: quorū altero dies ſunt breuiſſimi: & ſemper augentur uſq; ad Solſtitiū æſtiuū: & umbræ longiſſimæ: ſed decreſcunt: quandiu dies augentur. Altero dies ſunt longiſſimi, & ſemper decreſcūt uſq; ad Solſtitium hybernum: & umbræ breuiſſimæ: ſed augentur: quandiu dies decreſcunt. Et licet à Solſtitijs incipiendum fuiſſet: quæ Decembri, & Iunio fiunt: tum cq; dies uel augeri: uel decreſcere incipiūt: tamen incrementa, uel diminutiones dierum cum diminutionibus, incrementisq; umbrarum ſic facilius dignoſcuntur. qua quidē re cognita: & diſpar illa cauſa cognoſcetur: qua in horarū ſpatio Ianuarius Decembri: Februarius Nouembri: Martius Octobri: Aprilis Septembri: Maius Auguſto: Iunius Iulio adiuncti: linea ſimili, ut ait Palladius, augentur, uel decreſcunt.

Ianuario augentur dies: & umbræ decrescunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| hora | 1 ped. | 29 | hora | 1 ped. | 22 |
| hora | 2 ped. | 19 | hora | 2 ped. | 12 |
| hora | 3 ped. | 15 | hora | 3 ped. | 8 |
| hora | 4 ped. | 12 | hora | 4 ped. | 5 |
| hora | 5 ped. | 10 | hora | 5 ped. | 3 |
| ❧hora | 6 ped. | 9 | ❧hora | 6 ped. | 2 |
| hora | 7 ped. | 10 | hora | 7 ped. | 3 |
| hora | 8 ped. | 12 | hora | 8 ped. | 5 |
| hora | 9 ped. | 15 | hora | 9 ped. | 8 |
| hora | 10 ped. | 19 | hora | 10 ped. | 12 |
| hora | 11 ped. | 29 | hora | 11 ped. | 22 |

Iulio decrescunt dies: & umbræ augentur.

Februario augentur dies: & umbræ decrescunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| hora | 1 ped. | 27 | hora | 1 ped. | 23 |
| hora | 2 ped. | 17 | hora | 2 ped. | 13 |
| hora | 3 ped. | 13 | hora | 3 ped. | 9 |
| hora | 4 ped. | 10 | hora | 4 ped. | 6 |
| hora | 5 ped. | 8 | hora | 5 ped. | 4 |
| ❧hora | 6 ped. | 7 | ❧hora | 6 ped. | 3 |
| hora | 7 ped. | 8 | hora | 7 ped. | 4 |
| hora | 8 ped. | 10 | hora | 8 ped. | 6 |
| hora | 9 ped. | 13 | hora | 9 ped. | 9 |
| hora | 10 ped. | 17 | hora | 10 ped. | 13 |
| hora | 11 ped. | 27 | hora | 11 ped. | 23 |

Augusto decrescũt dies: & umbræ augentur.

Martio augentur dies: & umbræ decrescunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| hora | 1 ped. | 25 | hora | 1 ped. | 24 |
| hora | 2 ped. | 15 | hora | 2 ped. | 14 |
| hora | 3 ped. | 11 | hora | 3 ped. | 10 |
| hora | 4 ped. | 8 | hora | 4 ped. | 7 |
| hora | 5 ped. | 6 | hora | 5 ped. | 5 |
| ❧hora | 6 ped. | 5 | ❧hora | 6 ped. | 4 |
| hora | 7 ped. | 6 | hora | 7 ped. | 5 |
| hora | 8 ped. | 8 | hora | 8 ped. | 7 |
| hora | 9 ped. | 11 | hora | 9 ped. | 10 |
| hora | 10 ped. | 15 | hora | 10 ped. | 14 |
| hora | 11 ped. | 25 | hora | 11 ped. | 24 |

Septembri decrescunt dies: & umbræ augentur.

Aprili dies augentur: & umbræ decrescunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| hora | 1 ped. | 24 | hora | 1 ped. | 25 |
| hora | 2 ped. | 14 | hora | 2 ped. | 15 |
| hora | 3 ped. | 10 | hora | 3 ped. | 11 |
| hora | 4 ped. | 7 | hora | 4 ped. | 8 |
| hora | 5 ped. | 5 | hora | 5 ped. | 6 |
| ❧hora | 6 ped. | 4 | ❧hora | 6 ped. | 5 |
| hora | 7 ped. | 5 | hora | 7 ped. | 6 |
| hora | 8 ped. | 7 | hora | 8 ped. | 8 |
| hora | 9 ped. | 10 | hora | 9 ped. | 11 |
| hora | 10 ped. | 14 | hora | 10 ped. | 15 |
| hora | 11 ped. | 24 | hora | 11 ped. | 25 |

Octobri dies decrescunt: & umbræ augentur.

Maio augentur dies: & umbræ decrescunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| hora | 1 ped. | 23 | hora | 1 ped. | 27 |
| hora | 2 ped. | 13 | hora | 2 ped. | 17 |
| hora | 3 ped. | 9 | hora | 3 ped. | 13 |
| hora | 4 ped. | 6 | hora | 4 ped. | 10 |
| hora | 5 ped. | 4 | hora | 5 ped. | 8 |
| ☞ hora | 6 ped. | 3 | ☞ hora | 6 ped. | 7 |
| hora | 7 ped. | 4 | hora | 7 ped. | 8 |
| hora | 8 ped. | 6 | hora | 8 ped. | 10 |
| hora | 9 ped. | 9 | hora | 9 ped. | 13 |
| hora | 10 ped. | 13 | hora | 10 ped. | 17 |
| hora | 11 ped. | 23 | hora | 11 ped. | 27 |

Nouembri dies decrescunt: & umbræ augentur.

Iunio dies augentur: & umbræ decrescunt.

| | | | | | |
|---|---|---|---|---|---|
| hora | 1 ped. | 22 | hora | 1 ped. | 29 |
| hora | 2 ped. | 12 | hora | 2 ped. | 19 |
| hora | 3 ped. | 8 | hora | 3 ped. | 15 |
| hora | 4 ped. | 5 | hora | 4 ped. | 12 |
| hora | 5 ped. | 3 | hora | 5 ped. | 10 |
| ☞ hora | 6 ped. | 2 | ☞ hora | 6 ped. | 9 |
| hora | 7 ped. | 3 | hora | 7 ped. | 10 |
| hora | 8 ped. | 5 | hora | 8 ped. | 12 |
| hora | 9 ped. | 8 | hora | 9 ped. | 15 |
| hora | 10 ped. | 12 | hora | 10 ped. | 19 |
| hora | 11 ped. | 22 | hora | 11 ped. | 29 |

Decembrĩ dies decrescũt: & umbræ augentur.

SED SCIENDVM: PRIMOS QVOSq; dies mensis descriptos tantùm à Palladio: nec tantas fore umbras cæteris diebus cuiusq; mensis: quantæ fuere primis: si quis eas describeret: sed semper uel minores: cum dies crescunt: uel maiores illis decrescentibus. quæ si describerentur omnes: magnum efficerent uolumen esset præterea opus multis annis: si id fieret in Europa. nam cum oporteat singulos quosq; dies totius anni ab ortu solis ad occasum tunc esse serenos, nec id contingat unquam in Europa: obseruandi forent dies serenu multorum annorum: donec omnes describerentur. Quod quia laboriosum est: & longi tædij plenum: nec Palladius fecit: nec alius quisquam: nec forte erit unq̃ qui faciat. Sed de his hæc satis. tu uero

Lector carissime Vale:

& me ama.

# LIBRI DE RE RVSTICA.

M. CATONIS, LATINARVM LITERARVM (TEST. PLIN.) PARENTIS, LIB. I. DE REBVS RVSTICIS.

M. TERENTII VARRONIS, IN OMNI LITERARVM GENERE PRINCIPIS. III. DE AGRICVLTVRA LIBRI.

L. IVNII MODERATI COLVMELLAE LIB. XII.

PALLADII LIB. XIIII.

Biblioteca

GEORGIVS ALEXANDRINVS
Petro Priolo M. filio Veneto. S.

PRiſcas dictiones de tribus rei ruſticæ ſcriptoribus annotatas, ut tibi latinæ elegantiæ ſtudioſo patricio morem gererem, pro tempore breuiſſime enarraui. Quanquam aut plura annotaſſem, aut enarratius eas interpretatus eſſem, ſi mihi uel plus otij à lectione publica relictum, uel maius ab impreſſoribus ſpatium conceſſum fuiſſet. Nam tu optimus teſtis es, hos libros potius tranſcurſim, & in tumultu perlectos, quàm diligentius emendatos fuiſſe, adeo me morbo grauiter tentatum impreſſores urgebant. Cætera mi Petre, ſi ἀκριβέστερον ruſtica præcepta euolueris, magna ex parte ſine tradente cognoſces. Illius tamen & te, & reliquos, qui Catonis, Varronis, & L. Columellæ libros legent, commonefacio, ut de multis medicos conſulãt, alia ab herbarijs diſcãt, nonnulla à ueterinarijs requirant. Sed ante omnes eum adeant uirum, quem diutius ruri uerſatum colendo agro, tuendo pecori, fructibus condendis, ſalgamisq; faciendis egregie operam dediſſe nouerint, quando res, diſciplinaq; ruſtica potiſſimum uſu, & experientia docente habeatur. Vale.

ENARRATIONES BREVISSIMAE priſcarum vocum MarciCatonis.

Oletum, conſitus olea locus.
Centones, ex pannis, vel lanis diuerſorum colorum in vnum condenſatis, vel conſutis fiebant.
Cucullones idem putamus, quod cucullos.
Reijculæ oues, quæ ætate, vel morbo graues reijciantur.
Pollintorẽ, curatorẽ piſtrini, à polline dictum nomen.
Corrudam, ſylueſtrem aſparagum vocant.
Clathri, ligna ſunt caucarum, vel quibus aliquid munitur, aut ſepitur, inde clathratæ feneſtræ.
Clitellæ dicuntur ea, quibus ſarcinæ colligatæ mulis portantur, inde muli clitellarij.
Bulbi megarici, ϕ Megaris ciuitate Græciæ venirent, & genus eſt cepæ.
Medi pontus, inſtrumentum funarium.
Myrtum coniugulum, id eſt coniugalem, à coniugijs.
Orchites, teſticulares oliuæ.
Pauſia à patiendo, oliua.
Oſtũ vocauerũt priſci, qđ ex vno facto olei reficitur.
Factum vero dicebant, quod vno tempore conficerent, quem alij centum ſexaginta modiorum, alij centum viginti faciebant.
Lauream, & laurũ, & mutata diphthongo loream pro eodem accipit Cato: alij folia diſtinguunt appellatione laureæ.
Delphica laurus, quod victores Delphis ea coronarentur, & eſt viridior laurus. cypria vero folio breui, nigro per margines imbricato criſpa.
Matellionem à matella deriuari ſentimus, & eſt aquarium vas.
Truſatiles molæ, alio nomine manuariæ, quod manibus trudantur.
Aſinariæ molæ grauiores ſunt, & immobiles.
Heluolum, color inter rufum, & album, vnde heluolæ vuæ, & heluolum vinum.
Amineum, genus vitis, à regione Aminea.

Antepagmenta, valuarum ornamenta, quæ antibus adpinguntur, id est affiguntur.

Trulleum, vas, quo manus perluuntur. Trulla tamen, & trua, vas, quo è culina in latrinam aquam fundant.

Cocula, vasa ænea coctionibuus apta.

Incerniculum, ab incernendo, genus est cribri.

Pedicinus, idem quod pes dicitur, & petiolus.

Nasiterna, vas aquale est.

Delitiares tegulæ à delitia tigno dictæ, has alij colliciares vocant.

Abacus, mensa structoria, & coquinaria.

Solium, & labrū vasa sunt, quibus in balneo vtebantur.

Falces scirpiculas à scirpando, id est à ligando, nam his vtuntur in vinea liganda.

Sparteæ à sparto, est enim spartum herba hiberica, latini quidam interprætantur genistam.

Infundibilum, quo in vasa liquores infundimus.

Amerinæ ab Amerino oppido, vbi plurima erat salix amerina, quam nunc vulgus appellat agnum castum.

Scutriscum, vasis genus, & videtur ex figura græca deriuari à scutra.

Inibi, sic & mox.

Sublinat, id est pinguat.

Polubrum, vas aquatile.

Lingula diminutiuum à lingua, videturq; significare hic lignum, vel lapidem concauum, qua aqua, vel vinum confluit. Sed de hac dictione plura in plautinis quæstionibus dicemus.

Clostra, à claudendo.

Robustus, à robore.

Ligneas abilice, possessiuum.

Pauito, ferito & percutito.

Torriuum, vinum est noui ssime expressum.

Distabescat, valde tabescat, absumatur; corrumpatur, colliquescat.

Aquifolios, ab arbore aquifolio.



Indidem, idem, mox, ab inde, & idem.

Equile ab equo, vt ouile, & bouile.

Coagmenta, coniunctiones arctæ, & compares, à cogendo, id est stringendo.

Rufrimateriæ, & Pompeij, sunt oppida campaniæ.

Præliganeum vinum à prælegendo.

Lorea, & lora fit maceratis aqua vinaceis.

Ablaqueare, à lacu deriuatur: & est quando terra resossa, radices superiores recidimus.

Glubito, corticem detrahito, de quo plura in plautinis quæstionibus.

Rapina à rapo similiter & rapitium.

Rudetum, terra, quæ prius rudis fuerat, & inculta, tum autem arata.

Carios us à carie, est enim caries putrilago, & vetustas.

Cementa, lapides, quibus ædificia consurgunt.

Silenti luna, cocunte luna, hoc est interlunio.

Taleæ scissiones sunt lignorum, & præsegmina.

Sesquipes, pes vnus cum dimidio alterius.

Meta dicitur congeries, vel strues in acutum tendēs, quæ græce πυραμις dicitur.

Epistates, præceptor siue præfectus rei faciendæ.

Compitalia, dies festi à compitis, nam compita dicuntur in quæ multæ viæ conueniunt.

Sculponeas, calceos putamus ex lana confectos.

Halecem fœminini generis apud Catonem minuti, & vilis piscis genus putamus esse, quanquā alibi ex intestinis piscium fecem legamus, quæ ganeæ olim materiam præbuit.

Oleitas, siue oletas, vt oliuitas, est tempus legendarum oliuarum, & fructus oleæ.

Leguli, olearum lectores.

Factores dicuntur, qui oleum faciunt, inde factus.

Capulatores, qui capulis oleum deplent, sunt enim capulæ ansata vasa.

Fracescere dicuntur oliuæ, quæ collectæ caldore & vetu

state putrefiunt.

Stringere, decerpere, & colligere, inde strictiuæ oliuæ, quæ manu leguntur ad differentiam caducarum.

Deplere, euacuare.

Imbuere est inficere, & primum intingere.

Patibulum, sera est lignea.

Fraces, oliuarum sunt carnes, & inde feces.

Cortina, vas, quo oleum, vel liquidum aliud influit.

Vlpicũ genus allij, cui alio nomine dicitur alliũ libycũ.

Depsiticum a depsendo, est enim depsere subigendo manibus aliquid molle, & tenerum reddere, quo verbo frequentur vtitur Cato,

Condepsere est commiscere, & mollire subigendo, quod verbum à græco fit δρύφω.

Similago, & similia sunt delitiæ farinæ triticeæ.

Alica fit ex zea, ζέα græci speltam dicunt.

Spira dicitur basis columnæ vnius tori, & genus operis pistorij, & funis nauticus in orbem conuolutus.

Sphæricum à sphæra, idest rotunditate.

Amylum, sine mola factum.

Cremor lac expressum ex grano aqua macerato.

Mæna, piscis est.

Serta campanica herba est, quam mellilotum dicimus.

Pauicula à pauiendo, idest feriendo dicta.

Schœnus, arbor lentisci.

Grossi, sunt primitiuæ ficus.

Infriare est terendo aliquid digitis leuiter inspergere.

Conuoluolus à conuoluendo, & est vermiculi genus, qui se inuoluit pampino, vnde & inuoluolus dictus.

Acceptabuli mensura cum dicitur, heminæ significatur pars quarta, idest drachmæ quindecim.

Concinnare, apte componere, nam cinnus cõmistio est.

Insipiat, id est alterando fiat insipidum, quanq̃ alibi legatur, cum far incipiat.

Veratrum, helleborus.

Laserpiciatum à laserpicio, est autẽ laserpicium silphiũ,



asam nunc vocant.

Epityrum, quanquam sine e legi censemus pityrum, ex confractis oliuis fit, ex quibus etiam nomen traxit.

Lotium, vrina est.

Ischiaci dicuntur ἀπὸ τοῦ ἰσχίου, id est à coxendice, de qua dictione plura alio loco.

Tormina à torquendo, morbus, quod torqueat, vnde tormin osus.

δυσπεψία græce, latine male & difficilis concoctio.

Codicillus diminutiuum à codice, est autem codex arboris robur.

Culigna, vas proprie vinarium.

Pollucere, verbum est sacrificale, & reddentium libamẽta deis, de quo plura in enarratione plautinarũ vocũ.

Fertũ dictũ, quod ad sacra feratur, & est sacrificij genus.

Subsillum à stillando dictum, est autem ægritudo, quãdo stillatim vrina emittitur.

Strues dicebantur extructiones rerum, & propriæ in sacrificijs.

Catellæ, diminutiuum à catena.

Partiarius à partiendo dictus, & is est, cum quo aliquid commune habemus, & partimur.

Pinso, & piso in eodem sensu, est in pila tondere, vel molis frangere.

Ductarius, funis, qui per orbiculos trochleæ traijcitur.

Trochleæ, siue trochalia, instrumenta cum orbiculis ad subleuanda, & deprimenda onera.

Subscudes appellantur tabellæ, quibus tabulæ inter se cõfiguntur, quia quo innituntur succidit. Pacuuius. Nec vlla subscus cohibet compagem.

Solitaurilia, hostiarum trium diuersi generis immolatio neni significant, hoc est tauri, arietis, verris

Strãguria, difficultas vrinæ, quãdo guttatim micturiũt.

Collucare est, cum profanæ syluæ rami deciduntur officientes lumini.

Viduertas, calamitas dicitur, quod bonis viduet.

Auerunces, auertas depellas.
Aceat, ideſt acidum fiat.
Muceat, mucorem contrahat.
Cotyla, genus eſt menſuræ.
Præcidanea à præcidendo, quemadmodum ſuccidanea à ſuccidendo, & erat hoſtia pro frugibus.
Canterius, equus, cui adempti ſunt teſticuli.
Recipere eſt excipere ad vſum ſuum, & reſeruare. Inde recipitur domino, ideſt reſeruatur domino.
Sectarius porcus, qui gregem præcedens ducit.
Inciles foſſæ dicuntur ad deducendam aquam factæ, idē & incilia.
Eabus, pro eis vtitur Cato, & eſt ablatiuus ab ea.
Stramenta à ſternendo.
Turunda, panificij genus.
Pocillum à poculo deriuari videtur.
Concoqui dicitur cibus calore ſtomachi.
Eſitare forma frequentatiua à ſupino eſum deriuatur.
Bilis atra, melancolia dicitur.
Capis capidis genus vaſis, inde per diminutionem capidula à capiendo.
Apinia ab Apio braſſica, quā græci σελινάσιον vocāt.
Loci locorū, vulua proprie duntaxat in fœmina, de qua plura alibi dicam.
Intertrigo ab intertero, quando ſimul membra interteruntur, & confricantur, accedente ſudore.
Luxa, & luxata membra ſuis locis mota, & ſoluta.
Coxendicem coxam exponit Nonius, de qua dictione enarratius ſcribemus.
Perna à pede dicitur, vel à græco πτέρνα.
Romanenſis ſal, qui romæ venditur.

Reliqua interpretentur alij. Multa tamen inſtrumentorum arborum herbarum, & vaſorum nomina præterimiſimus, quæ lector mediocriter peritus, ſi modo diligens fuerit, per ſe cognoſcet.

# VARRONIS ENARRATIONES NONNVLLARVM Dictionum Marci Varronis.

Conſenteis deos, è quibus conſentia ſacra dicuntur, quæ ex conſenſu multorum ſunt ſtatuta.
Aedituus is dicitur, qui ſacras ædes curat. Priſci tamen dixere æditimum.
Robigo deus, quem putabant robiginem auertere, eſt autem rubigo morbus ſegetum.
Ruſtica vinalia quartodecimo Calend. Septembris celebrabant, quo die primū vinum in vrbem deferebāt.
Semētine feriæ à ſemente, quod ſationis cauſa ſuſceptæ.
ἀμπελόεσσαν, ἀμπέλους ἔχον vitibus plenam.
πολύπυρον, multi frumenti.
Pinacothecæ, vbi tabulæ reponuntur.
Oporothecæ, vbi ſeruantur fructus autumnales.
Pomerium, locus poſt mœnia.
Fructuis, genitiuus à fructu, vt ab anu anuis.
Compaſcat, inde compaſcuus ager dicitur, qui relictus ad paſcendum communiter vicinis.
ἱσῶνας, textoria.
Figlinæ à figulis dictæ.
Referre acceptum, eſt fateri ſe ab alio accepiſſe.
Obſtrigilandi cauſa, detrahendi, mordendi, repugnādi.
φυτῶν hiſtorias, plantarum hiſtorias. Sic φυσικῶν αἰτίων ideſt cauſarum naturalium, ſic enim Theophraſtus libros inſcripſit.
Glaber, glabra, glabrum, depilem ſignificat.
Luridus, ſupra modum pallidus.
Sybaris, ciuitas Calabriæ.
Tubuli, fiſtulæ ſunt maiores fictiles.
Cædua ſylua à cædendo.
Roſea, campus appellatur in agro reatino, quod in eo arua rore humida ſemper ſerantur.
Pedamentum, palus, quo vinea ſuſtinetur.
Acratophoron vinum, puto legendum eſſe græce ἀκρατοφόρον οἶνον.

Compluuiata vitis dicta à cauis ædium compluuijs.
Musipulis, ideſt inſtrumentis ad mures capiendos.
Pandatheria, inſula in puteolano ſinu.
Interdius: pro interdiu.
Frietur, teraturdigito, inde compoſitum adfrio.
Iuglandes ſunt nuces, quaſi Iouis glandes.
Obęrati dicuntur obligati ab ære.
Cohortes ſunt villarum intra maceriem ſpatia.
Triclinium eſt conclaue à tribus lectis ſternendis.
Longurius, pertica eſt longior.
Repaſtinari ager is dicitur, cuius natura fodiendo muta tur. De origine, & ſignificato eiuſdē plura Columella.
Olea conditanea, quæ condi, vel condiri poteſt apte.
Adſerunt, iuxta ſerunt.
Seſquimenſis dicitur menſis vnus cum dimidia parte al terius, hoc eſt octaua pars anni.
Veterina animalia dicuntur, quæ vehere quid poſſunt.
Bipalium, inſtrumentum eſt ad fodiendum.
Medica, herba eſt, quæ & melica, quæ ſemel ſata decem annis durat.
Etymon, recta interpretatio.
Pæminoſa, mali odoris à pædore dicta.
Melimela per ſimplex. l. vtrobiq; , ſunt poma muſtea à μέλι ideſt mel, & μῆλον malum, quod mellis ſapo rem habeant.
Foriculis diminutiuum videtur à foris.
Orbiculata poma à figura orbis in rotūditatē circūacti.
Retrimentum á reterendo deduci videtur. Plynius recre mentum dicit.
Viere eſt vincire, vel inflectere.

## SECVNDI LIBRI.

περιστερεών, columbarum.
ἀποδυτήριον, apoditerion, locus, vbi deponebant ve ſtes ante ingreſſum balnei.
Periſtylus, locus columnis clauſus.
ὀρνιθών ornithon, auiarium.



πολυάρνας polyarnas, multorum agnorum.
πολυβότας polibutas, multorum boum.
πολυμήλας polymelas multarum ouium,
ἵππιον ἄργος quod & achaicum dicebatur, peloponne ſi vrbs, et videtur ab equis dictum.
Boſporus, bouis tranſitus, ratio tamen exigit, vt boſpo rus dicamus.
Thracius à Thracia, oſtium ponti, per quod in propon tida influit pontus.
Cimerius, vbi iungitur pontus mæoticæ paludi.
Parilia, feſta Palis paſtorum deæ. Vbi notandum, quòd in hac dictione mutatur l in r.
Anniculus, vnius anni.
Seminio, pro ſemine.
Bima duorum, trima trium, quadrima quatuor annorū.
Luſitania pars eſt vlterioris Hiſpaniæ , quam nunc Portugalliam appellant, dictam dicunt à luſu Bacchi.
Olyſſippo Luſitaniæ , vrbs , quæ noſtris temporibus Vliſbona dicitur.
Sacer mons, eſt (vt opinamur) ſacrum promontorium, quod nūc appellant caput ſanćti Vincentij.
Hipenemium, à vento natum, vel factum.
Palmulæ cariotæ, ἀπὸ τοῦ κάρας id eſt à capite. Sunt enim palmulæ iniquæ capiti.
Raui coloris appellantur , qui ſunt inter flauos , & cæſios.
Melanthius apud Homerum in odyſſea ſeruus Vlyſſis, quem herus fœda morte reuerſus domum affecit.
Gurgulio pars gutturis, per quam pulmo attrahit, & red dit ſpiritum.
Matrices dicuntur, quæ ad progenerandum aptæ ſunt, et plerumq; in gallinis.
Succidia à ſuibus edendis dicta. Succidium exponit No nius pro larido.
Abortet, aborſum faciet.
Tomacinæ, quæ apud alios tomacula, & canacæ, edulia

ex carne porcina.

Petaso est coxa cum crure porcino salita.

Turduli, populi sunt Hispaniæ.

Basculi, populi item Hispaniæ.

Menalippa, mulier, quæ cum Booto filio ad meta pontū delata fuit, vbi sacram ædem habuit.

Βόπαιδα, magnum puerum.

Βόπεινα, magna fames.

Βοῶπις magnos oculos habens.

Εὔμαστος magnam mammam habens.

Noxis præstari, idest pro damno satisfacere, & emptorē indemnem facere.

Flutæ, murenæ dicebantur in freto siculo, quæ græce πλῶται.

Desultor, vnde & desultorij equi, & desultores, qui olim in cursum agebant singulos equos, vt nunc faciunt, qui eos ad brauium, vt currant, aluntur.

Ephippium, stragulum, quo equus insternitur.

Vari dicūtur obtortis cruribus introrsum, vt putamus. Nam in exteriorem partem obtorta crura habentes vacciæ dicuntur.

Salire proprie dicuntur animalia ratione carentia, quando fœminam mares ineunt. Ab eo fit salior, vnde lata salitur ouis. Et salax salacis nomen hoc est in coitu fortis, & creber.

Vegrandes, male grandes paruæ, & minutæ.

Ricinus, vermis est exitum non habens, canes acrius in festrans, atq; boues.

Aestiua vbi æstatem, hyberna vbi hyemem aguntarmē ta, & greges.

Phrigia, & Lycaonia, regiones Asiæ minoris.

Floci, particulæ lanæ diuisę ab velleribus.

Διφθέρα diphthera, vestis, pastoricia ex pellibus ouium, aut caprarum.

Salentini, populi Calabriæ.



## LIBRI TERTII.

Cataclysmus, diluuium inundatio.

Salaria via dicta, quoniam ex illa sal in Sabinos portari consueuerat.

Ogyges, rex Thebarum, sub quo diluuium factum est.

Initia latinæ, μυσήρια græce.

Sine afflatu, idest sine nota aspirationis.

Tectorium, illinimentum, & quasi pauimentum parietis, atq; incrustatio.

Lithostratus, locus est lapidibus stratus, si verbum græcum proprie interpretari volumus. Verum lithostrata ex paruulis crustis constabant, quibus solum pauimentum incrustabatur.

Pauimentum à pauiendo. idest à feriendo dictum.

Emblema ex origine dictionis, quæ græca est significat tesserulas, quibus instrata pauimenta variantur, & versicoloria fiunt.

Comitia ædilitia, in quibus ędiles creabantur.

Sectores dicti sunt, qui specie lucri sui secuti bona condemnatorum auctionabātur, proq; his pecunias pensitabant singulis, sectio vero ipsa actio.

Citrum, lignum pretiosissimum, quo lectos prisci exornabant, & neutri est generis.

Hamonium, coloris genus tendentis in subrufum.

Apri miliarij dicebantur mille librarum, quos solebant in cœnis apponere Romani.

Apparuit, præsto fuit, obsecutus est, vnde & apparitores.

Post principia, locus in castris à principibus militibus dictus.

Scarus, piscis est, qui solus piscium dicitur ruminare, herbisq; vesci.

Rhynton, tarentinus nugator vilissimus in agendis præcipue fabulis, ad quē alludunt tam Varro, q Columella, apud quos modo legitur Mython, mō Rhynton.

Lupus, piscis est olim pretiosus, qui lanatus erat, & subditia fluuiorum captus.

Biblioteca



Mazonomum græca dictio: & proprie lancem significat ad ferenda obsonia in mensam.

Cancelli, ligna sunt inter se modicis interuallis in transuersum annexa, quibus scenæ, & tribunalia, atq; fenestræ muniebantur.

ἀρχέτυπον græce, latinæ exemplar.

Despondere animum, est statuere finem vitæ.

Palmaria, insula in mari tyrrheno.

Coturnices. aues sunt aduenæ terrestres potius, quàm sublimes. Has nunc vulgus qualeas appellat, quibus veneni semen gratissimus est cibus, quā ob causam eas dānauere mensæ, simulq; propter comitialē morbū.

Tholus, lignum, cui inhæret tectum templi, græci quidā exponunt domum esse rotundam.

θεατρίδιον diminutiuum forma græca à theatro.

Suggestus. vel suggestum, vt hic, a suggero fit, & est locus editior.

περίπετάσματα sunt vela, quę extenduntur ad occludendum. & ornandum locum.

Culcitra dicta, ꝙ in ea tomentum, vel sagum inculcetur.

Epistomion dicitur foramen, per quod aqua effluit.

Adijcialis cœna erat ádipalis, & opipara ab adijciendo.

περιστερotρoφεῖον, ideſt columbarium.

Pullicium à Pullis deriuatur, & est fœtura pullorum.

Cannabinæ possessiuum à cannabe herba.

ὀρνιθοβοσκεῖον locus ad alendas gallinas, & aues.

Excudere dicuntur aues post legitimum incubatum pullos ex ouis. alibi legitur excludere.

Pedes apud hunc pediculos significant.

Nasturtium, herba dicta, quod nasum torquere faciat.

Gallinæ aphricanæ, quas græci μελεαγρίδας appellant. Nunc Pharaonis aues dicuntur.

Amphibium dicitur duplicis vitæ.

χηνοβοσκεῖον, locus ad pascendos anseres.

Hara, stabulum dicitur tam de porcis, quàm de auibus.

νεοσσotρoφεῖον, locus ad alendas aues.



Feles animal est, quod græci ἄιλουρον.

Meles item animal est, vtrūq; auibus inimicum, puto esse ea, quæ vulgus fouinum, & maturellum appellat.

Querquedulæ, & phalerides, aquaticæ aues.

Cicures, domestici, & contrarij feris.

θηριοτρoφεῖον, locus vbi feræ aluntur.

Exgrumantes, de mensura, & recta via excedentes, vel grumos eruentes.

Grumus collectio terræ minor tumulo.

Mulsum, vinum cum melle mistum.

Tibe trado, pro tibi, & respicit ad morem currentium cū facibus in festo Cereris, quorum primus, cum ad locū statutum venisset, facem sequenti dabat.

Mecessa, pro mihi, q̄ cessit, & secundū priscos locutus est, qui tibe, & sibe, & me, pro tibi sibi, & mihi dicebant.

Cypiron, genus est herbæ palustris.

μελιττῶνας, melittonas apiaria: vbi apes nutriuntur.

Illicium ab illiciendo dictum.

Cæliaci dicuntur, qui ventris fluxum patiuntur.

Lapsana, brassica syluestris. Est enim brassicæ alio nomine caulis, & vtraq; dictio latina est.

Siser, herba est.

Asini, pisces, qui per diminutionem asselli dicuntur.

Mullus item piscis olim pretiosus, & cū barbatus sit, putant quidam eum esse, quem vulgus barbonum dicit.

Euerriculum, genus retis piscatorij à verrendo dictum.

Hæc festinanter annotata strictim exposui. Multa præterita sunt, quę sine interprete intelligi possunt, siue ex lectione diligenti, siue quod ea Varro interpretetur. Nōnulla quoq; à pertissimis medicis requirēda sunt.

## ANNOTATIONES COLVMELLAE.

Hærediolum, duorum mensura iugerum, quod hęredem sequeretur.

Laconicū, fornix, cōcameratus ad thermas calefaciendas.

Cruditas, redundantia stomachi, quæ nascitur ex ægra concoctione.

Chiron, & Melampus medici præstantes, à quorum nomine herbę quoq; dictę sunt centaurea, melampodion.

Subscribere, fauere proprie in causis agendis, vnde et subscriptores fautores.

Antolicus maternus Vlyssis auus omniũ furacissimus.

Pedamentum, vitis sustentaculum.

Natrix, genus natantis serpentis.

Nexus, dicitur obligatio quædã, q̃ per æs, & libra fiebat.

Signinum opus fractis testis addita calce conficiebatur.

Cortinale à cortina, dum mensam, aut parietem significat, descendit.

Apothecæ, vbi reponitur vinum.

Tribularium à tribula fieri videtur, est enim tribula instrumentum ad terrenda frumenta.

Optima nomina, optimos debitores. Vnde & pecuniæ in nominibus.

Bestiarijs, qui bestias conficiebant. Si vestiarijs legitur, locum significat seruandarum vestium.

Mediastinus, incola mediæ vrbis, vel balneatorum minister, & curator ædium.

Vernactum, quasi vere actum, & est quãdo vere primũ agri proscinduntur ad differentiam restibilis dictum.

Alicastrum ea forma ab alica deriuari putamus: qua à siliqua siliquastrum.

Ptisana videtur esse pultis genus ex farina ordeacea.

Caphisterium genus vasis rustici putamus, scaphisteriũ melius legendum.

Hyæna animal est ferum, atq; agreste, quam dicunt alternis annis marem, alternis fœminam, sermonem quoq; humanum assimulare, in cuius spina articulus, siue nodus est ad medicamina efficax.

Hexasticon, sex ordinum, siue versuum.

Disticon, duorum ordinum, siue versuum.

Septimuntialis satio dicta à sacrificio septimuntialiorũ,



quod fiebat in septem locis vrbis Romę nominatæ septimuntiũ a septẽ montibus, in queis Roma sita est.

Grumus dicitur ager, vel cliuulus.

Strigæ appellantur ordines rerum intra secontinuatæ collocatarum à stringendo dictæ.

Sicilire est ea secare, quæ fœnisecæ præterierũt.

Fœnisecæ dicuntur, qui fœnum secant.

Collucare item dicebant, cum profanæ syluæ rami deciderentur officientes lumini.

Catulo feceris, idest sacrificaueris, caniculæ, ad quod sydus placandum frugibus inimicum canes immolabãtur, facere enim sacrificare.

Sedum, herba est, quam anagorum alio nomine vocãt.

Pellibus oues vestiri quomodo oues pellitę pellibus vestirentur ad custodiendam lanam, Varro docet.

Feriæ denicales colebantur, cum hominis mortui causa familia purgabatur.

Artrare est aratrare, & est quando sata inarantur, postquam & nata sunt, & excrescunt.

Lotium vrina est.

Tubulus fictilis, fistula maior.

Fiber, animal est extremas fluuiorũ oras accolens. Hunc græci κάστορα dicunt, latini vero fibrum ponticum. Huius pilus pluma mollior habetur.

Lẽtiscus arbor est, ex qua colligitur mastix, & est trifera.

Tarentina nux dicitur à mollicie corticis, eo quod vix attrecta frangatur

Apyrenum, malum granatũ proprie dulce vocauerunt prisci medici, verum si græcam dictionem latine ex ethymologia explanare voluerimus, apyrenum dicitur cui nulla inest granorum duritia, vel minor, quàm alijs.

Lac cyrenaicum silphium est.

Scylla, cepæ est genus.

Petiolus à pede diminutiuum videtur.

Thasiæ vites à Thaso insula nominatæ.

plautinis quæstionibus.
Polentia, vrbs iuxta alpes, diuidentes Italiam à Gallia.
Bætica, pars Hispaniæ à flumine dicta.
Molle pecus tectum, hirsutum vero colonicũ.
Munerarij dicebantur, qui munera, ideſt ludos populo dabant.
Matrices, quæ pariunt, & fœtus generant.
Colostrum dicitur spongiosa lactis densitas post partum prima est, & morbus colostra, quo lactãtes tentantur, si biduo à partu maternum lac gustauerint.
Grauedo, grauior pituita, & crassior, inde grauedinosi.
Laciniæ de vestibus dicuntur, discreta item animalia, & in partes diuisa in lacinias segregari dicuntur.
Claui, morbus pedes ferè tentans.
Chordum fœnum dicitur serò natum.
Mendesius possessiuum à ciuitate Aegypti.
Nepita, herba est, quæ græce κολαμίθη.
Flaccidi à flaccis, quorum aures pendulæ, & non arrectæ sunt.
Ὑστέρα græce, latinæ secundæ, folliculi sunt continentes fœtum in matris vtero cum menstruis.
Eximij proprie sunt porci, qui de grege excepti ad sacrificandum liberius pascuntur.
Muria, sal cum aqua medicatum, & induratum, de qua plura Columella.
Termes termitis, ramus de arbore recisus.
Paliurus, arbor est Africæ suauem fructum faciens, quo vina cõmendantur.
Lotos item arbor est peculiaris Africæ, cuius bacis vescuntur homines.
ἰχθυοτροφεῖα ichthyotrophea, loca in quibus aluntur pisces.
λαγοτροφεῖα leporaria.
Rusticæ gallinæ sunt agrestes rostro longiore, quæ per diminutionem rusticulæ quoq; appellantur.
Cohortales gallinæ, quæ in corte domi aluntur.



Meleagrides, & numidicę, & gutteę, aues sunt, quę & afrę dicuntur.
Lanistæ dicebantur, qui domi gladiaturam docebant, gladiatores, quos deinde venderent munerarijs.
Pyctes, pugillator interpretatur.
Pumiles, & Pumiliones in hominibus dicuntur, græce, gallinæ quoq; pumiles dicuntur. νᾶνοι.
Melicæ gallinæ, quod in Media id genus auium corpore amplissimo fiat, l litera pro d substituta. Media, regio orientis, ex qua Medi, qui, & Persæ dicuntur.
Asserculus diminutiuum ab assere.
Scandulæ fiunt ex robore, abiete, & picea fissis, vel assulatim desectis.
Temporius, aduerbium deductum à tempori aduerbio, quod significat opportune, & tempestiue.
Pullationem idem putamus, quod pullicium, hoc est fœtura pullorum.
Nidor, odor rerum assarum.
Glisceresest crescere, vnde perglissit crescit valde per instructionem epularum.
Paxilus, diminutiuum à palo.
Loculamenta à loculis deriuari videntur, & significant capsulas.
Despondent, hoc loco statuunt. Plautus, & Varro addunt animum.
Porrum tarentinum alio nomine sectiuum dicitur.
Vrinare est mergi, inde vrinatores, q. sub aqua natant.
Mugiles, pisces sunt tam præcipuæ velocitatis, vt transuersa nauigia interim supernatent.
Tamaricum quoq; frutex est.
Sirpus iuncus est.
Solea rombus, & passer, pisces plani sunt.
Colocasia, herba est Nili.
Melanurium, piscis à nigra cauda nomen trahens.
Murena tartesia à Tartesso oppido Hispaniæ sito quondam inter betis ostia, quo nomine etiam fluuius ipse

ligno, vel re alia decidit.

Scobem dicimus id quod per terebram, & serram in perforandis rebus teritur, atq; educitur.

Bulbus apud idoneos non tantum pro cepe capitur, sed etiam pro omni radice rotūda. Vnde legimus bulbos narcissi, & bulbos cannarum.

Characatæ vineæ, idest pedatæ à græco. Nam χάραξ κος fœmini generis duntaxat pedamentum vitis significat.

Heluenaci generis, idest vitis heluenacæ, cuius duo sunt genera maior & minor, & est in fertilitate princeps.

Lentorem, tenacitatem, & viscositatem ex humore procedentem, nam lentus tenacem, & viscosum significat, vnde & lentesco verbum.

Draco appellatur palmes emeritus, pluribusq; induratus annis.

Ameram apud Columellam legimus, quæ dictio semen vlmi significat. Plynius tamen samariam vocat.

Simus dicitur, qui est pressis naribus. Inde resimi, qui sursum versus depressas gerunt.

Coni, nuces cupressi.

Pituita, est catarrus.

Veterinarij, medici sunt veterinarum, hoc est animaliū, quæ aliquid vehunt, hos nunc vulgus mareschalcos appellat. Hinc & veterinaria medicina.

Garum, liquamen ex piscefactum.

Valuuli, folliculi sunt leguminum.

Suppuratio est, cum vlcus ad saniem tendit.

Sacrificatio est, quando tenui vulnere sanguis emittitur.

Solea, quæ solo pedis subijcitur.

Cunicula bubula, herba est, qua se tuentur testudines contra serpentes pugnaturæ. Nunc dicitur cotula, & bouis oculus, & flos eius est maior chamæmilla.

Malagina à verbo græco μαλάσσω, quod est mollio, & eo vtimur in duritie mollienda.



Floces, feces sunt vini.

Cæcilia, genus serpentis.

Cimolia creta ab insula Cimolo, qua vtuntur fullones in vestibus abluendis hanc nunc vulgus terram saponariam vocat.

Maguderis, laserpitij genus est. Alij dicunt caulem laserpitij esse.

Armoracea, genus est raphani.

Vacerra stipes est, ad quem equos solent religare.

Suffragines, nodi sub crura, quibus pedis versura cōstat, tibiæq; pes ita annectitur, vt verti possit. Id quod spectamus in bobus, equis, & cæteris armentis.

Numellæ, genus vinculi, quo quadrupedes alligantur.

Forda dicitur bos grauida, vnde & sacra fordicalia.

Herba santonica, genus est absynthij amarissimi dicta à Santonibus Galliæ populis.

Filicula, puto diminutiuum à filice.

Cedrea, primus sudor, qui defluit in canalis dum pix fit, cui tanta est vis, vt in Aegypto corpora hominum defunctorum ea perfusa seruentur.

Strigosum dicitur iumentū, cuius corpus fame, aut alia vitij causa stringitur, nam strigosus quasi stringosus à stri ngendo.

Inire est concumbere, quando fœmina marem recipit. Vnde legimus mulieres à viris iniri.

Equienti mulæ, equum appetenti, vt credimus.

Suffraginosa mula, cuius suffragines morbo vitiatę sunt.

Hyoscyamos, herba est.

Galactopotę, lac potantes.

Nomades, pastores dicuntur, quorū vita oīs in pascendis gregibus habetur à græco νέμω, idest pasco.

Tectum pecus dicitur ad differentiam colonici, appellatum tectum, quod operimentis tegeretur.

Altinates, ex Altino, quæ vrbis olim in litore Venetiæ florentissima fuit.

Tarentinæ oues à Tarento, de quibus ouibus plura in

Mareotides, ægyptiæ, nam Mareotis pars est Aegypti.
Lageos, herba leporaria.
Præcia, quæ cito matureſcit, quaſi præcoqua.
Rhetica à Rhetis populis alpium.
Pſitiæ, etiam vites ſunt.
Gemellæ vites ab vuis ſemper geminis nomẽ habuerũt.
Lanatæ vuæ à lanugine, quæ eas veſtit.
Rubellæ nomentanæ dicuntur à rubente materia.
Apianis apes dedere cognomen præcipue earum auidæ.
Allobrogica & biturica à gente nomen habuerunt.
Heluolæ inſignes ſunt colore inter purpureas, nigraſq; medio ſæpius variante, & ob id varianæ appellatæ.
Albuelis, vitis genus ſicuritem viſula.
Inerticula genus vitis, quoniam iners ſit, & viribus innoxia.
Murgentinam alij pompeanam vocant.
Oleagina ad ſimilitudinem oliuæ.
Streptus, quòd cum ſole circunagatur.
Dactylides à digitali gracilitate dictæ.
Trepidaneæ à menſura dicuntur. Alij legunt crepidaneas à crepida.
Bumaſtus à bouis mamma.
Stephanitis à coronario naturæ luxu folijs acinos inter curſantibus.
Allopecis à cauda vulpium dicta.
Nomenculator is erat, qui nomine citabat, ciuiumq;, & ſeruorum nomina nouerat, inde nomenculatio.
De lapide noxium, conſuetudinem exprimit romanam nam ſolebant damnatos mortis de capitolino lapide deijcere.
Arelatæ, vrbs narbonenſis Galliæ.
Siphones, fiſtulæ, quibus aquas, vel aliud liquidum inter ueniente ſpiritu attrahimus, atq; emittimus.
Interordinium, ſpatium, quod eſt inter ordines.
Dodrans, nouem partes aſſis.
Viuiradices dicuntur ſurculi cum radicibus ad differẽtiã



malleoli & talearum.
Decuſſare in decuſſes formare, atq; diuidere.
Decuſſis etiam dicitur à decem aſſibus.
In ſpeciem literæ græce, ideſt. Δ deltæ, vel Λ laudæ.
Depangere, plantare inde depactus.
Retorridum dicitur, quod intempeſtiue amiſſis viribus à ſole torretur.
Suſum pro ſurſum dicebant antiqui.
Limes decumanus in ſemitis, & limitatione agrorum is vocatur, qui agrum ab exortu æquinoctiali ad occaſum æquinoctialem ſecat.
Prouincia dicebatur extra Italiam, & ideo legimus vineas prouinciales, & Italicas.
Biturici, populi Galliæ, inde biturica vitis.
Compendium, vtilitas, contrarium diſpendium.
Statumina à ſtatu arborum dicuntur, prout creſcendo ſtatum accipiunt rami.
Pedatio quando pedamentis vinea fulcitur.
Hornotinum dicitur huius anni, alij legunt annotinũ.
Ordo vineæ ſimplici iugo porrectus. canterius.
Iugata vitis à iugo, quod ad ſimilitudinem militaris iugi fiebat, nã duabus defixis haſtis, tertia ſuperligabatur.
Inſolare, & inſolari dicitur ſolem admittere.
Dolabella diminutiuum à dolabra.
Malleolus dicebatur ſurculus vtrinq; capitulatus & duro.
Oculi in arborum ſurculis proprie vocantur, vnde germinatur.
Teredo, vermis eſt lignum terens, atq; exedens.
Delibrare, eſt librum tollere.
Veternum, morbus ex nimio otio.
Cæſim, id eſt vno ictu.
Ductim, cum mora.
Dactyli ſunt digiti.
Coagmentare, eſt compares coniunctiones arcte cogere & ſtringere.
Ramentum à radendo dicitur, & id eſt, quod de raſo.

appellabatur.
Carpathium pelagus ab insula Carpatho dictum inter Rhodum, & Cretam.
Mustella, piscis in lacu brigantino rhetiæ generatus.
Turdus, merula, varij, piscium nomina.
Flutæ, murenæ in freto siculo à græcis dictæ πλῶται.
Crepida, prærupti saxi margo, & extremitas viaru, vel ripæ paulo eminentiores crepidines dicuntur.
Pelamides à luto nomen traxerunt, quæ primum cordilæ mox cum annum excessere, tynni vocantur.
Chalcis, piscis est de genere romborum.
Branchiæ dicuntur in piscibus secundum ceruicem folliū more hiantes partes, quibus anhelitum reddere, ac per vices recipere existimantur.
Pectunculus piscis per diminutionem à pectine.
Charchari, elachatæ, camarus, gobio, pisces sunt.
Oryx orygis, fera est, quæ contrario pilo hoc est ad caput verso vestitur, orientemq; caniculam contuetur, & adorat, nasciturq; præcipue in Getulia.
Lauticia est epularum magnificentia.
Cerrus, arbor glandifera, inde possessiuum cerreus.
Signinū opus, vt diximus, fiebat calce addita cōfractis testis.
Leucoia, alba viola.
Coryciū antrū in Cilicia, vnde primū delatū est crocū.
Amelus, flos est, quem eleganter Virgilius in quarto georgicorum describit.
Caules in herbis dicūtur, hoc est ipsum robur siue stipes.
Scapus idem est fruticibus, & ijs herbis, quæ per hyemē non demoriuntur.
Gladiolus, foliū narcissi in gladij formam figuratum.
Sarraneæ violæ, purpureæ, vnde sarranum ostrum.
Rapistrum, diminutiuum à rapo.
Amaranthus, flos est ab immortalitate nomen trahens. Vnde immortalesq; amarhanthi, nunquā enim marcescit, fitq; ab a priuatiua pticula, & μαραίνω sicco.
Ziziphum, arbor est non pridē in Italia nota. Ex Syria



enim adnos venit, puto id esse, quod zizipha creat.
Hybernus oriens dicitur, vnde sol per hyemem oritur.
Stellio, genus est stellati lacerti.
Crepitaculum à crepitu.
Chalbanū succus est ferulæ syriæ, & greci χάλβανον dicunt per ch, nostri vero in g ch conuertunt.
Defrutum, vinum ad tertiampartem decoctum, de quo, & passo, & sapa idem Columella plurima scribit.
Φαγέδαινα phadegena, morbus vlcerosus vsq; ad ossa celeriter carnem depascens cum adustione, emittitq; fetentem saniem, & puto hoc in loco esse malū, quod in iumentis vermem appellant.
Esculentum dicitur ab esca.
οἶστρος œstrum, asilum latini vocant, siue tabanum, nonnunquam furorem significat.
Suffitas, suffumigatas à verbo suffio.
Hipparchus, Eudoxis, & Meton, philosophi, qui de syderibus, & temporibus anni scripserunt.
Fastus libri, in quibus cuiusq; anni gesta continebantur.
Vergiliæ, stellæ sunt, quæ pleiades alio nomine dicūtur.
Inuersæ metæ similis, hoc est turbinicā habēs figurā, cuius ima pars angusta est, superior vero lata. Ast meta inferiorē partē latā habet, superne vero tēdit in acutū.
Boni consulat, hoc est bene statuat, in bonam partem, vt aiunt, accipiat.
Acras acradis, genus est syluestris pyri.
Ebulus, herba est faciens bacas in similitudinē sambuci.
Taxus arbor est, ex qua fabricantur arcus, Toxica quoq; inde sudare dicuntur.
Mandragoræ duo sunt genera, candidus, qui & mas, & niger, qui fœmina existimatur. Ferunt mala auellanarum nucum magnitudine.
Cicuta, herba venenosa.
Paliurus, herba palustris.
Polycletes, Phragmon, et Ageladas, statuarij fuere generosi.

Biblioteca



Dryades, deæ arborum. Nepeæ, collium.
Amphrysus, fluuius Thessaliæ.
Lyceus, & Cyllene, montes arcadiæ.
Heleſus, fluuius, & mons non longe ab æthna.
Dioneis floribus, ideſt Veneris.
Pyrois gemma à colore igneo dicta.
Thaumantias iris, filia Thaumantis.
Bionias, herba eſt, quæ pāpinorum amœnitatē præſtat, & alligat quicquid obuiam habet.
Iubar, lumen eſt, & pro aurora ponitur.
Hibero, hiſpano.
Balauſus, herba eſt non multum diſſimilis à narciſſo.
Liguſtrum, herba vilis.
Balſamum herbam ſignificat, & arborem balſami, ſicut & caſia herba, & arbor.
Ferrugineis, purpureis. Nam ferrugo eſt purpura intenſior.
Flammeola, rubea. nam flammeum rubeum eſt.
Sirpiculum, caniſtrum ex ſirpis confectum.
Fiſcina, vaſis genus.
Portūnus, deus maris, quem græci Palæmona appellant.
Gerulus à gerendo. & is eſt, qui corpore aliquid gerit.
Gemino aſtro, ideſt ſigno geminorum.
Lernei cancri, ideſt qui ex lerna palude exijt, dum Herculis pedem momordit pugnantis, & in ſydus relatus eſt.
Fortis fortunę dies appellatus à Seruio Tullo rege, quod is fanum fortis fortunæ ſecundum Tyberim extra vrbem dicauit.
Ocymum, herba eſt quam baſilicon alij appellant. Sunt qui per Z ſcribant ozimum à verbo græco ὄζω.
Cylindrus, lapis teres, quo terra denſatur, & æquatur.
Pulex, vermiculus herbis infeſtus, & præcipue braſſicis.
Limaces, cochleæ à limo appellatæ.
Campe, vermis genus hortenſes herbas infeſtans dicta à verbo græco κάμπτω, quod eſt flectere.



Eruca, vermis rodens herbas.
Robigo deo, vt auerteret rubiginem, catulo ab vberibus tracto faciebant.
Tages is fuit, qui primus Hetruſcis aruſpicij diſciplinam tradidit.
Caput nudum cute, ideſt caluariam aſini. nam aſinæ caluaria in hortis ponebatur, vt ſua præſentia, quæ ſpectabat, fœcundaret.
Tarcon, Hetruriæ dux, & aruſpex,
Vitibus albis, vite bionia, quę dicitur ἄμπελος λευκή
Amythaon Melampodis pater fuit, qui inter medicos præclarus habitus eſt, ſimiliter & Chiron.
Nocturnas volucres, noctuam, bubonem, vlulam, veſpertilionem. Solebāt enim priſci ad hortos tuendos noctuam pennis patentibus figere.
Pingui amurca, fece olei, quæ contra culices, & limaces vim habet maximam.
Fruge ſalis mica ſalis.
Serum, aqua lactis.
Dardaniæ artes, Phrygij faciebant mulierem menſtruatam, nuſquam cinctam ſolutis capillis, nudis pedibus contra erucas, & cætera hortum circuire.
Iolchos, Theſſaliæ ciuitas.
Protocomos, primum comantes. Alij prototomos legunt. i. primæ ſectionis.
Tyrſos tarteſiacos, ideſt lactucæ tarteſiæ. Paphios, Cypriæ.
Secto, ſectiuo.
Lubrica lapathos, quam ὑδρολάπαθον vocant.
Tannus, herba eſt minutis fōlijs, & aculeata.
Scylla, genus eſt bulbi.
Ruſcus, herba eſt aſpera, & horrida.
Andrachne, herba eſt, quæ portulaca dicitur.
Atriplex, herba eſt ſylueſtris. ſ. & ſatiua accuſata à Pythagora.
Ricinus, genus cucumeris rotōdi à verme. nā oblongus

Parthenope, Neapolis.

Sebetide nympha, Sebetos fons est Neapoli, cuius aqua vicatim decurrens oēs ferè vsus Neapolitanis præstat.

Pompeij. & Herculaneum, oppida campaniæ.

Siler, fluuius iuxta prædicta oppida.

Sabelli, populi à Sabinis orti, qui incolunt montes, qui sunt inter Sabinos, & Marsos.

Genera caulitū ex his locis complura fiebant, nam pompeianum procerius caule ab radice tenui intra folia crassescit.

Sabellico vsq; in admirationem crispa sunt folia.

Turnilacus, locus ex conualle aricina, vbi quondam fuit lacus Turni, inde subierunt lacutures caules.

Tibur, ciuitas haud longe ab vrbe olim fertilis pomis.

Brutij, populi sunt vltimi habitatores Italiæ Siciliam versus.

Mater Aritia porri, ex Aritia porrum erat capitatum, & genus caulium non excelsius, folio numerosius quoq; atq; tenuius.

Resoluit nexus, idest peperit, & enixa est.

Portitor helles, aries, qui in cœlum deportatus est.

Capitis porri, idest capitati porri.

Sampsucus, herba quam nunc appellant maioranam, alioq; nomine amaracus dicitur.

Staphylinus, pastinaca est erratica, siue agrestis.

Aeacij flores, hyacinthus, quem è sanguine Aeaci natum dicunt.

Corambla herba est, quæ oculos retundit, & hebetes facit. Ideoq; dicta corambla. Nam κορὴ pupulam significat, ἄμβλυ vero retusum, & habes.

Lactucarum quoq; plura sunt genera, hoc est Cæciliæ, Cappadoces, Tartesiacæ, Paphia, siue Cypria. Est etiā sessilis lactuca.

Mea quam generant Tartessi littore Gades. Tartesiam lactucam suam dicit, quoniam Columellarū familia



ex municipio gaditano progenita erat.

Ferali mense lupercus, idest Februarius mensis, in quo sacra feralia mortuis fiebant, & ludi lupercales.

Calendæ Veneris, Calendę Apriles, nam à Venere Aprilis nomen trahit (nis.

Amphitrite, vxor fuit Neptuni. Tethis vero Oceani se-

Amores acrisioneos, idest Danaes filiæ Acrissij, quā conuersus in imbrem aureum compressit Iupiter.

Dyndimus, mons Phrygiæ Cibele sacer, quæ dea sacerdotes suos in furias agebat. (cho.

Citheron, Parnassi iugū, vbi erat Nysa vrbs dicata Bac-

Euie nos legendū esse dicimus, q̄q̄ interposita aspiratione euhye legant. Nam ab σὺοϛ, quæ vox est bacchantium, nascitur.

Pæan, laus in Apollinē pro victoria, vel peste auertenda.

Satureia thymus, & thymbra, herbæ sunt.

Iacchus, Bacchus à fremitu.

Corymbus vua est ederæ.

Haron in ægypto vocant bulborū genus scyllæ proximum amplitudine.

μελάνθιον græce, latine git dicitur, alio nomine melanspermon, idest nigrum semen, alij nigellam.

Molochen agrian ibiscum appellant. Quidam alij dicūt malachen, hoc est maluam.

Miris, siue smiriza, vel vt alij mira, herba est similima cicutæ caulæ, folijsq;, & flore minor.

Mucrone, graphio, quo in pugillaribus cereis scribimus.

Litera proxima primæ, idest b beta.

Beta, herba nigra, & candida, quæ & bleta dicitur,

Lotus, arbor est dicata matri deum, est etiam herba in Phrygia laudatissima.

Oscitat leo, aperitur leonis flos.

Sabæum, arabicum. Nam in Arabia felici odoramenta pretiosa nascuntur, vt balsamus, casia, thus.

Pegasidum, musarum à pegaso equo.

Acheloides, nymphæ à fluuio Acheloo dictæ.

Universidade de Coimbra Biblioteca



Ithyphallus proprie membrum virile erectum dicitur, dicuntur & ithyphalli curatores.

Bacchi, qui in orchestra saltabāt. Hoc nomine dictus est Priapus ἰθύφαλλος græce.

Pestum, oppidum in campania rosis generosum.

Naxius ardor Bachi coronæ sydus significat. Nam (vt ferunt poetæ) in insula Dia, quæ postea Naxos dicta fuit, relicta Ariadne à Theseo nuptias cūBacho fecit, donataq; corona inter sydera relata fuit.

Chelas, cancri brachia, quæ facere videntur Libræ sydus.

Nepa, scorpium significat. Alij dicunt cancrum.

Crotum venatorem fuisse dicunt, precibusq; musarum inastra relatum, & pro sagittario ponitur.

Altera genitrix Cretæ prometheæ. Alludit ad fabulam, quia Prometheus ex creta terra hominem formauit.

Riphæi, montes septentrionales.

Caurus, ventus, qui & corus dicitur.

Lyra, signum cœleste.

Latrina est locus priuatarum sordium.

Cloaca vero, per quam sordes publice eluuntur.

Marræ, bidentes, & sarcula, rustica sunt instrumenta.

Calta, herba est nascens in segetibus flore purpureo.

Narcissus, herba est, & eius duo genera.

Pectita participium videtur noue dictum à pecto. Alij legunt percita.

Ora leonis herbam significat leoninam in montibus nascentem, cuius flores cum emittuntur similes sunt ori leonino aperto.

Glaucium, herbæ genus syluestris, & erraticæ, niagrum vocatur. Alij paralion dicunt. Nascitur enim in afflatu maris, aut nitroso loco, inde nomen sumpsit. nam glaucus cœruleum significat, qui color est maris.

Panace, herba est: quæ alio nomine dicitur centaurea, cuius plures sunt species, interpretaturq; remedium ad omnia.

Bulbi Megarici à Megaris ciuitate Greciæ. Veniebant



etiã ex Africa bulbi maxime laudati. Vtrunq; genus Columella scribit, cum dicit. megaris, & getulis glebis.

Chærephillum, herba est luxurians frondibus, & ab hoc nomen accepit.

Lactucula quanuis descendat à lactuca, tamen alia est herba lac habens.

Vlpicum, mordax, & graue olens allium.

Fabis habilis, herbas significat quibus fabæ condiri solebant. Sunt enim fabæ fabrorum conuiuia.

Siser, herba, cuius radicem olim nobilitauit Tiberius Cæsar flagitans eam omnibus annis à Germania.

Assyrio semine radix, hæc syriaca radix vocatur, quod ex hortis Syrorum sit translata.

Pelusiaci, idest Aegyptij zithi potus, quem è fruge excogitauit Aegyptus, ab alijs ceruesia dicitur.

Salgama appellabantur à priscis quęcunq; conditanea ad victum nostrum in vasis seruabantur.

Inula, herba, quæ suo aspectu, atq; natura tristitiam aufert. nomenq; suum adhuc seruat.

Olus, pullum alio nomine atrum olus.

Lactis gustus, quæ condiat herba. De lepidio videtur intelligere, cuius vsus non est sine lacte, emendat enim cutem in facie, & lepras tollit, & cicatricum vulnera, & nomen trahit à græco.

Cymata in brassica dicūtur, quæ vere proximo post primam sectionem è caulibus colliguntur, vel (vt alij dicunt) tenuiores cauliculi.

Cumæ, vrbs campaniæ, vnde cumana brassica sessilis folio, & capite patula.

Signia vrbs campaniæ.

Mauricini populi propè Marsos.

Capua, campaniæ ciuitas.

Fauces caudinæ, locus vbi Romanus exercitus fraude Samnitium interceptus fuit.

Stabiæ, vetus campaniæ oppidum.

Vesuuium, siue Vesbiū mons ardens in eadē campania.

cylindro non est absimilis.

Attæi hymeti, ideſt attici mellis, quod optimum nascebatur in Hymeto monte Athenarum.

Pix naricia ab insula maris Ionij dicta.

Amula, vas ad aquam gestandam.

Canis erigones, ideſt canicula Sydus. (fuit.

Hyperionis, ideſt solis. nā sol ab Hyperione progenitus

Armenia Cereola, & Damascena, prunorum genera.

Persica peregrina fuerunt vtpote quæ ab Persia ad nos transierint.

Asiatica Persica frigoribus proueniebant, contra Gallica tempestiua fiebant.

In ficorū genere sunt calcidicæ, chiæ, purpureæ, chelidoneæ, marisсæ, calistrutiæ, liuiæ libyssę flauę, & reliqua.

Sacris tardipedi, ideſt vulcanalibus.

Congilis, rapi genus.

Decoxit dño, debitā pecuniā cū nō esset soluēdo, abstulit

Ornithia ab auibus tractum nomen. Appellantq; tempus, quod est septuagesimo die post brumam ab aduentu auium. Tunc enim aduenium hirundines, ciconiæ, coturnices, & reliquæ aues aduenæ.

Halcyonij ab halcyonibus auibus nomē traxere, quarū fœturæ ante brumā septem diebus, & totidē post mare sternitur.

Quinquatria, dies Mineruæ sacer.

Orthocissos, recta edera, & rigēs, quę sola sine adminicu

Muscantur, musco integuntur. (lo stat.

Prodomi aquilones appellantur, qui octo fermè diebus exortum caniculæ antecedunt.

Procyon stella, quæ antecanis dicitur latine.

Etheſiæ, venti stati qui quotannis in vigore æstatis perflant triginta diebus. (medæ.

Cassiope, astrū, in quod relata fuit Cassiope mater Andro

Elices dicuntur reuolutiones.

Tuberes, peregrina poma ex Africa in Italiam deportata.

Armeniacā, præciocia persica quidam putant. Nam tu-



beres, & armeniaca proxime ab amygdala florent.

Dolus mendesius scriptor ægyptius fuit.

Thalli dicuntur in porris, & cepis, & allio medij stipites ἀπὸ τοῦ θάλλειν id est virescere.

Mundus, muliebris ornatus, græce κόσμος.

Valetudinariū, locus, in quo ægroti stant, vt curentur.

Sedentaria opera, quæ ab artificibus sedendo fiunt.

Promus à promendo dicitur, & est qui victum familiæ promit.

Cællarius, qui habet curam cællarij. Cællarium autē est, vbi reponebantur ad annuum vsum necessaria.

Atriensis is erat, cui credebatur cura atrij.

Nomophilaces dicuntur legum custodes. & seruatores ἀπὸ τοῦ νώμου hoc est à lege, & τοῦ φυλάκους, quod est custos.

Defrutaria vasa, ad defrutum idonea.

Digitelli diminutiuū à digito, & videtur esse genus herbæ.

Battis, herba aculeata sponte nascens, & est marina, & hortensis.

Sedum, alij sadum alij sessuuium vocant, herba est in tegulis nascens.

Flaccescat, flaccidum fiat.

Pruna onychina, quæ colorem habent ὄνυχος, ideſt vnguis.

Sesquilibra, libra vna cum dimidio alterius.

Ligula genus mensuræ.

Pix brutia, secundus est liquor crassior defluens à ligno igni circundato, quæ rursus in cortinas æneas conjecta spissatur, & coagulatur.

Rutabulum dictum à proruendo.

Pinicillum diminutiuū à peniculo, peniculus vero à pene, ideſt cauda deriuatur.

Radula instrumentum ferreum à radendo.

Scopula diminutiuum à scopa. (alterius.

Sesquiculleare, vas, quod continet culleum, & dimidium

Suffriare à sub, & frio fit, hoc est paululum conterere.
Pelliculare à pelliculis fit, & videtur esse circumligatis, vel positis pellibus obthurare.
Putearius possessiuum à puteo.
Arbustiuum ab arbusto possessiuum.
In proximo decumano, hoc est in limite decumano, qui fit ab ortu solis ad occasum, vt supra diximus, alter vero limes ex transuerso currens appellatur cardo.
Scipio baculum significat.
Petriolis, paruis pedibus, diminutiuum est.
Sestiana mala à Sestio nomen acceperunt.
Epityrum siue pityrum (vt diximus) à confracta oliua, quæ græce dicitur πίτυρις, nomen accepit.
Turiones dicuntur teneritates summitatum arborum, vel arbustorum.
Sansam Gregorius Tifernus, vtriusq; linguæ interpres, quod Strabo græce dicit πύρηνα, lausam interpretatur, significatq; græce os oliuæ.
Glaucinum græce dicitur oleum mustum, hoc est expressum ante quàm oliuæ calcentur, atq; premantur. Nã γλεῦκος græce, latine mustum.
Decemmodiæ, & trimodiæ, vasa sunt rustica, quibus rustici in ferendo frumento, dum serunt, vtuntur. Nec non pollintor in frumento per molas frangendo trimodia vtitur.
Oleastellum diminutiuum ab oleastro.
Gemellar vasis genus videtur.
Oliuitatem appellarunt prisci, cum olea cogebatur.
Exanietur, exudando siccetur.
Glabrata, nuda, & sine pilis.
Offulæ, paruæ offe. & hoc loco carnis frustra.
Decussatim, per decusses.
Nouacula, culter tonsorius.
Embammata ab græco ἐμβάπτειν fieri videtur, & significat immersiones, quando intingimus, vel panẽ, vel obsonium in vasculis repletis re liquida.



Oxygarum, acetum cum garo significat ὄξος enim græce acetum, γάρον liquamen ex pisce.
Ligusticum, herba est in Liguriæ montibus nascens.
Vulturnus, ventus est, qui & græce εὖρος, & flat ab oriẽte brumali.
Tesseras appellat lapilorum frusta quadrata.
Scutulas, scutis intextas, quod opus à gallis est institutum primo.
Tomices græco nomine appellantur ex cannabi impolito, & sparto leuiter tortæ restæ, ex quibus funes fiunt.
Puluilli quoq;, quos in collo habent animalia ne reste ledantur, tomices vocantur.
Rododaphnes, rosa laurina, quam nereum vocant.
Cautere, siue cauterium, ferrum ad vrendum.
Focaneus quid sit, à Columella discce.
Opon cyrenaicum, succus sylphij.
Coracinam picem, nigram.
Amites, perticæ aucupatoriæ.
Basterna, genus rhedæ.
Crodilus lacerta est Nili immensæ magnitudinis, quam debellauit ichneumon.
Euante, genus vitis.
Lomentum panis ex faba.
Gilbus, color est.
Brissam vuam tunc dicimus, cum pedibus ad exprimendum vinum calcatur.
Hydromelli, militæ aquæ.
Melissophyllus, herba est.
Mustus, nouus.
Glaciridiæ, dulcis radicis.
Crocomaga, herba est.
Metreta, vas est.
Chœnis genus vasis.
Omphacomelli, immaturo melli.
Intrita ab intero verbo, cuius præteritum est intriui, & supinum intritum fit, & proprie dicitur cibus de alea

to mortario factus.

Numerorum quorundam nomina, quę item mensuris, & ponderibus accommodantur, ascripta sunt.

As erat libra duodecim continens in se vncias.

Dupondius à duobus ponderibus, id est libris duabus.

Tressis à tribus assibus, & sic deinceps, vsq; ad nouusses, id est ad nouem asses.

Decussis ab. X. assibus dictum, quæ dictio in omni denario numero mensuræ, & ponderis valet.

Aeris minima pars sextula dicitur, quod sit sexta pars vnciæ.

Semuncia, quod sit dimidia pars vnciæ.

Sextans, quod sexta pars assis. II.

Quadrans, quod tertia pars assis. III.

Triens, quarta pars. IIII.

Quincunx à quinq; vncijs, idest partes quinq;. V.

Semis dimidium est assis. VI.

Septunx à septem, & vncia conclusum, idest vnciæ septem. VII.

Bes olim des, dempto triente, i. octo, & declinatur bessis. VIII.

Dodrans dempto quadrante, nouem vnciæ. IX.

Dextans, dempto sextante, vnciæ decem. X.

Deunx, dempta vncia, vnciæ vndecim. XI.

Silicum dictum est, quod semunciam secet.

Sextertius, dupondius, & semis.

## GEORGIVS ALEXANDRINVS
### Bernardo Iustiniano equiti, & senatori facundissimo. S.

PIsistratus Athenienſis patria sua per tyrannidem potitus, siue vt aliquid faceret, quo tyrannicum scelus minus inuidiosum foret, siue homerica maiestate motus, vatis præclarissimi carmina dispersa, atq; membratim per vniuersam Græciam dissipata ad se proposito præmio deferri curauit. Sed cum illa lucri cupiditate indistincta promiscua, & temere cumulata pluri attulissent, grammaticos accersiuit, qui tunc eruditissimi habebantur, id oneris iniungens, vt illam carminum molem indigestam accurate excuterent, penitus rimarentur, & prudenter reuolutam apte distinguerent. Qui tyranno obsequentes, versus quos tanti vatis non putauerūt, omnino à familia homerica summouerunt, vtpote subditicios, & in Homeri domum mēdaci inscriptione ingressos. Alijs asteriscum apposuerunt, quod lucis indigerent. Alios, quod infra poetę dignitatem viderentur, obelisco confoderūt, Vnde factū est, vt diuini poetæ opus, quod prius ordine fortuito legebatur. Pisistrati impendio, & acri grammaticorum iudicio commode diuisum, purū, candidū, & ex omni parte speciosum habeamus. Quod in duo diuisum volumina de facti nomine φαϛωδίας græci dixerunt. Quàm vellem, vt nostra ætas aliquem Pisistratum sortita esset, qui præmijs hos ad veterū scripta indaganda incitaret, vt libri in tenebris iacentes à situ, & fœdo tinearū, atq; blattarum morsu vindicari possent. Illis mandaret, vt studioſe qui in lucem prodirent, quiq; in manibus habentur, eos perlegerent, atq; emendarent. Quod si nobis concederetur, quorum seculò ars hæc imprimendorum librorum excogitata, atq; in summum culmen euecta est, forsan maxima illa latinarum literarum iactura plurima ex parte reparari posset. Sed proh dolor, res in contrarium cessit. Nam docti pariter, & indocti ad corrigendos libros passim concurrūt, quasi in compitis, & in plebe vulgaria illa decantentur, quę felicioribus temporibus remotiora, & recondita, medio criterq; doctis incognita fuerunt. Quare cum res difficil lima sine cura discriminis, & sine iudicio fiat, vix ausim dicere, obfueritne magis, an profuerit latinis literis nouū istud artificium, nisi copia librorum ingenia multorum acuet, solertiamq; excitabit, qui collatis libris, deprehensisq; erroribus, meram veritatem, quandoq; assequētur. Igitur cum Nicolaus Ienson Prisci Catonis librum viri censura, triumphoq; insignis, & sui confessione qui opti-

mi sine æmulo agricolę impressurus esset, necnon & treis doctissimi illius Varronis libros, qui potius par, q̄ æmulus græcorum scriptorum in quocunq; disciplinarū genere fuit, & si huiusmodi recognitionē sæpe recusassem, quod peritissimi antiquarij, & otiosi hominis foret, non potui satis honestę bonis, & studiosis viris id petentibus negare, præsertim cum se vereri dicerent, ne temerario, & velut sacrilego quorundam conatu de maiestate Catoniana, Varronianaq; doctrina plurimum nobis tolleretur. Id quod deprehendebant ex quibusdam exemplaribus, in quibus pauca admodum, quę vere Catonis, atq; Varronis dici possent, offendissent. Quę res hoc item effecit, vt in prima vtriusq; scriptoris parte, nonnulla putem aliter legi posse. Sed nostra hæc correctio primum repentino, & graui morbo intermissa, tum ne impressorum operarij cum dominorum noxa feriarentur, præcipitata fuit, alioquin diligenter examinanda, et pro varia, & recondita priscarum rerum, veterumq; vocum copia maturanda. Nam quid Catone nostrarum literarum parente (vt Plinius ait) antiquius? A pud quem multa in literis remotissima, & ipsis pontificum libris obscuriora, nostris hominibus, tum ignorata, tum desita legūtur. Quare studiosum, & accuratum lectorem rogamus, vt si vel legendis veterum libris, vel vsu aliquo rei rusticæ, priscarum dictionum significata cognouerit, hunc antiquum, & adorandum patrem iuuet. Hoc idem de Varrone dico, qui tribus libellis omnem agricolationis rationē subtiliter, & prudenter diuisam cumulate in dialogi morem absoluit. Abs quo nō pauca Mantuanus vates in georgicum suum carmen transtulit, atq; ita longe Hesiodū reliquit, præcepta rustica in parteis quatuor partitus, ratione diuersissima ab ea, quam Seruius virgilianus interpres, alias doctissimus, in explananda Georgici carminis quadripartita propositione tradit. In qua re plura dissererem, nisi ex ijs libris, qui nunc frequentissimi habētur, id luce clarius constaret. Sed vt lector lætior ad hæc legenda accedat, quædam annotauimus strictim enarranda, in quibus alioqui multi dubitarent. Quædam intacta reliquimus, quæ nos adhuc latent, vt possint alij vel libris fidelioribus repertis, vel ingenij bonitate, & egregia præceptorū doctrina de eruditione, & diligentia laudem quærere. Nam plurimum rei latinæ referret, hos authores, qui primi romano generi omnium rerum expetendarum præcepta tradiderunt, quamemendatissimos facere. Sed hanc emendationem nostram, qualiscunq; ea sit, tibi dicamus Bernarde Iustinianæ præclare senator, militiæq; insignibus decorate, quē in omni publico munere magnificum, atq; prudentem ferè omnis Europa cognouit. Nam in censura domi mirabili quodam temperamento seuerus, humanusq; fuisti. In dicenda sententia quis senator te grauior? copiosior? & vehemētior auditur? Foris vero ingerendis magistratibus, quanta tua fuit clementia, atq; iustitia? Sed in obeundis legationibus peculiarem illam domus tuæ cum sapientia eloquentiam adeo præstitisti, vt vere Leonardum illum Iustinianum, patrem tuū oratorem clarissimum, vt corpore, ita spiritu, & eloquentia reddideris, possitq; in familiam Iustinianam per continuam seriem oratorum id dici, quod in Curionum laudem de eloquētia historiæ commemorant. Igitur disertissime Patricie, siquando à publicis negotijs otiosus fueris, rusticos hos libros, quos legisse nec inutile, nec indecorum erit, paulo accuratius plegas. In quibus (quod in vtraq; lingua polles plurimum) si quid mendosum inueneris, in studiosorum vtilitatem emendabis, vt possint latinæ quoq; literę de eruditione ita debere, quemadmodum de prudenti, & generoso cōsilio res tua pubica tibi debet.

VALE.

# MARCI CATONIS PRISCI DE re Rustica Libri Capita.


Prædium cum comparare cogitabis. Cap. 1
Paterfamilias, vbi ad villam venit. Cap. 2
Prima adolescentia patremfamiliæ agrũ statim conserere studere. Cap. 3
Bubilia bona, beneq; ædificata. Cap. 4
Hæc erunt villici officia. Cap. 5
Agrum quibus locis conseras. Cap. 6
Fundo suburbano arbustum maxime conuenit habere. Cap. 7
Ficos mariscas in loco cretoso, et aprico serito. Cap. 8
Fundum suburbanum, & qui eum fundum solum habebit. Cap. 9
Oliuetũ agri ducentorũ quadraginta iugerũ. Cap. 10
Vinea centenum iugerum. Cap. 11
In torcularium hæc opus sunt. Cap. 12
In torcularium vsui quod opus sit. Cap. 13
Villam ædificandam si locabis. Cap. 14
Maceria si ex calce, & cementis, vel silice. Cap. 15
Calcem partiario coquendam qui dant. Cap. 16
Robur, & materies q̃ tpe anni tempestiua sit. Cap. 17
Torcularium si ædificare voles. Cap. 18
In vasa vinaria stipites, arboresq; binis pedibus altiores facito. Cap. 19
Trapeti columellã ferreã, quæ in miliario stat. Cap. 20
Cuppam trapeti facito pedes decem. Cap. 21
Trapetum hoc modo accommodare oportet. Cap. 22
Face ad vindemiam quæ opus sunt Cap. 23
Vinum græcum hoc modo fieri oportet. Cap. 24
Cum vinum coctum erit. Cap. 25
Vindemia facta, vasa, torcula, corbulas. Cap. 26
Sementim facito ita. Cap. 27
Oleas, vlmos, ficos, poma, vites. Cap. 28
Stercus diuidito sic. Cap. 29
Bubus frondem populneam, vlmeam. Cap. 30
Ad oleam cogendam, quæ opus erunt. Cap. 31
Vineas, arboresq; mature face vticipias putare Cap. 32
Vineam sic facito vti curetur. Cap. 33
Redeo ad sementim. Cap. 34
Fabam in locis validis Cap. 35
Quæ segetem stercorent. Cap. 36
Cariosam terram faciet. Cap. 37
Fornacem calcaream. Cap. 38
Vbi tempestates male erunt. Cap. 39
Per ver hæc fieri oportet. Cap. 40
Vitis insito vna est per ver. Cap. 41
Ficos, & oleas altero modo. Cap. 42
Sulcos, si locus aquosus erit. Cap. 43
Oliuetum diebus quindecim ante æquinoctiũ. Cap. 44
Taleas oleaginas, quas in scrobe saturus eris. Cap. 45
Seminarium ad hunc modum facito. Cap. 46
Arundinem sic serito. Cap. 47
Pomarium seminarium ad eundem modũ. Cap. 48
Vineã veterẽ si in aliũ locũ transferre voles. Cap. 49
Prata primo vere stercorato. Cap. 50
Propagatio pomorum, alcarumq; arborum. Cap. 51
Quæ diligentius propagari voles. Cap. 52
Fœnum, vbi tempus erit. Cap. 53
Per ver cũ arabitur ante q̃ ocymũ nascatur. Cap. 54
Ligna domino in tabulato condito. Cap. 55
Familiæ cibaria vbi opus facient. Cap. 56
Vinum familiæ, vbi vindemia facta erit. Cap. 57
Pulmentarium familiæ. Cap. 58
Vestimenta familiæ. Cap. 59
Bubus cibaria annua. Cap. 60
Quid est agrum bene colere. Cap. 61
Quot iuga boum, mulorum, asinorũ habebis. Cap. 62
Funem torculum esse oportet extentum. Cap. 63
Olea vbi matura erit. Cap. 64
Oleum viride sic facito. Cap. 65
Custodis, & capulatoris officia. Cap. 66
Item custodis officia. Cap. 67
Vbi vindemia, & oleitas facta erit. Cap. 68

Dolia olearia noua sic imbuito. Cap. 69
Bubus si morbum metues. Cap. 70
Bos si ægrotare cœperit. Cap. 71
Boues ne pedes subterant. Cap. 72
Vbi vuæ variæ cœperint fieri. Cap. 73
Panem depsiticum sic facito. Cap. 74
Libum hoc modo facito. Cap. 75
Placentam sic facito. Cap. 76
Spiram sic facito. Cap. 77
Scriblitam sic facito. Cap. 78
Globulos sic facito. Cap. 79
Enchytum sic facito. Cap. 80
Erneum tanquam placentam facito. Cap. 81
Sphæricam sic facito, ita vti spiram. Cap. 82
Votum pro bubus vt valeant. Cap. 83
Sauillum hoc modo facito. Cap. 84
Pultem punicam sic coquito. Cap. 85
Granearn triticeam sic facito. Cap. 86
Amylum sic facito. Cap. 87
Salem candidum sic facito. Cap. 88
Gallinæ, & anseres sic farcito. Cap. 89
Palumbum recentem sic farcito. Cap. 90
Aream sic facito. Cap. 91
Frumento ne gurgulio noceat. Cap. 92
Olea si fructum non fert, ablaqueato. Cap. 93
Fici vti grossos teneant. Cap. 94
Conuoluulus in vinea ne fiat. Cap. 95
Oues ne scabræ fiant. Cap. 96
Amurca decocta axem vnguito. Cap. 97
Vestimenta ne tineæ tangant. Cap. 98
Fici aridæ si voles vt integræ sint. Cap. 99
Oleum si in metretam nouam inditurus eris. Cap. 100
Virgas myrteas si voles cum bacis seruare. Cap. 101
Si bouem, autaliam quamuis quadrupedem serpens momorderit. Cap. 102
Boues vti valeant. Cap. 103
Vinum familiæ per hyemem. Cap. 104
Qui ager à mari longe aberit. Cap. 105
Aquæ marinæ concinnatio. Cap. 106
Hoc modo labra doliorum circumlinas. Cap. 107
Vinum si voles experiri duraturum. Cap. 108
Vinum, asperum quod erit. Cap. 109
Odorem deteriorem vino demere si voles. Cap. 110
Si voles scire in vinũ aqua addita sit, nec ne. Cap. 111
Vinum colum si facere voles. Cap. 112
Vt vinum bene odoratum fiet. Cap. 113
Vinum si voles concinnare. Cap. 114
Vinum ad aluum mouendam. Cap. 115
Lentim quomodo seruari oporteat. Cap. 116
Oleæ albæ quemadmodum condiantur. Cap. 117
Oleam albam secundum vindemiam. Cap. 118
Epityrum album, nigrũ, variumq; sic facito. Cap. 119
Mustum si voles totum annum habere. Cap. 120
Mustaceos sic facito. Cap. 121
Vinũ concinnare, si lotiũ difficilius transibit. Cap. 122
Vinum adischiacos sic facito. Cap. 123
Canes interdiu clausos esse oportet. Cap. 124
Vinum myrteum sic facito. Cap. 125
Ad tormina, et si tineę, et lubrici molesti sunt. Cap. 126
Ad dispepsiam, & stranguriam. Cap. 127
Habitationem delutare cum voles. Cap. 128
Aream vbi frumentum teratur, sic facias. Cap. 129
Codicillos oleaginos, & cætera ligna. Cap. 130
Dapem pro bubus pyro florente facito. Cap. 131
Dapem hoc modo fieri oportet. Cap. 132
Propagatio pomorum, cæterarumq; arborũ. Cap. 133
Prius quàm messem facias. Cap. 134
Romæ tunicas, togas, saga, centones. Cap. 135
Pollinctionem in agro cassinate, & venafri. Cap. 136
Vineam curandam partiario. Cap. 137
Boues ferijs coniungere licet. Cap. 138
Lucum collucare romano more sic oportet. Cap. 139
Si fodere velis altero piaculo eodẽ modo facito Cap. 140
Agrum lustrare sic oportet. Cap. 141

Villici officia, quę sunt, quę dñs præcipit. Cap. 142
Villicæ quæ sunt officia curato faciat. Cap. 143
Oleam legendam hoc modo locare oportet. Cap. 144
Oleam faciundam hac lege oportet locare. Cap. 145
Oleam pedentem hac lege venire oportet. Cap. 146
Lege hac vinum pendens venire oportet. Cap. 147
Vinum in dolijs hoc modo venire oportet. Cap. 148
Qua lege pabulū hybernū venire oporteat. Cap. 149
Fructum ouium hac lege venire oportet. Cap. 150
Quo pacto cupresseta seri oporteat. Cap. 151
De scopis virgeis. Cap. 152
Vinum fecatum sic facito. Cap. 153
Vinū emptoribus sine molestia hoc modo admetiri debet. Cap. 154
Per hyemē aquam de agro depellere oportet. Cap. 155
De brassica quod concoquit. Cap. 156
De brassica pytagorea quid in ea boni sit. Cap. 157
Aluum deijcere hoc modo oportet. Cap. 158
Intertrigini remedium. Cap. 159
Luxum, siquod est, vt excantes. Cap. 160
Locū, vbi asparagū seras, bñ subigere oportet Cap. 161
Pernas sic salire oportet. Cap. 162

FINIS.

## M. TERENTII VARRONIS DE re Rustica Capita Libri I.

Gręci, & latini, qui de re rustica scripserunt. Cap. 1
Quæ disiungenda sunt ab agricultura. Cap. 2
Vti ars ex agricultura sit conclusio. Cap. 3
Quæ agriculturæ sint principia, & fines. Cap. 4
Quot partes habeat disciplinæ cultura. Cap. 5
De solo fundi, quæ, & quot sint videnda. Cap. 6
Quis sit ager optimus, & quis eo proximus, & quis deinceps. Cap. 7
Quod species vitis plurimæ sint. Cap. 8
Quod tribus modis terra dicatur bona, aut non bona, aut communis. Cap. 9
Quot modis metiantur rura. Cap. 10
Quo sit villa statuenda modo, et quę in villa. Cap. 11
Quo sit loco potissimum villa statuenda. Cap. 12
Quod in villa primitus faciunda sint bubilia, & ouilia, & cællæ, & vasa vinaria, & olearia, & alia. Cap. 13
De septis, quæ tutandi fundi causa fieri debeant, & qualiter. Cap. 14
Ad quid inuentæ sepes. Cap. 15
De eis, quæ extra fundum commoda fiant, aut incommoda. Cap. 16
Quibus rebus agri colantur. Cap. 17
De numero familiæ rusticalis, & quot operis quisq; ager coli possit, & de modo cuiusq;. Cap. 18
Quot iuga boū singulis iugeribus satis sint, qđ instrumētū agreste semiuocale nuncupatur. Cap. 19
De eligendis bubus, & de modo probandi, & edomandi nouellos iuuencos. Cap. 20
De canibus, sine q̄bus vtique villa parū tuta sit Cap. 21
Qualiter vniuersū instrumentorum apparatus fundi instituatur. Cap. 22
Quę, et q̄ quicq; loco maxime oporteat serere. Cap. 23
Olea in q̄ agro serunda sit, qua parte, q̄ ordine. Cap. 24
Vinea quo agro serunda sit. Cap. 25
Quo in loco ridicæ in vinea figi debeant, & ad quam partem. Cap. 26
Quot diuidatur mensibus, & temporibus annus, & in quibus quid seri oporteat, ac colligi de agro seminata. Cap. 27
Quot dies habeat quælibet quarta pars anni, & in quibus signis cœli intrent. Cap. 28
Quid inter fauonium, & æquinoctium vernū fieri oporteat. Cap. 29
Quæ inter æquinoctium vernum, & vergiliarum exortum fieri debeant. Cap. 30
Quid inter vergiliarum exortum ad solstitiū fieri oporteat. Cap. 31
Quid inter solstitiū, et caniculā faciundū sit. Cap. 32

Quinto interuallo inter caniculam, & æquinoctiũ autumni, quæ fieri oportet. Cap. 33
Sexto interuallo ab æquinoctio autumnali, quid fieri oporteat vsq; ad brumam. Cap. 34
Septimo interuallo inter vergiliarum occasum, & brumam, quæ fieri oportet. Cap. 35
Octauo interuallo inter brumam, & fauonium, quæ fieri oporteat. Cap. 36
De lunaribus diebus. Cap. 37
De stercore, & sterquilinio. Cap. 38
Quatuor esse genera seminum, & quæ quo tempore, & loco debeant seri. Cap. 39
Quæ sint genera seminum, & quemadmodũ propagari debeant, & quibus, & quo loco debeant seri. Cap. 40
De temporibus transferendorum surculorũ, & quæ sint post sationem obseruanda. Cap. 41
De melica. Cap. 42
De cythiso. Cap. 43
Quot modij serũtur fabæ, tritici, ordei, farris. Cap. 44
Sata quoto quæq; die prodeant de terra. Cap. 45
Ex quibus foliis cognosci possunt anni tpa. Cap. 46
Quemadmodum sata sunt tuenda. Cap. 47
Quæ in spica sunt vocabula, & causæ eorum. Cap. 48
De fructibus maturis capiendis, & fœnisicio, & sicilitione pratorum. Cap. 49
De messe, & causa huius vocabuli, quare messis appellata, quaréue appellatæ sint. Cap. 50
Aream qualem esse oporteat. Cap. 51
In semen quemadmodum spicas secerni oporteat, & de tritura. Cap. 52
De stipula. Cap. 53
De vindemia facienda. Cap. 54
De olea legenda. Cap. 55
De fœno condendo. Cap. 56
De tritico condendo. Cap. 57
De faba, & leguminibus, & vuis condendis. Cap. 58
De pomis condendis. Cap. 59
De olea condenda. Cap. 60
De amurca condenda. Cap. 61
De promendis frugibus tuendi causa. Cap. 62
Quemadmodum frumentũ sit promendum. Cap. 63
De amurca tuenda, ac promenda. Cap. 64
De vino promendo. Cap. 65
De olea promenda. Cap. 66
De nuce, & palmula. Cap. 67
De vuis, & malis, & sorbis pensilibus promendis. Cap. 68
De farre promendo, aut ad cibarium, aut ad sationem, aut ad vendendum. Cap. 69

## CAPITA LIBRI SECVNDI.

De origine, ac dignitate rei pecuariæ. Cap. 1
De pecudibus arietibus, & agnis. Cap. 2
De capris, hircis, & hœdis. Cap. 3
De Sue. Cap. 4
De bubus, & vaccis. Cap. 5
De asinis. Cap. 6
De equis, & equabus. Cap. 7
De mulis, & hinnulis. Cap. 8
De canibus. Cap. 9
De pastoribus. Cap. 10
De lacte, caseo, lana. Cap. 11

## CAPITA LIBRI TERTII.

De villaticis pastionibus. Cap. 1
Quæ dicatur villa. Cap. 2
Quæ in villa, circumúe eã ali, vel passi possint. Cap. 3
De auibus in genere. Cap. 4
De turdis. Cap. 5
De pauonibus. Cap. 6
De columbis. Cap. 7
De turturibus. Cap. 8
De gallinis. Cap. 9
De anseribus. Cap. 10
De anatibus. Cap. 11

Biblioteca

De leporibus. Cap. 12
De apris. Cap. 13
De cocleis. Cap. 14
De gliribus. Cap. 15
De apibus. Cap. 16
De piscinis. Cap. 17

FINIS.

L. IVNII MODERATI COLVMELlæ de re Rustica Capita Libri I.

Præcepta, quę sequantur, qui rusticari velint. Cap. 1
Qualiter dispositus fundus maxime probetur. Cap. 2
Quæ præcipue respiciendo agro antequàm ematur, notanda sunt. Cap. 3
De salubritate regionum. Cap. 4
De aqua. Cap. 5
De positione villæ. Cap. 6
De officijs patrisfamilias. Cap. 7
De pecore, & pecorum magistris. Cap. 8
Qualis corporaturæ mancipia, cuicę operi contribuenda sunt. Cap. 9

CAPITA SECVNDI LIBRI.

Terrā nec senescere, nec fatigari si stercoretur. Cap. 1
Quot sunt genera terreni. Cap. 2
Quæ cura adhibēda sit bubus ab opa disiūctis. Cap. 3
Quo anni tpe campi arandi sint, et quomodo. Cap. 4
Exilis terra quomodo stercoretur. Cap. 5
De generibus seminum. Cap. 6
De generibus leguminum. Cap. 7
Quod sit seminandi tempus. Cap. 8
Quot seminum modios iugerum postulet, & medicinæ seminum. Cap. 9
Quod solum cuicę legumini conueniat. Cap. 10
De genere pabulorū, et de medica, vicia, farragine, auena fœno gręco, eruo, & cicera. Cap. 11
Quemadmodū, & quot operis vnumquodqę frumentū, & legumen colatur. Cap. 12
Pro modo cuiusqę agri quot operę dęsignetur. Cap. 13
Quæ legumina aruis noceant, quæqę prosint. Cap. 14
De generibus stercoris. Cap. 15
Quibus temporibus agri stercorandi sunt. Cap. 16
Quemadmodum ex aruo prata fiant. Cap. 17
Quemadmodum facta prata colantur. Cap. 18
Quemadmodum succisum fœnum tractari, & condi debeat. Cap. 19
De area constituenda. Cap. 20
De messe facienda, & de tritura. Cap. 21
Quæ per ferias liceat agricolæ, & quæ non liceat facere. Cap. 22

CAPITA LIBRI TERTII.

Quod genus vitis conueniat cuicę solo, & statui cœli. Cap. 1
Quæ vites suburbanis regionibus ad escam conserendæ sunt. Cap. 2
Nihil magis rusticis conuenire, q̄ vitē colere. Cap. 3
Quæ obseruare decet, qui vineas instituit. Cap. 4
Quali solo, & quomodo vitiarium faciundum sit. Cap. 5
Qualis & ex quibus partibus vitis malleolus legendus sit. Cap. 6
Quomodo fœcunditatem vitis explores. Cap. 7
Quæ spectanda sit qualitas in eo solo, quod vineis destinaueris. Cap. 8
Quomodo amineas feraces facias. Cap. 9
Ex qua vitis parte semina eligenda sunt. Cap. 10
Quę spectandę qualitates in eo solo, quod vineæ destinaueris. Cap. 11
Quæ Iulius Græcinus tradiderit de terra vineali. Cap. 12
Quomodo terra pastinetur. Cap. 13
Quot modis vitis ponetur, aut in prouincijs, aut in Italia. Cap. 14
Meliorem esse positionē pastinato solo quàm nouali. Cap. 15
Quæ mensura pastinādi soli abunde sit vineis. Cap. 16

Quēadmodū, & quo tempore vitis serenda sit. Cap. 17
Quæ obseruare debet qui vitem ponit. Cap. 18
Quàm longus debet esse malleolus. Cap. 19
Quo genera vitium ponenda sint. Gap. 20
Vtrum distinctis generibus vitium horti conserendi sint. Cap. 21

## CAPITA QVARTI LIBRI.

Cōtra opinionē Attici, et Celsi nō eē satis altos scrobes bipedaneos vineaticis seminibus. Cap. 1
Non oportere viuiradicis duos palos vestire, sed singula semina singulis adminiculis esse contribuenda. Cap. 2
Nouam consitionem vineæ, nisi magna, & assidua cultura adiuuetur, celeriter interire. Cap. 3
Prosterni vitē in scrobē, & recuruatā, vsq; ab imo solo rectā calamo applicari oportere. Cap. 4
A consitione oībus mensibus fodiendum, & curandū ne herbæ nascantur, & viuiradices ad vnam materiam redigendos. Cap. 5
De pampinatione malleolis, & viuiradicibus facienda. Cap. 6
Tempestiuam esse pampinationem, qua digito palmites deijciuntur. Cap. 7
Per autumnum ablaqueandam esse vineam. Cap. 8
Quemadmodum ablaqueata vinea putetur. Cap. 9
Quod sit optimum tempus putandi. Cap. 10
Quomodo malleolus resecandus sit. Cap. 11
Quēadmodū pedanda sit vinea, & de cāterio. Cap. 12
Quomodo vitis alliganda sit. Cap. 13
Malleolis iugum imponendum, & quàm alte canterius alleuandus sit. Cap. 14
Quemadmodum nouella vinea frequentanda est, & propagines faciendæ sint. Cap. 15
Quo tempore viuiradix transferenda sit. Cap. 16
Quomodo iugum faciendum sit. Cap. 17
Quomodo in hortulos vineæ diuidendæ sint. Cap. 18
De positione iugi, et quatenus à terra leuandū. Cap. 19
De cura, & modo alligandarum vitium. Cap. 20
Nouella vinea quomodo putanda sit. Cap. 21
Quemadmodū veteranæ vineæ restituantur. Cap. 22
Quemadmodum eædem putentur. Cap. 23
Quæ bonus vinitor in constituta iam vinea vitare, aut sequi debeat. Cap. 24
De figura falcis vineaticæ. Cap. 25
De cura adminiculandæ, iugandæq; vineæ. Cap. 26
Quæ bonus vinitor in constituta iam vinea vitare, aut sequi debeat. Cap. 27
Quomodo pampinari, & quot fossuris vinea excoli debeat. Cap. 28
De inserendis vitibus, & insitione tuenda. Cap. 29
De ratione pedaminum, viminū, & de salicto. Cap. 30
De genista. Cap. 31
De arundinetis. Cap. 32
De castaneis, & castanetis. Cap. 33

## CAPITA QVINTI LIBRI.

Quemadmodum datas formas agrorum metiri debeas. Cap. 1
De varijs agrorum formis, & eorum dimensionibus. Cap. 2
Inter vites pangendas quot pedes relinquendi sint. Cap. 3
De cultura prouincialium vinearum. Cap. 4
De vlmarijs faciendis. Cap. 5
De arbusto gallico. Cap. 6
De generibus olearum. Cap. 7
De seminarijs oliuarum faciendis. Cap. 8
De arboribus pomiferis. Cap. 9
De insitione arborum. Cap. 10
De cythiso. Cap. 11

## CAPITA SEXTI LIBRI.

De bubus parādis, atq; emendis, carūq; forma. Cap. 1
De bubus domandis. Cap. 2
De boum cura, & cibarijs. Cap. 3
De vitijs boum, & medicinis. Cap. 4

Quæ sint, quibus pestilentia ingruit gregi, & quæ remedia adhibenda. Cap. 5
Quod remedium adhibetur boui cruditate laboranti. Cap. 6
Quo remedio sedatur dolor ventris, & intestinorum pecoris. Cap. 7
De vitiosis incrementis linguæ. Cap. 8
De febre boum. Cap. 8
De tussi boum. Cap. 9
Suppurationis remedia. Cap. 10
Claudicanti boui, quod remediū adhibeatur. Cap. 11
Ad scabiē remedia, & ad morsum rabiosi canis, vel lupi, nec non & ad coriaginem. Cap. 12
Ad exulcerationem pulmonis, & palati tumorem. Cap. 13
Ad talum, seu vngulam læsam remedia. Cap. 14
Ad conuulsos armos, & cornua præfracta. Cap. 15
Ad ictus serpentis, & noxiorum animalium. Cap. 16
Remedia ad haustam hirundinem. Cap. 17
De machina facienda, qua clausa iumenta curentur. Cap. 18
De tauri forma. Cap. 19
De forma vaccæ. Cap. 20
Quotannis delectus faciendus. Cap. 21
De conseptis, & stabulis faciendis. Cap. 22
Quæ ætas idonea ad admissuram. Cap. 23
Remedia ad lumbricos vitulorum. Cap. 24
De castrandis vitulis. Cap. 25
De equis. Cap. 26
De ætate admissarij, & quis pullus generetur. Cap. 27
De indole, & forma equi. Cap. 28
De cura, & medicina equorum. Cap. 29
Ad tussim. Cap. 30
Ad intertrigenem, & scabiem. Cap. 31
Ad muscas, & oculorum dolores. Cap. 32
Ad fastidia ciborum, & labem pestiferam remedia. Cap. 33
De equarum rabie. Cap. 34
De mulis. Cap. 35
Ad temperandam fæuitiam admissarij in libidinem furentis. Cap. 36
De medicinis eorum. Cap. 37

## CAPITA SEPTIMI LIBRI.

De asello. Cap. 1
De ouibus emendis, tuendisq;. Cap. 2
De arietibus eligendis. Cap. 3
De ouibus tectis. Cap. 4
Medicinæ pecoris ouilli. Cap. 5
De caprino pecore. Cap. 6
De medicina caprarum. Cap. 7
Caseifaciendi ratio. Cap. 8
De suibus, & eorum medicinis. Cap. 9
De medicina suum. Cap. 10
De castratione suum. Cap. 11
De canibus. Cap. 12
De morbis, & medicinis canum. Cap. 13

## CAPITA OCTAVI LIBRI.

De villaticis pastionibus. Cap. 1
De gallinarum generibus, gallis cohortalibus parandis, & nutriendis. Cap. 2
De gallinarijs constituendis. Cap. 3
De cibarijs gallinarum. Cap. 4
De seruandis, & supponendis ouis. Cap. 5
De ouis. Cap. 6
De gallinis farciendis. Cap. 7
De palumbis, & columbis farciendis, & columbarijs constituendis. Cap. 8
De alendis turturibus. Cap. 9
De turdis educandis. Cap. 10
De pauonibus educandis. Cap. 11
De numidicarum, & rusticarum gallinarum, educatione. Cap. 12
De auibus quas græci ἀμφίβια, & latini duplicis vitæ appellant. Cap. 13

De anseribus educandis, & anserario constituendo. Cap. 14
De anatibus, querquedulis, & similibus. Cap. 15
De piscinis, & piscibus alendis. Cap. 16
De positione piscinæ. Cap. 17

## CAPITA NONI LIBRI.

De vinarijs faciendis, & includendis pecudibus feris. Cap. 1
De apibus. Cap. 2
Quot genera sint apũ, & quod ex ijs optimũ. Cap. 3
Quales pastiones, & qui situs pastionum apium esse debeat. Cap. 4
De sedibus apum eligendis. Cap. 5
De vasis alueorum probandis Cap. 6
Quemadmodum aluei collocandi sint. Cap. 7
De comparandis apibus, & quemadmodũ syluestria examina capiantur. Cap. 8
Quemadmodum vernacula examina obseruantur, & in aluos condantur. Cap. 9
Quæ sit forma regis apum. Cap. 10
Quomodo apum paucitas emendetur. Cap. 11
De condendo examine, et eius fuga inhibenda Cap. 12
Remedia apum laborantium morbo. Cap. 13
Quid quoq; tempore faciant apes, & quid earum curator facere debet. Cap. 14
De melle conficiendo, & quando castrari debent alui. Cap. 15
De cera facienda. Cap. 16

## LIBER DECIMVS CARMINA continet de cultu hortorum.

## CAPITA VNDECIMI LIBRI.

Quæ intra villam agi debeant ob homine officio villicationis præpositio. Cap. 1
Quid quoq; mense faciendum sit, temporibus accommodando opera. Cap. 2
Prosa de cultu hortorũ, & herbis hortensibus. Cap. 3

## CAPITA DVODECIMI LIBRI.

Cura rei domesticæ, & præcepta, quæ villica exequi debeat. Cap. 1
Quemadmodum tractare debeat penora, siue cællaria. Cap. 2
Distributio instrumenti, & supellectilis. Cap. 3
Quæ & qualia vasa parare debeat penoribus, & salgamis condiendis. Cap. 4
Quemadmodum ex vino vapido acetũ fiat. Cap. 5
Quomodo muria dura fiat. Cap. 6
Quæ per quatuor anni tempora herbæ, & quomodo condiantur. Cap. 7
Oxygala quomodo fiat. Cap. 8
Conditura lactucæ. Cap. 9
Cæpæ, pyrorum, & malorum, cæterorumq; pomorum compositio. Cap. 10
De mella facienda, qua in condituris vtuntur. Cap. 11
De aqua mulsa facienda. Cap. 12
De caseo in vsus domesticos seruando, & de quibusdam herbis condiendis. Cap. 13
De malis, & pyris in sole siccandis. Cap. 14
De ficis aridis. Cap. 15
De vuis passis faciendis, & sorbis seruandis. Cap. 16
De aceto ficulneo faciendo. Cap. 17
Quæ præparanda sint vindemiæ. Cap. 18
De pluribus generibus conditurarum, quibus vinum confirmatur. Cap. 19
De sapa, & defruto coquendis. Cap. 20
De defruto, qđ adiscitur in vinũ ad vetustatẽ. Cap. 21
Picis liquidæ alterum medicamen, quo mustum condias. Cap. 22
De pice, qua vtuntur Allobroges ad condituram vini picati. Cap. 23
De pice nemeturica ad condituras. Cap. 24
De aqua salsa, vel muria ad vina condienda. Cap. 25
Remedia acescentis vini. Cap. 26
De vino dulci faciendo. Cap. 27

De alijs salubribus conditurarum generibus. Cap. 28
Quemadmodum mustum semper dulce tanquam recens permaneat. Cap. 29
Optima vini curatio, & remedia languentis vini. Cap. 30
Si quod animal in mustum ceciderit, & interierit, remedia. Cap. 31
Vinum ex marrubio. Cap. 32
Vinum scylliten. Cap. 33
De aceto scyllitico. Cap. 34
Vinum absynthiten, hyssopiten, abrotoniten, & reliquarum notarum quomodo fiat. Cap. 35
De musto tortiuo. Cap. 36
Vinum simile græco facere. Cap. 37
Vinum myrtiten quomodo facias. Cap. 38
Passum quemadmodum fiat. Cap. 39
Lora optima quomodo fiat. Cap. 40
Mustum lixiuum quomodo fiat. Cap. 41
De caseo condendo. Cap. 42
Vuæ ollares quemadmodum componantur, & seruentur. Cap. 43
Mala granata quemadmodum seruentur. Cap. 44
Mala orbiculata, sextiana, melimela, & alia genera quomodo seruentur. Cap. 45
De conditura inulę. Cap. 46
Sampsa quomodo fiat. Cap. 47
Nigræ oliuæ conditura. Cap. 48
Sirapa quomodo fiat. Cap. 49
Oleum quemadmodum fiat. Cap. 50
De oleo gleucino. Cap. 51
Oleum ad vnguenta quemadmodum facias. Cap. 52
De salsura suillæ carnis. Cap. 53
Rapa, & napos quemadmodum condias. Cap. 54
Sinapim quemadmodum faciãs. Cap. 55
Oleris atri, & siseris radicem quemadmodum condias. Cap. 56
Moretum, oxyporum, vel vt alij, oxygarum quemadmodum componas. Cap. 57

## CAPITA LIBRI DE ARBORIBVS.

De vitiario faciendo. Cap. 1
Qualia semina, & quando legas. Cap. 2
Quemadmodum semina eligas, & de habitu terræ. Cap. 3
De generibus vinearum. Cap. 4
Quemadmodum vites coli debeant. Cap. 5
De resecanda vinea vetere, & propaganda. Cap. 6
De propagatione. Cap. 7
De insitionibus fructuosis, quæ vites fœcundas faciunt. Cap. 8
Vt vua complura genera acinorum habeat. Cap. 9
Vindemiam quomodo putes. Cap. 10
De pampinatione. Cap. 11
De fossura. Cap. 12
Ne rubigo vineam vexet. Cap. 13
Ne formica vitem ascendat. Cap. 14
Ne sorices, aut volucra vitem lædant. Cap. 15
De arbustis. Cap. 16
De oliuetis. Cap. 17
De pomario constituendo. Cap. 18
De scrobibus faciendis. Cap. 19
Quomodo semina legas. Cap. 20
Quando ficus serenda sit. Cap. 21
De nuce serenda. Cap. 22
De malo punica serenda. Cap. 23
De pyro. Cap. 24
De malis serendis. Cap. 25
De insitione arborum. Cap. 26
Quod omnium generum surculi, omnibus arboribus inseri possint. Cap. 27
De cythiso. Cap. 28
De salice, & genesta, & arundine. Cap. 29
De viola & rosa. Cap. 30

FINIS.

EST interdum præstare populo, mercaturis rē quæ rere, ni tā periculosum siet, & item fœnerari, si tā honestum siet. Maiores enim nostri sic habuere, & ita in legibus posuere, furem dupli condemnari, fœne ratorem quadrupli. Quanto peiorem ciuē existimarint fœneratorē, quàm furem, hinc licet existimari. Et virum bonū cū laudabant, ita laudabant, bonū agricolam, bonumq; colonū. Amplissime laudari existimabatur, qui ita laudabatur. Mercatorem aūt strenuum, studiosumq; rei quærendæ existimo, verum (vt supra dixi) periculo sum, & calamitosum. At ex agricolis & viri fortissimi, & milites strenuissimi gignuntur, maximeq; pius quæ stus, stabilissimusq; consequitur, minimeq; inuidiosus.

Minimeq; male cogitantes sunt, qui in eo studio occu pati sunt. Nunc (vt ad rem redeam) quod promisi institu tum primum hoc erit. I.

PRAEDIVM Cum comparare cogitabis, sic in animo habeto, vti ne cupide emas, néue opera tua parcas visere & ne satis habeas semel circumire. Quoties ibis, toties magis placebit, quod bonum erit. Vicini quo pacto nite ant, id animaduertito. In bona regione bene nitere opor tebit. & vti eò cum introeas, circunspicias, vti inde exiri possit, vti bonum cœlum habeat, ne calamitosum siet, so lum bonū sua virtute valeat. Si poteris sub radice mon tis siet, in meridiem spectet, loco salubri, operariorum co pia siet, boumq; ibiq; aquariū, & oppidū validum pro pè siet, aut mare, aut amnis, quà naues ambulant, aut via bona, celebrisq; siet autē & in ijs agris, qui nō sæpe do minos mutant, qui in his agris prædia vendiderint, quos pigeat vēdidisse, vti bene ædificatū siet. Caueto ne alienā disciplinā temere cōtēnas. De dño bono colono bonoq; ædificatore melius emetur. Ad villā cū venies, videto, va sa, torcula, et dolia multa ne sient. vbi non erūt, scito pro ratiōe fructuū esse. Instrumēti magnine siet, bono loco si et. Videto quā minimi instrumēti sumptuosus agerne si et. Scito idēagrū qd hoiem, quāuis quæstuosus siet, si sum



ptuosus erit, relinqui nō multū. Prædiū qd primū siet, si me rogabis, sic dicā. De omnibus agris, optimoq; loco si emeris iugera agri centū, vinea est prima, si vino multo siet. Secūdo loco hortus irriguus, tertio salictum, quarto oletū, quīto pratū, sexto cāpus frumētarius, septimo sylua cædua, octauo arbustū, nono glādaria sylua. II.

PATER familias vbi ad villam venit, vbi larē familiarē salutauit, fundum eodē die, si potest, circumeat, si nō eo dē die, at postridie, vbi cognouit quomodo fundus cul tus siet, operaq; quæ facta, infectaq; sient, postridie eius diei villicū vocet roget, quid operis siet factum, satisne tempori opera sient confecta, quæ durare possint, quid re siet, aut quæ reliqua sient conficienda, & quid factum vi ni, frumenti, aliarumq; rerū oīm. vbi ea cognouit, ratio nem inire oportet operariū dierū. Si ei opus nō apparet, dicit villicus sedulo se feciss, seruos non valuisse, tempe states malas fuisse, seruos aufugisse, opus publicū effeciss vbi eas, aliasq; causas multas dixerit, ad rationē operū, operarumq; villicū reuoca. Cum tempestates, pluuiæue fuerint, videto quot dies, quæue opera per imbrē fieri po tuerint, dolia lauari, picari, villam purgari, frumētū trā ferri, stercus foras efferri, sterquilinium fieri, semen pur gari, funes veteres sarciri, nouosq; fieri centones, cu culionésue familiam oportuisse sibi sarcire. Per ferias vero fossas veteres tergeri, viam publicam muniri, ve pres recidi, hortum fodiri, pratum purgari, virgas vinci ri, spinas runcari, cremariq;, ex piscina immundicias ef ferri, mundicias fieri. seruis excocta cibaria non tanta da ri, quanta cū sine tempestate operātur in aruis. Vbi hæc cognita a quo aīo fient, quæue reliqua opera sient, curare vti perficiantur. rationes putare argentariam, & frumen tariam familiæ, pabuliue causa. quæ paranda sient para re. rationem item vinariam, olearamq;, quid venierit, quid exactum siet, quid reliquum siet, quidq; siet, quod veneat, quæ satis accipiunda sient, satis accipiantur. reli qua quæ sient, vt compareant. Si qua desint in annum,

vticõ parẽtur quæ superſint, vti veneãt. quæ opus siẽt locato, locẽtur quæ deinde opera fieri velit, & quę locari velit, imperet, & ea scripta relinquat. Pecus cõſyderet, auctionẽ vti faciat. Vendat oleũ, ſi pretiũ habeat, vinũ frumẽtũm qđ superſit. Vẽdat boues vetulos, armenta reijcula, oues reijculas, lanã, pelles, ploſtrũ vet⁹, ferramẽta vetera, ſeruũ senẽ, ſeruũ morboſum, & ſiquid aliud superſit, vendat. Patrẽfamilias vẽdacẽ, nõ emacẽ esse oportet. III.

PRIMA adoleſcentia patremfamiliæ agrum ſtatim cõſerere ſtudere, ædificare diu cogitare oportet, conſererе cogitare non oportet, ſed facere, vbi ætas acceſſit ad annos trigintaſex, tum ædificare oportet, ſi agrum conſitum habeas. Tũ ita ædifices, ne villa fundum quærat, nẽue fundus villam. Patremfamiliæ villam ruſticam bene ædificatam habere expedit, & cællam olearią, vinariám qđ inſtructam, & dolia multa, vti lubeat caritatem expectare, & id rei & virtuti, & gloriæ erit. Torcularia bona habere oportet, vt opus bene effici poſſit. Olea vbi lecta ſiet, oleum fiat cõtinuo, ne corrumpatur. Cogitato quot annis tempeſtates magnas venire, & olcam deijcere ſolere. Si cito ſuſtuleris, & vaſa parata erunt, nihil damni erit ex tempeſtate, & oleum viridius, & melius fiet. Si in terra, vel tabulato olea nimium diu erit, putreſcet, oleũ fœtidũ fiet, ex quauis olea oleum viridius, vel bonũ fieri poteſt, ſi tempori facies. In iugera oleti centumuiginti, vaſa bina esse oportet. Si oletum bonũ, beneq̃ frequẽs, cultumq̃ erit, trapetos bonos, priuos, impares esse oportet, vt ſi orbes contriti ſient, commutare poſſis, funes loreos, priuos, vectes ſenos, fibulas duodenas, medi põtos, priuos, loreos, trochleas græcanicas binas, quæ funibus ſparteis ducantur. Orbiculis ſuperioribus octonis, inferioribus ſenis citius duces. Si rotas voles facere, tardius ducentur, ſed minore labore. IIII.

BVBILIA bona, beneq̃ ædificata, bonas præſepes faſiſcas habeant clatratas. Clatros inter ſe oportet pede diſtare. Si ita feceris, pabulũ boues non eijcient. Villã ſub-



urbanam pro copia ædificato in bono prædio. Si bene ædificaueris, beneq̃ poſueris eam, ruri ſi recte habitaueris, libentius, & ſæpius venies, fundus melior erit, minúsq̃ peccabitur, fructi plus capies. Frõs occipitio prior eſt. Vicinis bonus eſto. Familiam ne ſiueris peccare. Si re libenter vicinitas videbit, facilius tua vendes, operas facilius locabis, operarios facilius cõduces. Si ædificabis, operis iumentis, materia iuuabunt. Siquid (bona ſalute) vſu venerit, benigne defendent. V.

HAEC ERVNT villici officia. Diſciplina bona vtatur. Feriæ ſeruentur. Alieno manũ abſtineat. Sua ſeruet diligenter. Litibus familia ſuperſedeat. Siquis quid deliquerit, pro noxa bono modo vindicet. Familiæ male ne ſit, prouideat, ne algeat, ne eſuriat, et opere bene exerceat, ſic facilius malo, & alieno prohibebit. Villicus ſi nolet male facere, non faciet. Si paſſus erit, dominus impune ne ſinat eſſe. Pro beneficio gratiam referat, vt alijs recte facere libeat. Villicus ne ſit ambulator, ſobrius ſiet ſemper. Ad cœnam nequò eat. Familiam exerceat, conſyderetq̃, vt quæ dominus imperauerit, fiant. Ne plus cenſeat ſapere ſe, quàm dominum. Amicos domini eos habeat ſibi amicos. Cui iuſſus ſiet, auſcultet. Rem diuinam niſi compitalibus in compito, aut in foco ne faciat. Iniuſſu domini credat nemini. Quod dominus crediderit, exigat. Satui ſemen, cibaria, far, vinum, oleum mutuum dederit nemini. Duas, aut tres familias habeat, vnde vtẽda roget, & quibus det, præter eas nemini. Rationem cum domino crebro putet. Operarium, mercenarium, pollinctorem diutius eundem ne habeat die. Nequid emiſſe velit inſciente domino, neu quid dominũ cælauiſſe velit. Paraſitũ nequẽ habeat. Augerẽ, aruſpicẽ, ariolũ, chaldæum ne quẽ conſuluiſſe velit. Segetẽ ne defrudet, nam id infelix eſt. Opus ruſticum omne curet vti ſciat facere, & id faciat ſæpe, dũ ne laſſus ſiat. Si fecerit, ſcibit in mente familiæ quid ſiet, & illi aio æquiore facient. Si hoc faciet, minus libebit ambulare, & valebit rectius, & dormibit

libētius. Primus cubitu surgat, postremus cubitū eat. prius villā videat clausa vti siet, et vti suo quisq; loco cubet, et vti iumēta pabulū habeāt. Boues maxima diligētia curatos habeto. Bubulcis obsequitor statim, quo libentius boues curent. Aratra, vomeresq; facito, vti bonos habeas. Terrā cariosam caueto ne ares, néue plostrū, néue pecus in eā impellas. Si ita nō caueris, quò impuleris, trienni o fructū amittes. Pecori, & bubus diligenter substernatur, vngulae curentur. Scabiē pecori, & iumentis caueto. id ex fame, & si impluit fieri solet. Opera oīa mature cōficias face. Nam res rustica sic est, si vnam rē serò feceris, oīa opera serò facies. Stramenta si deerunt, frondē ilignēam legito, eā substernito ouibus, bubusq;. Sterquilinīū magnum stude vt habeas. Stercus sedulo conserua. cū exportaueris spargito, & comminuito. Per autumnū cuehito. Circum oleas autumnitate ablaqueato, & stercore addito, confoueto, frondem populneā, vlmeā, querneamq; cædito, & per tempus eā condito non peraridā pabulū ouibus. Itē fœnū, cordū, ficilimēta de prato demito, caq; arida condito. Post imbrem autumni rapinam pabulū, lupinumq; serito. VI.

AGRVM Quibus locis conseras, sic obseruari oportet. Vbi ager crassus, & lætus est sine arboribus, eum agrum frumentarium esse oportet. Idem ager si nebulosus est, rapa, raphanos, miliū, panicum id maxime seri oportet, in agro crasso, & caldo oleā conditiuā, radiū maiorē salentinam, orchitē poseā, sergianā, colminianā, albicerē, quā earū in his locis optimā dicent esse, eam maxime serito. Hoc genus oleæ in vigintiquinq;, aut triginta pedes cō serito. Ager oleto conserundo, qui in ventum fauoniū spectabit, & soli ostētus erit, alius bonus nullus erit. Qui ager frigidior, & macrior erit, ibi oleam licinianam seri oportet. Sin in loco crasso, aut caldo seueris, hostus nequam erit, & ferundo arbor peribit, & muscus ruber molestus erit. Circum coronas, et circum vias vlmos serito, & populos, vti frondē ouibns, & bubus habeas, & ma-



teriā, vt siquid opus erit parata siet. Sicubi in his locis ripæ, aut locus iūctus humectus erit, ibi cacumina populorū serito, & arūdinetū. Id hoc modo serito, bipalio vortito, ibi oculos arūdinis pedes ternos aliū ab alio serito. Ibiq; corudā serito, vnde asparagi fiant. Nā cōuenit arūdinetū cū coruda, eo quia foditur, & incēditur, & vmbrā per tēpus habet. Salicē græcā circū arūdinetū serito, vti siet, qui vineā alliges. Vineā quo in agro conseri oportet, sic obseruato. Qui vino locus optimus dicetur esse, et ostētus soli, ibi amineū minusculū, & geminū eugeneū, & helueolum minusculum conserito. Qui locus crassus erit, aut nebulosior, ibi amineum maius, aut murgentinum, aut apicium lucanum serito. Cæteræ vites, & de his misellæ maxime in quemuis agrum conueniunt. VII.

FVNDO suburbano arbustū maxime cōuenit habere, vti ligna, & virgæ salicti venire possint, & dño fiat, qui vtatur. In eodē fundo suum quodq; fructi genus conseri oportet, arbustoq; vitē copulari. Amineū minusculū, & maiusculū, & apiciū. Hæc in ollis, ollæ in vinaceis cōdūtur. eadē in sapa, & musto recte condūtur, quas suspēdas duracinas, amineas maiores, & scantianas, opportunissimas esse, hæ et ad fabrū ferrariū, pro passis recte seruātur. Poma mala struthea, cotonea, scātiana, quiriniana, item alia cōditiua mala mustea, & punica, eo lotiū suillū, aut stercus, ad radicē eorū addere oportet, vti stabilia mala fiant. Pyra volema, aniciana, et semētina. Hæc cōditiua in sapa bona erūt, tarentina, mustea, & cucurbitina. Itē alia genera q̄ plurima serito, aut inserito, oleas orchites, posias, cæ optimę cōdūtur, vel virides in muria, vel in lentisco cōtusę. Orchites vbi nigrę erūt, et siccæ, sale cōfricato dies duos, postea salē excutito, in solē ponito biduū vel sine sale in defrutū cōdito. Sorba in sapa cū vis cōdire, vel siccare, viridia facias. itē pyra eodē modo facias. VIII.

FICOS Marisca in loco cretoso, et aprico serito, africanas, et herculanas, sagūtinas, hybernas, telanas, atras pediculo lōgo, eas in loco crasso, aut stercorato serito. Pra-

tum si irriguum habebis, fœnum non deficiet. si non, & erit siccum, summittito sub vrbe hortum omne genus, coronamenta omne genus, bulbos megaricos, myrtum coniugulum, & album, & nigrum, laurum delphicam, & cypricam, & syluaticam, nuces caluas, auellanas, prænestinas, et græcas, hæc facito vti serãtur. IX.

FVNDVM Suburbanum, & qui eum fundum solum habebit, ita paret, itaq; conserat, vti quam fertilissimum habeat. Salicta locis aquosis, vietis, vmbrosis, propterq; amnes ibi seri oportet. Et id videto, vti aut domui opus sient, aut vt venire possint. Prata irrigua, si aquam habebis, id potissimum facito, si aquam non habebis, sic vt habeas quamplurimum facito. Hoc modo prędiũ quod uis expedit facere. X.

OLIVETVM agri ducentorum quadraginta iugerum habere oportet villicum, villicam, operarios quinque, bubulcos tres, subulcum vnum, asinarium vnum, opilionem vnum. Summa hominum. XIIII. boues ternos, asinos instratos clitellarios, qui stercus vectent, tres, asinũ vnum ad oues centum, vasa olearia instructa iuga quinque, ahenum vnum, quod capiat quadrantaliatriginta, operculum aheni vnum, vncos ferreos tres, vrceos aquarios tres, infundibula duo, ahenũ aliud, quod capiat quadrantalia decem. aheni operculum, vrceos tres, labellum polulum, amphoras olearias duas, vrnam quinquagenariam vnam, trullas tres, situlum aquarium vnum, peluim vnã, matellionem, trullum scutriscum vnum, matellam, nasiternam vnam, candelabrum vnum, sexrariũ vnum, plostra maiora tria, aratra cum vomeribus sex, iuga cum loris ornata tria, ornamenta bubus sex, vtpicẽ vnum, crates stercorarias quatuor, scirpeas stercorarias tres, semuncias tres, instrata asinis tria ferramẽta, furcas ferreas octo, sarcula octo, palas quatuor, rutra quinque, rastros quadridentes duos, falces fœnarias tres, stramentarias sex, arborarias quinque, secures tres, cuneos tres, fistulam farrariam vnam, forcipes duas, rutabulũ vnũ,



foculos duos, dolea olearia decem, labra totidem, dolia queis vinaceos condat decem. amurcaria decem, vinaria decẽ. frumentaria viginti, labrũ lupinarium vnũ, serias sex, labrum vinaricum vnum, solium vnum, labra aquaria quinq; opercula dolijs, & serijs priua plura, molas asinarias vnas, & trusatiles vnas, hispaniẽses vnas, mollilia tria, abacum vnum, orbes æneos duos, mensas duas, scãna magna tria, scamnum in cubiculo vnũ, scabillia tria, sellas quatuor, solia duo, lectum in cubiculo vnũ, lectos loris subtentos quatuor, & lectos communes tres, pilam ligneam vnam, fullonicã vnam, tedam iogalem vnam, pilas duas, pilum fabarium vnũ, ferrearium vnum, seminariũ vnũ, qui nucleos secernat, modium vnũ, semodiũ vnũ, culcitras octo, instragula octo, puluinos sexdecim, operimenta decẽ, mappas tres. cẽtones pueris sex. XI.

VINEAM centenum iugerũ habere oportet villicũ villicam, operarios decẽ. bubulcũ vnum. asinariũ vnũ. subulcum vnum. Summa hominum. XV. boues duos. & asinos plostrarios duos. asinum molarium vnum. vasa torcularia, instructa tria. dolia cum operculis, vbi vindemię esse possint, culeorum octingẽtorum. dolia item, vbi vinaceos condat viginti, frumentaria viginti. opercula doliorum, & tectoria priua. vrnas sparteas sex. amphoras sparteas quatuor. infundibula duo. cola vitilia tria. cola, queis florem demant, tria. vrceos mustarios decem. plostra duo. aratra duo. iuga plostraria duo. iugum asinarium vnum. mollile vnum, ahenũ, quod capiat culeos triginta. operculum aheni vnũ, vncos ferreos tres. ahenum aliud, quod capiat culeos decem, & operculum, vrceos aquarios duos. amphoram nasiternam vnã. peluim vnam. matellionem vnum. trullum vnum. situlum aquarium vnum. trullum scutriscum vnum. candelabrũ vnum. matellam, lectos quatuor. scamnum vnum. mensas duas. abacum vnum. scabillia quatuor, arcam vestiariam vnã. armarium promptuarium vnum. scamna longa sex, rotam aquariã vnam, modium præferratũ vnũ.

semodium vnum. solium vnum. labrum vinariũ vnũ. labrum lupinarium vnum. serias decem. ornamenta bubus, & asinis instrata tria. semuncias tres. sportas fecarias tres. molas asinarias tres. trusatiles vnas. ferramenta, falces vineaticas sex, scirpiculas quinq;. falces syluaticas quinq;, arborarias tres, rusticarias decem, secures quinq;, & cuneos quatuor, vomeres ferreos decem. palas sex, rutra quatuor, rastros quadridentes sex, crates stercorarias quatuor, scirpeam stercoratiam vnam. forcipes duas, foculos duos, rutabulum, corbulas amerinas, viginti, quala satataria, VII. alueos quadraginta palas ligneas quadraginta, lintres duos. culcitras quatuor, instragula quatuor. puluinos sex, operimenta sex, mappas tres, centones pueris sex. XII.

IN torcularium hæc opus sunt, vasis quinis: præla temperata quinque, superuacanea tria, suculas quinque, superuacaneam vnam, funes loreos quinq;, subductarios quinq;, medipontos quinq;, trocleas quinq;, capistra quinq;, assercula quinq;, vbi præla sita sient quinq;. serias tres, fibulas quadraginta, vectes quadraginta, confibulas ligneas, queis arbores comprimat, si dehiscent, & cuneos sex, trapetos quinq;, cuppas minusculas decẽ. alueos decẽ, palas ligneas decẽ, rutra ferrea quinq;. XIII.

IN torcularium vsui quod opus siet. Vrceum vnum æneum, quod capiat quadrantalia quinq;, vncos ferreos tres, orbem æneum vnum, molas vnas, cribrum vnum, incerniculum vnum, securim vnam, scamnum vnum, seriam vinariam vnam, clauem torculario vnam, lectũ stratum, vbi duo custodes liberi cubent, & tertius seruus vnà cum factoribus vti cubet. fiscinas nouas, vetus epidromum, puluinum, corium vnum, lucernas craticulas duas, carnarium vnum, scalas duas. In cællam olearíam hæc opus sunt. Dolea olearia, & opercula, & labra olearia. XIIII. conchas maiores duas, & minores duas, trullas æneas tres, amphoras olearias duas, vrceum aquariũ vnum, vrnam quinquagenariam vnam, sextarium olea



rium vnum, labellum vnum, infundibula duo, spongias duas, vrceos fictiles vrnales duos, trullas ligneas duas, claues cum clostris. III. cællas duas, trutinam vnam, centũ pondium incertũ vnũ, & pondera certa. XIIII.

VILLAM ædificandam si locabis nouam ab solo, faber hęc faciat oportet. Parietes omnes (vti iussitur) calce, & cementis. pilas ex lapide angulari, tigna omnia, quæ opus sunt, limina, postes, iugumenta, asseres, fulcimenta, præsepes bubus hybernas, & æstiuas salisscas, equile, cællas familiæ, carnaria tria. orbem, ahena duo, haras decẽ, focum, ianuam maximam, & alteram, quam volet dominus, fenestras, clatros in fenestras maiores, et minores bipedales decem. lumina sex. scamna tria, sellas quinq;, tedas iugales duas, luminaria sex, paululum laram pilam, vbi triticum pinsant, vnam, fullonicam vnam, antepagmenta, vasa torcula duo. Herus materiem. & quę opus sunt domui, prestabit, & ad opus dabit, succidet, dolabit, lineabit, secabitq; materiam solã duntaxat. Conductor vero lapidẽ, calcẽ, arenã, aquã. palesq; parabit, & terrã, vnde lutum fiat. Si de cœlo villa tacta siet, de ea re verba diuina vti fiant, procuret. Huic operi pretiũ ab dño bono, q bene præbeat, quæ opus sunt, & numos fide bona soluat. In tegulas singulas. N. duo. In tectũ sic numerabitur tegula, integra quę erit, quę nõ erit, vnde quarta pars aberit duę pro vna. Deliciares quæ erũt, pro binis integris putabũtur. in alijs quot erũt in singulas quaternę numerabũtur. Villę fundamenta ex cemẽtis. & calce supra terrã pede, cæteros parietes ex latere iugumẽta, & antepagmẽta, q̃ opus erunt, ex lapide indito. Cętera lex vti villa ex calce, et cementis si fiat in tegulas singulas, N. xv. in loco salubribono dño. Hęc pretia, quę supra posita sunt, ex signo inani pretiũ erit, loco pestilenti, vbi ęstate fieri nõ potest, bono domino pars quarta pretij accedat. XV

MACERIA si ex calce, & cemẽtis, vel silice ædificetur, vti dominus oĩa ad opus præbeat, altã pedes quinq; facito, & culmen pedẽ vnũ, crassam, pedem, et semissem,

longam pedes quindecim, & vti sublinat conductor locari oportet. Parietes villæ si locet in pedes centum, id est pedes denos ququouorsum, habeat libellũ in pedes quinos, & pertică vnã, ped. iii. cix. Si sesquipedalẽ parietẽ dñs voluerit, fundamẽta faciat, & ad opus præbeat, ei lõgitudini, & latitudini in pedes singulos altitudinis opus est calcis modiũ vnũ, arenę modios duos. XVI.

CALCEM partiario coquendam qui dant, ita dant. Calcarius perficit, & coquit, & ex fornace calcẽ eximit, & ligna conficit ad fornacem. Dominus lapidem, ligna ad fornacem, quod opus siet, præbet. XVII.

ROBVR, Et materies item pro ridica, vbi solstitium fuerit ad brumam semper tempestiua est. Quæ materies semen habet, cum maturum semen habet, tũ tempestiua est. Quę materies semen non habet, cum glubet, tum tẽpestiua est. Ea quæ semẽ viride, & maturũ habet, vti est semẽ de cupresso, & de pino, quisuis anni temporibus legere possis. itẽ quisuis anni tẽporibus matura est, & tẽpestiua, ibi dũ sunt nuces bimę, inde semẽ excidet, & anniculę. vbi primũ incipiũt hiascere, tũ legi oportet, tũ primũ per semen incipiunt maturę esse. Postea vsq; adeo sunt plus mẽses octo. Hornotinę nuces virides sunt. Vlmus, cũ folia cadunt, tũ vtraq; tẽpestiua est. XVIII.

TORCVLARIVM si ędificare voles, quadrarijs vasis vti cõtractiora fient. ad hunc modũ vasa componito, arbores crassas pedes duos, altas pedes nouẽ cũ cardinibus, foramina longa pedes tres semis, & excalpta digitos sex. Ab solo foramen primũ, pede vno semis. inter arbores ped. ii. inter arbores, & parietes ped. ii. arbores ad stipitẽ primum directos ped. sexdecim, stipites crassi ped. ii. alti cũ cardinibus ped. decem, fucula præter cardines ped. 9. prælum longum ped. 25. inibi lingulã ped. 115. pauimentum binis vasis cum canalibus duobus ped. 34. trapetibus locum dextra, et sinistra. pauimentum ped. 20 inter binos stipites vectibus locum ped. 22.. Alteris vasis ex aduersum ab stipite extremo ad parietem, qui pone arbores est, ped. 20. Summa torculario, & vasis quadrarijs, latitudo pedum sexagintasex, longitudo pedum quinquaginta duorũ siet. Inter parietes, arbores vbi statues, fundamenta bona facito, alta pedibus quinq;, inibi lapides siliceos in totum forum statuito longum ped. 5. latum ped. 115. Ibi foramen pedicinis duobus facito. ibiq; arbores pedicino in lapide statuito. Inter duas arbores, quod loci supererit, robore expleto, eo plumbum fundito, superiorem partem arborum digitos sex altam facito siet, eo capitulum robustum indito, vti siet stipites vbi stent. Fundamenta pedibus quinis facito. Ibi silicem longum ped. 115. latum ped. 115. Crassum. ped. 15. planum statuito, ibi stipites statuito. Item alterum stipitem statuito, insuper arbores, stipitesq; trabem planam imponito, latã ped. 2. Crassum pedem vnum, longam ped. trigintasẽptẽ. Has duplices indito, si solidas non habebis, sub eas trabes inter canales, et parietes extremos, vbi trapeti stent, trabeculam pedum vigintitrium, & semis imponito sesquipedalẽ, aut binas pro singulis desuper ponito. In his trabeculis trabes, quæ insuper arbores stipites stant, collocato. In his tignis parietes extruito, iungitoq; materię, vti oneris satis habeat. Aream vbi facies, ped. 5. fundamẽta alta facito, lata ped. 6. aream, & canalem rotundam facito latam ped. quatuor S. Cæterũ pauimento toto fundamenta pedum duorum facito. fundamenta, primum fistucato, postea cementis minutis, & calce arenato semipedem vnunquodq; corium struito. Pauimenta ad hunc modũ facito, vbi liberaueris, de glarea, & calce arenato primum corium facito, id pilis subigito, inde alterum corium facito. Eo calcem cribro succretam indito alte digitos duos. ibi de testa arida pauimentum struito. vbi structum est, pauito, fricatoq; oleo perungito, vti pauimentum bonum siet. Arbores, stipitesq; robustas facito, aut pineas. Si trabes minores facere voles canales extra columnã exponito, si ita feceris, trabes pedũ viginti duorũ longę opus erunt. Orbẽ olearium latũ pedibus qua-

tuor, punicarnis coagmentis facito crassum digitis sex, subscudes iligneas adindito. Eas vbi cõfixeris, clauis corneis occludito. In eũ orbem tres cathenas indito. Eas cathenas cum orbibus clauis ferreis corrigito. Orbem ex vlmo, aut ex corylo facito. Si vtrunq; habebis, alternas indito XIX.

IN vasa vinaria stipites, arboresq; binis pedibus altiores facito, supra foramina arborũ pedẽ quæq; vti absiẽt, vnæ fibulæ locũ facito. semipedẽ quoquouersum, in suculã sena foramina indito. Foramen, quod primũ facies, semipedẽ ab cardine facito, cætera diuidito quam rectissime. porculũ in media sucula facito. Inter arbores medium quod erit, id ad mediã collibrato vbi porculũ figere oportebit. vti in medio prælũ recte sitũ fiet. Lingulã cũ facies, de medio prælo collibrato, vt inter arbores bene conueniat, digitũ pollicem laxamanti facito. Vectes longissimos pedum decem. & octo, secundos pedum sexdecim, tertios pedum quindecim, remissarios pedum duodecim, alteros pedum decem, tertios pedũ octo. XX.

TRAPETI columnellã ferreã, quæ in miliario stat, eam rectã stare oportet in medio ad perpendiculum, cuneis salignis circũfigi oportet bene. eo plumbũ effundere caueto, ni labet colũnella. Si aũt mouebitur, eximito, & denuo eodẽ mõ facito, donec non se moueat, si se mouerit, eo plumbũ fundito. Modiolos in orbes, oleaginos ex orchite olea facito, & eos circũplumbato, caueto, ne laxi fiẽt. Si aũt labent, in cuppã eos indito tunicas solidas, & latas digitũ pollicẽ facito, labeã bifariã faciat, & habeat quas figat clauis duplicibus, ne cadant. XXI.

CVPPAM trapeti facito pedes decẽ tã crassam, q̃ modioli postulabunt, mediã aliã inter orbes, quæ cõueniat, tã crassam, q̃ columnella ferrea erit. Eã mediã pertũdito, vti in columnella indere possis. Eo fistulã ferreã indito, quę in columnellã cõueniat, & in cuppã. Inter cuppã dextra, sinistraq; pertundito late digitos primores. IIII. alte digitos primores tres, sub cuppa tabulã ferreã lata cuppa



media erit, ptusam figito, q̃ in columnellã cõueniat dextra, sinistraq;, foramina vbi feceris, laminis circũplecti to replicato in inferiorẽ partẽ cuppæ oĩs quatuor laminas dextra, sinistraq; foramina vtrinq; secus laminas. Sublaminas pollulas minutas supponito, easq; inter sese cõfigito, ne foramina maiora fiãt, quo cuppę minusculę indentur. Cuppã, qua fini in modiolos erit, vtrinq; secus imbricibus ferreis quatuor desues, ibiq; vtrinq; secus facito, q̃ figas. Imbrices medias clauulis figito. Supra îbrices extrinsecus cuppã ptundito, qua clauus eat, q̃ orbẽ claudat. Insuper foramẽ librariũ ferreũ digitos sex latũ indito, ptusum vtrunq; secus, qua clauus eat. Hęc oĩa eius rei causa fiũt, vti ne cuppa in lapidẽ cõteratur. Armillas quatuor facito, quas circũ orbẽ indas, ne cuppa, & clauus cõterãtur. Intrinsecus cuppã materia vlmea, aut faginea facito. Ferrũ factũ, quod opus erit, vti idẽ faber figat. LX. operę opus sunt, cũ plumbũ in cuppã emittis. IIII. cuppã qui cõcinnat, & modiolos q̃indat, & plumbet operas fabri duntaxat octo. Idem trapetũ oportet accommodet. Sumpti summa. N. LXXII. prẽter adiutores. XXII.

TRAPETVM hoc modo accõmodare oportet, librator vti statuat pariter. ab labris digitum minimũ orbem abesse oportet, ab solo mortarij orbes cauere oportet, ne quid mortariũ terant. Inter orbẽ, & miliariũ vnũ digitum interesse oportet, si plus intererit, atq; orbes nimiũ aberunt, funi circunligato miliariũ arcte crebro vti expleas quod nimium inter est. Si orbes altiores erunt, atq; nimiũ mortarium deorsum teret orbiculos ligneos pertusos in miliariũ, in columnellã supponito, eo altitudinẽ temperato. Eodem modo latitudinem orbiculis ligneis, aut armillis ferreis temperato, vsq; dũ recte tẽperabitur. Trapetus emptus est in Suessano numis quadringẽtis, et olei. p. I. cõposturę numis sexaginta, vectura boum, & opas sex cũ bubulcis numis septuaginta duobus, cuppã ornatã, numis septuagintaduobus. pro oleo. N. XXV. Sũma sũpti. N. DCXXIX. cęterus ornatꝰ domi

Pompeijs emptus est trapetus numis tricentis octoginta quatuor, vectura ducētis octoginta numis empta est Domi melius concinnatur, & accommodatur. Eo sumpti opus est. N. LXV. Sūma. N. DCCXXIX. Si orbes veteres trapeto parabis medios crassos pede vno, digitis tribus. altos pede vno, foramen semipede quoquouorsum. Eos cum aduexeris, ex trapeto temperato. Venduntur ad rufri macerias numis centumoctoginta, temperātur numis triginta, tantidē Pōpeijs emuntur. XXIII.

FACE ad vindemiam, quæ opus sunt, vti antea parētur, vasa lauentur, corbulæ farciantur, picentur dolia, & alia, quæ opus sunt, picentur. & cum pluet, aqua imbuantur. Quala parētur, & farciātur. far molatur. bennæ emātur. oleæ caducæ saliantur. Vuas misellas ad vinū præliganeū, quod operarij bibant, vbi tempus erit, legito. succum puriter oīm dierū pariter in dolia diuidito. Si opus erit, defrutū indito in mustū. de musto lixiuo coctū, partem quadragesimā addito defruti, vel salis sesquilibrā in culeum indito. Marmor si indes in culeum, librā indito in vrnam, & misceto cum musto. Si in dolium resinam indes, in culeū musti. pe. iii. bene comminuito, inde in fiscellam indito, et facito vti in dolio musti pendeat. eā crebro quassato, vti resina deliquescat. Si indideris defrutū, aut marmor, aut resinā, dies viginti permisceto crebro, tribulatoq; quotidie. Tertiuum mustū circuncidaneum suo cuiq; dolio diuidito, additoq; pariter. XXIIII.

VINVM græcū hoc modo fieri oportet. Vuas Apicias percoctas bene legito. vbi delegeris, in eius musti culeum aquæ marinæ veteris quadrātalia bina, vel salis puri modium. Hunc in fiscellā suspendito, sinitoq; cū musto distabescat. Si helueolum vinum facere voles, dimidium helueoli, dimidium apicij indito, defrutiq; veteris partem trigesimā addito. Quicquid vini defrudabis partem trigesimam defruti addito. XXV.

CVM Vinum coctū erit, & cū legetur facito vti seruetur familiæ primum. Sicq; facito, studeas bene percoctū,



siccumq; legere, ne vinum nomē perdat. Vinaceos quotidie recētes succernito, Lectos ex siccato restibus subtētis, cribro illi rei parato, siccos conculcato in dolia picata, vel in lacum vinarium picatum. id bene operito, iubetoq; oblini, vti habeas, quod des bubus per hyemem. Indidem, si voles, lauito paululum, & lorea erit familiæ, quod bibat. XXVI.

VINDEMIA Facta vasa, torcula, corbulas, fiscinas, funes, patibula, fibulas iubeto suo quicq; loco condi. Dolia cum vino bis in die face extergeantur. Priusq; scopulas in dolia facito habeas illi rei, queis labra doliorum circumfrices. Vbi erit lectum post dies triginta, si bene deacinata erunt dolia, oblinito. Si voles de fece demere vinum, tum erit ei rei optimum tempus. XXVII.

SEMENTIM Facito ita, ocymum, vitiam, fœnum græcum, fabam, eruum, pabulum bubus serito. Alteram, & tertiam pabuli sationem facito. Deinde alias fruges serito, Scrobes inuertito oleis, vlmis, vitibus, ficis, simul cū semine. Si erit locus siccus, tum oleas per sementim serito, & quæ ante satæ erunt, teneras tum supputato, & arbores ablaqueato. XXVIII.

OLEAS, Vlmos, ficos, poma, vites, pinos, cupressos cū seres, bene cum radicibus eximito cum terra sua quamplurima, circunligatoq; vti ferre possis, in alueo, aut in corbula ferri iubeto. Caueto autem, ne cum ventus siet, aut imber, effodias, aut seras. nam id maxime cauendum est. In scrobe cum pones, summam terram subdito. postea operito terra radicibus fini, deinde calcato pedibus bene, deinde fistucis, vectibusq; calcato, quā optime poteris. Id erit ei rei primum. Post hæc arbores crassiores digitis quinque quæ erūt, eas præcisas serito, oblinitoq; fimo summas, & folijs alligato. XXIX.

STERCVS Diuidito sic. Partem dimidiam in segetē, vbi pabulum seras, inuehito. & si ibi olea erit, simul ablaqueato, stercusq; addito. Postea pabulum serito, partem quartam circum oleas ablaqueatas, qua maxime opus

erit, addito, terraq; stercus operito. Alteram quartã partem in pratum reseruato, idq; tũ maxime opus erit, vbi fauonius flabit. Euehito luna silenti. XXX.

BVBVS Frondem populneam, vlmeã, querneam, siculneamq; usquedum habebis, dato. Quibus frõdem viridem, vsquedum habebis; præbeto. Vbi sementim facturus eris, ibi oues delegato, et frõdẽ vsq; ad pabula matura dato. Pabulũ aridũ, quod cõdideris in hyeme, q̃ maxime cõseruato, cogitatoq; hyẽs q̃ longa siet. XXXI.

AD Oleam cogẽdã quæ opus erũt, parentur. Vimina matura, salices per tẽpus legãtur, vti siet vnde corbulę fiant, & veteres sarciãtur. Fibulæ vnde fiant aridę ilignee, vlmeæ, nuceæ, ficulneę, face vti in stercus, aut in aquã cõijciantur. inde vbi opus erit, fibulas facito. vectes ilignęos, aquifolios, laureos, aut vlmeos facito, vti sient parati. Prælũ de sappino atra potissimũ facito. At vlmeã, pineã, nuceã, hanc, atq; aliã materiẽ oẽm cũ effodies, luna decrescente eximito post meridiẽ sine vento austro. Tũ erit tẽpestiua, cũ semẽ suũ maturũ erit. Cauetoq;, ne per rorẽ trahas, aut doles. Quæ materies semẽ non habebit, cũ glubet, tẽpestiua erit. Vẽto austro caueto, ne quã materiẽ, neue vinum tractes, nisi necessario. XXXII.

VINEAS, arboresq; mature face vti incipias putare. Viteis propages in sulcos, sursum vorsum, quoad eius facere poteris facito vti ducas. Arbores hoc modo putẽtur rami diuaricẽtur, quos relinques, et vti rectæ cædãtur, et ne nimiũ crebri relinquãtur. vites bene nodẽtur per oẽs ramos, diligẽterq; caueto, ne viẽ prẽcipites, et ne nimiũ perstringas. Arbores facito vti bene maritę sint, vitesq; vti satis multæ asserãtur, & si cubi opus erit, de arbore deijciantur, & in terram deprimantur, & biennio post præcidito veteres. XXXIII.

VINEAM sic facito, vti curetur. Vitẽ bene enodatã deligato recte, flexuosa vti ne siet, sursum vorsum semp adducito, quoad eius poteris, vinarios, custodesq; relinq; to. Quãaltissimã vineã facito, alligatoq; recte, dũ ne ni-



miũ cõstringas, hocq; modo eã curato. Capita vitiũ per sementũ ablaqueato. Vineã putatã circũ fodito. arare incipito, vltro citroq; sulcos perpetuos ducito. Vites teneras quã primũ propagato, veteres q̃ minimũ castrato, potius, si opus erit, deijcito, biennioq; post præcidito. Vi tẽ nouellã resecari tũ erit tẽpus, vbi valebit. Si vinea à vi tecaluata erit, sulcos interponito, ibiq; viuiradicẽ serito, vmbrã ab sulcis remoueto, crebroq; fodito. In vineã vetere serito ocymũ. Si macra erit, qđ granũ capiat ne serito, et circũ capita addito stercus, palcas, vinaceas, aut aliquid horũ, quo rectius valeat. Vbi vinea frõdere cœperit, pãpinato. Vineas nouellas alligato crebro, ne caules satæ perfringãtur. Et quæ iã vitis in perticã ibit, eius pãpinos teneros alligato leuiter, porrigitoq;, vti recte spectẽt. Vbi vua varia fieri cœperit, vites subligato, pampinatoq;, et vuas expellito, circũ capita sarrito. Salictũ suo tempore cædito, glubito, atcte q; alligato. Librũ conseruato, & cũ opus erit in vinea ex eo in aquam conijcito. Vimina vnde corbulæ fiant, conseruato. XXXIIII.

RE deo ad sementũ. vbi quisq; locus frigidissimus, aquosissimusq; erit, ibi primũ serito. In calidissimis locis semẽtim postremũ fieri oportet, terrã caue cariosam tractes. ager rubricosus, et terra pulla atterina rudeta, et arenosa. Itẽ quæ aquosa nõ erit, ibi lupinũ bonũ siet. In creta, & vligine, & rubrica, & agro, qui aquosus erit, semẽ adoreum potissimũ serito, quæ loca sicca, & nõ herbosa erũt, & aperta ab vmbra, ibi triticum serito. XXXV.

FABAM in locis validis nõ calamitosis serito. Vitiã, & fœnũ græcũ q̃ minime herbosis locis serito. Siliginẽ, triticũ in loco aperto, & celso, vbi sol q̃diutissime siet, seri oportet. Leẽi in rudeto, et rubricoso loco, q herbosus nõ siet, serito. Hordeũ q locus nouus erit, aut q restibilis fieri poterit, serito trimestrẽ q̃ in loco sementi maturã facere nõ poteris, et q loc⁹ restibilis crassitudie fieri poterit seri oportet. Rapinã et coles rapicij vñ fiãt, et raphanũ i loco stercorato bñ aut in loco crasso serito. XXXVI.

QVAE Segetē stercorant. Stercus columbinū sparge re oportet in pratum, vel in hortum, vel in segetem. Caprinū, ouilū, bubulū, itē cæterū stercus omne sedulo conseruato. Amurcā spargas, vel irriges ad arbores, circū capita maiora amphoras, ad minora vrnas cū aquæ dimidio addito, & prius ablaqueato nō alte. XXXVII.

CARI Osam terrā faciet, si iacies cicer, & qua vellitur & quod salsum est eo malū est. Hordeū, & fœnū græcū & eruum, hæc oīa segetē exurūt, & oīa, quæ velluntur ex eis, mala sunt. Nucleos in segetē ne indideris, qui suffocāt fruges. Lupinum, faba, vitia, stercus vnde facias, habēt. Stramēta, paleæ, fabalia, et cætera itidē. Aceris frōdē. iligneā, querneā ex segeti velliro. Stipulas, ebulū, & cicutā & circū sata herbā altā succide, & eā substernito ouibus, bubusq; Frōdē putridā & putrē partē de nucleis succernito, et in lacū cōijcito, eo aquā addito, permiscetoq; rutro bene. Inde lutū circū oleas ablaqueatas addito, & nucleos itē cōbustos addito. Vinea si macra erit, sarmēta sua cōcidito minute, et ibidē inarato, aut infodito. Per hyemē lucubratione hæc facito. Ridicas, et palos, quos pridie in tecto posueras, siccos dolato, faculas facito. Stercus egerito, nisi in trimestri, lunaq; dimidiata materiā ne tāgas. Materiā, quā effodies, aut præcides, ab terra diebus septē, q bus luna plena fuerit, optime eximetur. Oīno caueto, ne quā materiā doles, neu cędas, neu tāgas, nisi siccā, neu gelidā, neu rorulētā. Frumēta bis face sarrias, rūcesq; auenāq; destrīgas. De vinea, et arboribus putatis sarmēta deterge, fiscinā face, et vites, et ligna ī caminū cōgere, siculna, et codicillos dño ī aceruū cōponito. XXXVIII.

FORNAcem calcareā pedes latā decē facito, altā pedes viginti vsq; ad pedes tres summā latam redigito. Si vno præfurnio coques, lacunā intus magnā facito, vti satis siet, vbi cinerē cōcipiat ne foras sit educēdus. Fornacē bene struito, farcitoq; foras, vt totā fornacem infimam complectatur. Si duobus præfurnijs coques, lacuna nihil opus erit. Cum cinere eruto opus erit, altero præfurnio



eruito, in altero ignis erit. Ignem caueto ne intermittas, quin semper siet, néue noctu, néue vllo tempore intermittatur, caueto. Lapidē bonū, quamdurissimū, quāminime variū in fornacē indito. Cum fornacē facies, fauces præcipites deorsum facito. Vbi satis foderis, tum fornaci locū facito, vt quamaltissima, & quamminime ventosa siet. Si parū altam fornacē habebis, vbi facies, lateribus summā struito, aut cementis. Summā cū luto extrinsecus oblinito. Cū ignē subdideris, siqua flamma exibit, luto oblinito, ne nisi per orbē exeat summum. Ventus ad præfurniū caueto ne accedat. Inibi austrū caueto permaxime. Hoc signi erit, vbi calx cocta erit, summos lapides coctos esse oportebit. item infimi lapides cocti cadēt, & flamma minus fumosa exibit. Itaq; si ligna, & virgas nō poteris vendere, neq; lapidē habebis, vnde calcē coquas, de lignis carbones coquito, virgas, & sarmenta, quæ tibi vstioni supererūt, in segetē comburito. Vbi eas combusseris, ibi papauer serito. XXXIX.

VBI tempestates malæ erūt, cū opus fieri nō poterit, stercus de sterquilinio egerito. Bubile, ouile, cortē, & villam bene purgato: Dolia plumbo vincito, vel materie querneā, & nisi sicca alligato. Si bene sarseris, aut bene alligaueris, et in rimas medicamentū indideris, beneq; picaueris quoduis dolium, vinariū facere poteris. Medicamentū in dolium hoc modo facito. Ceræ partē I. resinæ partē I. & sulfuris partē IS. Hæc oīa in calicē nouū indito. eo addito gypsum contritū, vti crassitudo fiat quasi emplastrū, & eo dolia sarcito. Vbi sarseris, qui colorē eūdē facias, cretæ crudæ partes duas calcis tertiā commisceto, inde laterculos facito, coquito in fornacē, conterito, idq; inducito. Per imbrē in villā quærito, quid fieri possit. Ne cessetur munditias facito. Cogitato, si nihil fiet. nihilo minus sumptū futurū. XL.

PER ver hæc fieri oportet. Sulcos, & scrobes fieri seminarijs, vitiarijs locum verti. vites propagari. in locis crassis, & humectis vlmos, ficos, poma, oleas seri opor-

Biblioteca



tet. Ficos, oleas, mala, pyra, vites inseri oportet luna silenti post meridiē, sine vento austro. Oleas, ficos, pyra, mala, hoc modo inserito. Quē ramū insiturus eris, præcidito, inclinato aliquantulū, vt aqua defluat. Cū præcides, caueto, ne librū conuellas. Sumito tibi surculū durū, eum peracuito, salicē græcā discindito, argillā, vel cretā coaddito, arenæ paululū, & fimū bubulū. Hæc vnà bene condensato, quammaxime vti lutū fiat, dein capito tibi scissam salicē, eaq; stirpem præcisam circunligato, ne liber frangatur. vbi id feceris, surculū aridū præacutū inter librū. & stirpē arcito primores digitos duos, postea capito tibi surculū: quod genus inserere voles, eum primorē præacuito obliquū primores digitos duos. surculum aridū, quē arcueras, eximito, eoq; arcito surculū, quē inserere voles. librū ad librum vorsum facito, arcito vsque adeo quo præacueris. Idem alterū surculū tertiū, quartū facito. Quot genera voles, tot indito, salicem græcā amplius circunligato, luto densato, stirpē oblinito, digitos crassos tres. Insuper lingua bubula obtegito, si pluat, ne aqua in librum permeet. eam linguam insuper librum alligato, ne cadat. Postea stramentis circundato, alligato q;, neu gelu noceat. XLI.

VITIS insitio vna est per ver, altera est cū vua floret, ea optima est. Pyrorū, & malorū insitio per ver, & per solstitiū dies quinquaginta, & per vindemiam. Oleæ, & ficorū insitio est per ver. Vitē sic inserito, præcidito quā inseres, eamq; mediā diffindito per medullā. eo surculos præacutos arcito. Quos inseres medullā cū medulla componito. Altera insitio est. Si vitis vitem contingat, vitis vtriusq; latus alterū præradito oblique, & inter sese medullam cum medulla libro colligato. Tertia insitio est. Terebra vitem quam inseres, pertundito. eo duos surculos vitiginenos, qd genus esse voles, insertos obliquos arcito ad medullam, facito q;, vt medullę medullam coniungas, arcito q; ea, qua terebraueris, alterū ex altera parte. Eos surculos facito sint longi pedes binos, eos in terram demittito, replicato q; ad vitis caput, viti q; vinclis alligato, medios in terram defigito, terrā q; operito. Hæc omnia luto prædicto oblinito, alligato q;, integito q; ad eundē modū, tanquā oleas. XLII.

FICOS, & oleas altero modo inserito, qd genus aut ficū aut oleā esse voles, iñ librū scalpro eximito, & alterū librū cū gēma de eo fico, qd genus esse voles, eximito, apponito q; in eū locū, vñ extraxeris in alterū genus, facito q; vti conueniat. Librū longū facito digitos tres semis et ad eundē modū oblinito, integito q;, vti cętera. XLIII.

SVLCOS, si locus aquosus erit, alueatos esse oportet latos summos pedes tres, altos pedes quatuor, infimū latum pedē vnū, & palmū. eos lapide consternito. si lapis nō erit, perticis saligneis viridibus quoquouersus collatis consternito. si pertica nō erit, sarmentis colligatis itidem facito. Postea scrobes facito altos pedes tres semis, latos pedes quatuor, & facito, vti de scrobe aqua in sulcos defluat, & ita oleas inserito. Vitibus sulcos, & propagationes, ne minus pedibus. II. S. quoquouersus facito. Si voles vinea cito crescat, et olea, quam seueris, semel in mense sarrito, & circum capita oleagina quot mensibus donec trimæ erunt, fodere oportet. Eodem modo cæteras arbores procurato. XLIIII.

OLIVETVM diebus quindecim ante æquinoctiū vernū incipito putare. Ex eo die dies quadraginta quinque recte putabis. Id hoc modo putato, qui locus recte serax erit, quę arida erūt, & siquid ventus interfregerit, ea oīa eximito. q locus ferax nō erit, eo plus concidito, aratoq; bene enodato, stirpesq; leues facito. XLV.

TALEAS oleaginas, quas in scrobe saturus eris, tripedaneas decidito. diligenterq; tractato. ne liber laboret, cum dolabis, aut secabis, quas in seminario saturus eris, pedales facito, easq; sic inserito. Locus bipalio subactus siet, beneq; glutus siet. Cum taleam demittes, pede tantū opprimito. si parū descendit, malleolo, aut mateola adigito, caueto q; ne librum scindas, cum adiges. Palo prius

locum si feceris, quo taleam demittas, & si ita seueris, vtilis fiet talea, meliusq; viuet. Taleæ vbi trimæ sunt, tum denicp tibi curæ sint, vbi liber sese vertet. Si in scrobibus, aut in sulcis seres, ternas taleas ponito, easq; diuaricato, supra terrã, ne plus quatuor digitis transuersis emineãt. gemma vel oculo seruato. XLVI.

SEMINARIVM ad hũc modũ facito. Locũ quam optimũ, & apertissimum, & stercoratissimũ poteris, & quamsimillimum terræ, vbi semina positurus eris, & vti ne nimis longe semina ex seminario ferantur, eum locũ bipalio vortito, delapidatoq;, & circunsepito bene, & in ordine serito, in sesquipedẽ quoquouorsum taleã demittito, opprimitoq; pede. & si parũ deprimere poteris, malleo, aut mateola adigito. digitũ supra terrã facito semina emineãt. fimoq; bubulo summã taleã oblinito, signũq; apud taleã apponito, crebroq; sarrito. Si voles cito semina crescãt, ad eundẽ modũ alia semina serito. XLVII.

Arundo quo modo seratur.

ARVNDINEM sic serito. In ternos pedes arundinũ oculos disponito. vitiariũ eodem modo facito, seritoq;. vbi vitis bima erit, resecato. vbi trima erit, eximito, si pecus pascetur. vbi vitẽ serere voles, ter prius resecato, q̃ ad arborẽ ponas. vbi quinque nodos veteres habebit, tũ ad arborẽ ponito. quotannis porrinã ibi serito, quotannis habebis quid eximas. XLVIII.

Pomarium seminarium.

POMARIVM seminariũ ad eundẽ modũ, atq; olea gineũ facito, suũ quodq; genus talearũ serito. Semen cupressi vbi seres, bipalio vortito. vere primo serito. porcas pedes quinos latas facito. eo stercus minutũ addito, & consarrito, glebasq; comminuito. Porcã planã facito, paululũ concauã. Tum semen serito, cribro tanquã linũ, & eo terrã cribro incernito altã digitũ transuersum. eã terrã tabula, aut pedibus complanato. furcas circũ affigito. eo perticas intendito. eo sarmenta, aut crates ficarias imponito, quæ frigus arceãt, & solẽ, vti subtus homo ambulare possit, facito, crebro runcato, simulac herbę inceperint nasci, eximito. Nam si herbam durã velles, cu-



pressos simul euelles. Ad eundẽ modũ semen pyrorum, malorum serito, tegitoq;. Nuces pineas ad eundẽ modũ tanquã alliũ serito. XLIX.

Vinea quo modo transferenda.

VINEAM veterẽ si in alium locũ transferre voles, duntaxat brachiũ crassam licebit. Primũ deputato, binas gemmas, nec amplius relinquito. ex radicibus brachium bene effodito, eiusq; radices persequitor, & caueto, ne radices saucies. ita vti fuerit, ponito in scrobe, aut in sulco, operitoq;, & bene occulcato. Eodẽq; modo vineã statuito, alligato, flexatoq; vti fuerat, crebroq; fodito. L.

PRATA primo vere stercorato luna silenti, quæ irrigua nõ erũt. Vbi fauonius flare cœperit, tũ prata defendes depurgatoq;, herbasq; malas omneis radicitus effodito. Vbi vineã deputaueris, aceruũ lignorũ, virgarũq; facito. Ficos interputato, & in vinea ficos succidito alte, ne eas vites scandant. Seminariũ facito, & veteres vites resarcito. Hoc facito anteq; vineã defodere incipias. Vbi daps profanata, comestaq; erit, verno arare incipito, & loca primũ arato, quæ sicciſſima erunt, & quæ crassissima, & aquosissima erunt, ea postremũ arato, dũ ne prius obdurescant. LI.

Propagatio arborum.

PROPAGATIO pomorũ, aliarumq; arborũ. Ab arbore abs terra pulli, qui nascentur, eos in terram deprimito, extollitoq; primorẽ partem, vti radicẽ capiat, inde biennio post effodito, seritoq;. Ficũ, oleã, malũ punicũ, cotoneũ, aliaq; mala oĩa, laurũ, myrtũ, nuces prænestinas, platanũ. Hæc oĩa à capite propagari, eximiq;, seriq; eodẽ modo oportet. LII.

Alia propagatio.

QVAE diligentius propagari voles, in aulas, aut in qualos pertusos propagari oportet, & cũ his in scrobẽ deferri oportet. In arboribus, vbi radices capiant, calicẽ, aut qualũ pertundito, per fundũ ramũ, quẽ radicẽ capere voles, scarificato, traijcitoq;. Eum qualũ, aut calicẽ terra impleto, calcatoq; bene, in arborẽ relinquito. Vbi ita fuerit, & radices egerit, ramũ sub qualo præcidito. Qualum incidito ex vna parte propè imũ. Si vero calix erit con-

quassato, cū eo qualo, aut calice in scrobē ponito. Eodem modo vitē facito, eā anno post recidito, seritoq; cū qualo. Hoc modo quodq; genus volueris propagabis. LIII.

FOENVM, vbi tempus erit, secato, cauetoq; ne serò feces. Prius q̄ semen maturū fiet, secato, & quod optimū fœnū erit, seorsum condito. LIIII.

PER ver cū arabitur ante q̄ ocymū nascatur, des quod edāt bubus pabulū. Id hoc modo parari, dariq; oportet. Vbi sementim patraueris, glandē parari, legiq; conuenit, & in aquā conijci. Inde semodios, singulis bubus in dies dari oportet, aut modiū vinaciorū, quos in doliū condideris. At si nō laborabūt, pascantur, satius erit. Interdiu pascito, noctu fœni pondo. xxv. vni boui dato. Si fœnū nō erit, frondē ilignea, & æderaceā dato. Paleas triticeas, & ordeaceas, viciā acus fabaginū, vel de lupino, item de cæteris frugibus omnia condito. Cum stramenta condes, quæ herbosissima erunt, in tecto condito, & sale superspergito. Deinde ea pro fœno dato. Vbi verno dare cœperis, modiū glandis, aut vinaciorū dato, aut modiū lupini macerati, & fœni pondo. xv. Vbi ocymū tempestiuum erit, dato primū. Manibus carpito, id renascetur, quod falcula secueris, nō renascetur. Vsq; ocymū dato, donec arescat, ita temperato, post viciā dato, postea panicū dato, secundū panicū frondē vlmeā dato. Si populneā habueris, admiscето, vt vlmea satis siet. Vbi vlmeā nō habebis, querneam. & ficulneā dato. Nihil est, quod magis expediat, quàm boues bene curare. Boues nisi per hyemem, cum non arabunt, pasci nō oportet. Nam viride cū edūt, semper id expectāt. & fiscellas habere oportet, ne herbā sectentur, cū arabūt. LV.

LIGNA dño in tabulato condito, codicillosq; oleagineos, radices in aceruo sub dio metas facito. LVI.

FAMILIAE cibaria vbi opus facient per hyemem, tritici modios. iiij. per æstatem modios. iiij. semis villico, villicæ epistatę, opilioni modios. iij. Compeditis per hyemem panis pondo. iiij. Vbi vineam fodere cœperint,



panis. p. v. vsqueadeo dum ficus esse cœperint, deinde ad panes. iiij. redito. LVII.

VINVM familiæ, vbi vindemia facta erit, loram bibant menses tres. Mense quarto heminam in dies. j. In mense congios tres. Mense quinto, sexto, septimo, et octauo. in dies sextarium. j. in mense congios quinq;. nono, decimo, vndecimo, & duodecimo in dies heminas ternas, idest amphoram in mense. Hoc amplius saturnalibus, & compitalibus in singulos homines congios. Summa vini in homines singulos intra annū quadrantalia. viij. compeditis autē vt quicquid operis facient pro portione addito. Eos nō est nimiū in annos singulos vini quadrantalia. x. ebibere. LVIII.

PVLMENTARIVM familiæ, oleæ caducæ quā plurimū condito. Postea oleas tempestiuas, vnde minimū olei fieri poterit, eas condito, & partito, vti quandiu tissime durēt. vbi oleæ comesę erūt, halecē, & acetū dato. Oleū in menses dato vnicuiq; sextariū. j. Salis vnicuiq; in anno modiū satis est. LIX.

VESTIMENTA familiæ tunicā. p. iij. S. saga alternis annis. Quoties cuiq; tunicā, aut sagā dabis, prius veterem accipito, vnde centones fiant. Sculponeas bonas alternis annis dare oportet. LX.

BVBVS cibaria annua in iuga singula lupini modios cxx. ac glandis modios. ccxl. fœni pondo. lxxj. ocymi tantundem, fabæ modios. xx. viciæ modios. xxx. Præterea generatim videto, vti satis viciæ seras, Pabulū cū seres, multas sationes facito. LXI.

QVID est agrū bene colere? Primū bene arare. Quid secundū? Arare. Quid tertiū? Stercorare. Qui oletū sępissime, et altissime miscebat, is tenuissimas radices exarabit si male arabit, radices sursum abibūt. crassiores fiēt. & in radices vires oleæ abibūt. Agrū frumentariū cū aras, bene, & tempestiue ares, sulco vario ne ares. Cætera cultura est multū serere. & diligenter eximere semina, & per tempus radices quamplurimas cū terra ferre, vbi radices

bene operueris, calcato bene, ne aqua noceat. Siquis quę rat, quod tempus oleæ ſerendę ſiet, agro ſicco per ſementim, agro læto per ver. LXII.

QVOT iuga boum, mulorum, aſinorum habebis, totidem ploſtra eſſe oportet. LXIII.

FVNEM torculū eſſe oportet extentū. p. 55. Funē loreū in ploſtrū. p. 60. lorea retinacula longa. p. 26. ſubiugia in ploſtrū. p. 19. funiculū. p. 15. in aratrū ſubiugia lorū. p. 16. funiculum. p. 8. LXIIII.

OLEA vbi matura erit, quamprimum cogi oportet, quamminimū in terra, & in tabulato eſſe oportet. In terra, & in tabulato putreſcit. Leguli volūt, vti olea caduca quamplurima ſit, quo plus legatur. Factores, vt in tabulato diu ſit, vt fracida ſit, quo facilius oleū efficiāt. Nolito credere oleū in tabulato creſcere poſſe. Quam citiſſime conficies, tā maxime expediet, & totidē modijs collectę plus olei efficiēt, & melius. Olea, quæ diu fuerit in terra, aut in tabulato, inde minus fiet olei, & deterius. Oleū, ſi poteris, bis in die depleto. Nam oleū quandiutiſſime in amurca, & in fracibus fuerit, tā deterrimū erit. LXV.

OLEVM viride ſic facito, oleā quamprimū ex terra tollito. Si inquinata erit, lauito, à folijs, et ſtercore purgato. Poſtridie, aut poſt diē tertiū, q̄ lecta erit, facito. Oleā, vbi nigra erit, ſtringito. Quàm acerbiſſima olea oleū facies, tā oleū optimū erit. Dño de matura olea oleū fieri maxime expediet. Si gelicidia erūt, cū oleā coges, triduū aut quatriduū poſt oleū facito. Eā oleā, ſi voles, ſale inſpgito. Quācalidiſſimū torculariū, et cellā habeto. LXVI.

CVSTODIS, & capulatoris officia. Seruet diligenter cællā, & torculariū. Caueat quamminimū in torculariū, & in cællā introeatur. Quā mundiſſimo, puriſſimoq̄ fiat vaſe aheno, neq̄ nucleis ad oleū ne vtatur. nā ſi vtetur, oleū male ſapiet. Cortinā plumbeā in lacū ponito, quò oleum fluat. vbi factores vectibus premerint, continuo capulator concha oleū quamdiligentiſſime poterit, tollat, nec ceſſet. Amurcā caueat ne tollat. Oleū in labrū



primū indito. Inde in alterū dolium indito. De ijs labris fraces, amurcāq̄ ſemper ſubtrahito. Cum oleum ſuſtuleris de cortina, amurcā dehaurito. LXVII.

ITEM cuſtodis officia, quę in torcularia erūt vaſa, pura habeat, curetq̄ vti olea bene perficiatur, beneq̄ ſiccetur. Ligna in torcularia ne cædat. Oleū frequenter capulet. Factoribus det in ſingulos factus, olei ſextarios, & in lucernā quod opus ſiet. Fraces quotidie eijciat. amurcam commutet vſqueadeo, donec in lacū, qui in cælla eſt, poſtremum peruenerit, fiſcinas ſpongia effingat. Quotidie lacū oleo commutet, donec in dolium peruenerit. In torculario, & in cælla caueat diligenter, nequid olei furripiatur. LXVIII.

VBI vindemia, & olietas facta erit, præla extollito, funes torculos, medipontos, ſubductarios aut in canario, aut in prælo ſuſpendito. orbes, fibulas, vectes, ſcutulas, fiſcinas, corbulas, quala, ſcalas, patibula omnia, queis vſus erit, in ſuo quodq̄ loco reponito. LXIX.

DOLIA olearia noua ſic imbuito. Amurca impleto dies. vij. Facito, vt amurcam quotidie ſuppleas. Poſtea amurcā eximito, & arefacito. vbi arebit, cuminū pridie in aqua infundito. Ea poſtridie diluito. Poſtea doliū cale facito. Minus, q̄ ſi picare velis, tepeat, ſatis eſt. Leuibus lignis facito caleſcat: vbi temperate tepebit, tum cuminū indito, poſtea linito. Si recte liueris, in doliū quinquagenariū cumini. p. iiij. ſatis erit. LXX.

BVBVS ſi morbū metues, ſanis dato ſalis micas. iij. laurea folia. iij. porri fibras. iij. vlpici ſpicas. iij. allij ſpicas. iij. thuris grana. iij. herbę ſabinę plantas. iij. rutæ folia. iij. vitis albę caules. iij. vini. s. iij. Hęc oīa ſublimiter legi, teri, dariq̄ oportet. Ieiunus ſiet, qui dabit. Ter triduū de ea potione vnicuiq̄ boui dato. Ita diuidito, cū ter vnicuiq̄ dederis, oēm abſumas. Bosq̄ ipſus, & qui dabit, facito vt vterq̄ ſublimiter ſtēt. vaſe ligneo dato. LXXI.

BOS ſi ægrotare cœperit, dato continuo ei ouum vnū gallinaceū crudū, integrum facito vt deuoret. Poſtridie

caput vnũ vlpici conterito, et id vase ligneo terito, & cũ hemina vini facito bibat sublimiter. Bosq; ipsus, & qui dabit, sublimiter stet. Ieiunus ieiuno, boui dato. LXXII.

BOVES ne pedes subterant priusquã in viã quoquã agas, pice liquida cornua infima vnguito. LXXIII.

VBI vuæ variæ cœperint fieri, bubus medicamentũ dato quotannis, vti valeãt. Pellẽ anguinã vbi videris, tollito. & condito, ne queras, cũ opus siet. Eã pellẽ, & far, & salẽ, & serpyllũ, hęc oĩa vnà conterito, cũ vino dato bubus oĩbus vt bibãt. per æstatẽ boues aquã bonã, & liquidã bibãt, semp curato, vt valeãt refert. LXXIIII.

PANEM depsiticũ sic facito. Manus, mortariũq; bene lauato. Farinã in mortariũ indito, aquæ paulatim addito, subigitoq; pulchre. vbi bene subegeris, defingito, coquitoq; sub testa. LXXV.

LIBVM hoc modo facito. Casei pondo. ij. in mortario bene disterat. vbi bene distriuerit, farinæ siligineæ librã, aut si voles tenerius esse, selibrã siliginis solum eodẽ indito, permiscetoq; cũ caseo bene, ouũ. j. addito, & vnà bene permisceto. Inde panẽ facito. Folia subdito, in foco calido sub testa coquito leniter. LXXVI.

PLACENTAM sic facito. Farinæ siligineæ lib. ij. vnde solũ facias in tracta, farinæ lib. iiij. & alicæ primæ. lib. ij. alicã in aquam infundito. vbi bene mollis erit, in mortariũ purũ indito. siccatoq; bene. Deinde manibus depsito. vbi bene subactum erit, farinæ lib. iiij. paulatim addito, id vtrunq; tracta facito. In qualo, vbi arescãt, componito. vbi arebũt, componito puriter, tum facies in singula tracta. Vbi depsueris, panno oleo vncto tangito, & circuntergito, vngitoq; vbi tracta erũt. focum, vbi ea coquas, calefacito bene, & testã. Postea farinæ lib. ij. conspergito, condepsitoq;. Inde facito solũ tenue casei ouis. p. xiiij. ne acidũ siet, & bene recens in aquã ter indito, ibi macerato, aquã ter mutato. Inde eximito, siccatoq; bene paulatim manibus, siccũ bene in mortariũ imponito. Vbi oẽm caseũ bene siccaueris, in mortariũ purũ ma-



nibus condepsito, comminutoq; quammaxime. Deinde cribrum farinarium purum sumito, caseumq; p cribrum facito transeat in mortarium. Postea indito mellis boni. p. iiij. S. id vnà bene commisceto cum caseo. Postea in tabula pura, quæ pateat pedem. I. ibi balteum ponito, foliaq; laurea vncta supponito, placentam fingito. Tracta singula in totum solum primum ponito, deinde de mortario tracta linito, tractaaddito singulatim, item linito vsq; adeo, donec omnem caseum cum melle abusus eris. In summum tracta singula indito, postea solũ contrahito, ornatoq; focũ. de iunipero, temperatoq;. Tunc placentã imponito, texto caldo operito, pruna insup, et circũ operito. Videto, vt bene, & otiose pcoquas, aperito, dũ inspicias bis, aut ter. vbi cocta erit, eximito, et melle vngito. hęc erit placẽta semodialis. LXXVII.

SPIRAM sic facito. quantum voles pro ratione, ita vti placenta fit, eadem omnia facito, nisi sic alio modo fingito in solo tracta, cũ melle oblinito bene. Inde tanquam restim tractes facito, ita imponito in solo, deinplicis completo bene arcte. Cætera omnia quasi placentam facias, facito, coquitoq;. LXXVIII.

SCRIblitã sic facito. In balteo tractes caseo, ad eundẽ modũ facito, vti placẽtã sine melle, coq toq;. LXXIX.

GLOBVLOS sic facito. Caseum cum alica ad eundem modũ misceto. inde quantos voles facere facito, in aheneũ caldũ vnguen indito. Singulos, aut binos coquito, versatoq; crebro duabus rudibus, coctos eximito. Eos melle vngito. papauere ifriato, ita ponito. LXXX.

ENCHYTVM sic ad eundem modum facito, vti globulos. nisi calicem pertusum cauũ habeat. ita in vnguen caldum fundito. hoc in restim quasi spiram facito. idq; duabus rudibus versato perfrigitoq;. Item vngito, coloratoq;, caldum ne nimium id cum melle, aut cum mulso apponito. LXXXI.

ERNEVM tanquã placentãfacito, eadẽ oĩa indito, quæ in placentã, et pmisceto in alueo. Indito in hirneã

fictilem,eam demittito in aullam æneam aquæ calidæ plenam.Ita coquito ad ignem.vbi coctum erit,hirneam confringito ita ponito. LXXXII.

Sphærra

SPHAERICAM sic facito,ita vti spiram, nisi sic effingito,detractis caseo,melle, sphæras pugnum altas facito. Eas in solo componito, densas eodem modo cõponito,atq; spiram,itemq; coquito. LXXXIII.

Votũ fbubus

VOTVM pro bubus,vt valeãt,sic facito. Marti Syluano in sylua interdius in capita singula boum votum facito.farris adorei libras tres,& lardi pondo.IIII.pulpę pondo.IIII.S.vini sextarios tres.S.Id in vrnas liceto cõijcere,& vinum idem in vnum vas liceto conijcere.Eã rem diuinam vel seruus,vel liber licebit faciat. Vbi res diuina facta erit,statim ibidem consumito.Mulier ad eã rem diuinam ne adsit,neue videat quõ fiat. Hoc votũ in annos singulos, si voles,licebit vouere. LXXXIIII.

Saviillum.

SAVILLVM boc modo facito. Farinæ selibram, casei.p.II.S. vna commisceto quasi libũ, mellis pondo, S.& ouum.Catinum fictile oleo vngito. Vbi bene oĩa commiscueris,in catinum indito. Catinum texto operito.videto vt bene percoquas medium, vbi altissimum est.vbi coctum erit,catinum eximito,melle vngito, papauere infriato,sub textum subde paulisper, postea eximito.ita pone cum catino,& lingulis. LXXXV.

pulsgunica.

PVLTEM punicam sic coquito.Librã alicæ in aquã indito,facito vt bene madeat.Id infundito in alueum purũ,eo casei recẽtis.p.III.Mellis.põdo.S.ouũ vnũ,oĩavna bene permisceto.Ita insipito in aullã nouã.LXXXVI.

granata tritica. Stiraa.

GRANEAM triticeam sic facito.Selibrã tritici puri in mortariũ purũ indat,lauetq; bene, corticemq; deterat bene,eluatq;.Postea in aullam indat,& aquam purã, coquatq;.Vbi coctum erit,lacte addat paulatim vsqueadeo.donec cremor crassus factus erit. LXXXVII.

Amylum

AMYLVM sic facito.Siliginẽ purgato bene, postea in alueum indat,eo aquam addat bis in die.Die decimo aquã exsiccato,exurgeto bene, in alueo puro misceto,



bene,facito tanquam fæx fiat. Id in linteum nouum indito,exprimito cremorem in patinam nouam, aut in mortarium, id omne ita facito,& refricato denuo.Eam patinã in sole ponito,vt arescat.vbi arebit,in ollã nouã indito,inde facito cum lacte coquat. LXXXVIII.

sal rotundum.

SALEM candidum sic facito. Amphoram defricato, colluitoq;,puram impleto aqua pura,in sole ponito, ibi fiscellam cum sale populari suspendito,& quassato, suppletoq; identidem.Id aliquoties in die facito vsqueadeo, donec sal defluerit tabescere biduum.Id signi erit, menã aridam,vel ouum demittito, si natabit, ea muries erit, qua vel carnem,vel caseos, vel salsamenta cõdias. Eam muriam in labella,vel in patina in sole ponito. Vsqueadeo in sole habeto,donec concreuerit. Inde flos salis fiet.Vbi nubilabitur, noctu sub tecto ponito. Quotidie, cum sol erit,in sole ponito. LXXXIX.

Gallina cũ nucibus coctis modo farcienda.

GALLINAS,& anseres sic farcito.Gallinas teneras, quæ primum parierint,concludat,polline, vel farina ordeacea conspersa turundas faciat. eas in aquam intinguat,& in os indat.paulatim quotidie addat,& ex gula cõ fyderet,quod satis siet.Bis in die farciat,& meridie bibere dato,nec plus aquam ante sinat,quàm horam. I. Eodem modo anserem alito, nisi prius dato bibere bis in die,& bis escam. XC.

Partũbus

PALVMBVM recentem sic farcito. Vti prehẽsus erit,ei fabam coctam tostam primum dato. ex ore in eius os inflato item aquam.Hoc dies.VII.facito. Postea fabam fresam puram,& far purum facito,& fabæ tertia pars vt inferuescat. cũferuere incipiet, puriter facito,et coquito bene. id vbi excoxeris, deponito, bene oleo manum vngito,depsitoq; primum pusillum, postea magis depses,oleo tangito,depsitoq;,dum poteris facere turũdas,& eas ex aqua dato,& escam temperato. XCI.

Area quomodo farcienda.

AREAM sic facito.Locum vbi facias confodito.postea amurca conspergito bene, finitoq; combibat. Postea comminuito bene glebas.Deinde coæquato,& pa-

uiculis verberato. Postea denuo amurca conspergito, si nitoq; arescat. Si ita feceris, neque formicæ nocebunt, neque herbæ nascentur. XCII.

FRVMENTO ne gurgulio noceat, neu mures tangant, lutum de amurca facito. palearum parum addito, sinito marcescant bene, & subigito, eo granarium totum oblinito crasso luto, postea conspergito, amurca bene omne, quod lutaueris. Vbi aruerit, eo frumentum refrigeratum condito, gurgulio non nocebit. XCIII.

OLEA SI fructum non fert, ablaqueato. Postea stramenta circumponito. Postea amurcam cum aqua commiscето æquas partes. Deinde ad oleam circunfondito, ad arborem maximam amphoram vnam commisti satis est. Ad minores arbores pro ratione indito. Et idem hoc si facies ad arbores feraces, hæ quoque meliores fient. Ad eas tamen stramenta ne addideris. XCIIII.

FICI VTI grossos teneant, facito omnia, quæ modo oleæ, & hoc amplius, cum ver adpetet, terram adaggerato bene. Si ita feceris, & grossi non cadent, & fici scabræ non fient, & multo feraciores erunt. XCV.

CONVOLVVLVS in vinea ne fiat, amurcam condito, puram bene facito, in vas æneum indito congios duos, postea igni leui coquito, rudicula agitato crebro vsqueadeo, dum fiat tam crassa, quàm mel. Postea sumito bituminis tertiarium, & sulfuris quartarium. Conterito in mortario seorsum vtrumq;. Postea infriato quàm minutissime in amurcam caldam, & simul rudicula misceto, & denuo coquito sub dio. Nam si in tecto coquas, cum bitumen, & sulfur additum est, excandescet. Vbi erit tam crassum, quàm viscum, sinito frigescat. Hoc vitem circum caput, & sub brachia vngito. conuolvulus non nascetur. XCVI.

OVES ne scabræ fiant, amurcam puram, & aquam vbi lupinus defrbuerit, & fæcem de vino bono inter



se pariter omnia sumito. & bene commisceto. Postea cum detunderis oues, vnguito totas. sinito biduum, aut triduum consudent. Deinde in mari lauito, si aquam marinam non habebis, facito aquam salsam, ea lauito. Si hæc sic feceris, non scabræ fient, & lanæ plus, & meliorē habebunt, & ricini non erunt molesti. Eodem modo in omnes quadrupedes vtito, si scabræ erunt, XCVII.

AMVRCA decocta axem vnguito, & lora, & calciamenta, & coria omnia, & meliora facies. XCVIII.

VESTIMENTA ne tineæ tangant, amurcam decoquito ad dimidium, & ea vnguito fundum arcæ, & extrinsecus pedes, & angulos. Vbi ea adaruerit, vestimenta condito. Si ita feceris, tineæ non nocebunt. Et item lignum, supellectilem omnem si vngues, non putrescet, & cum ea rerseris, splendidior fiet. Item omnia ænea vnguito, sed prius extergito bene. Postea cum vnxeris, & ea vti voles, iterum extergito, splendidior erit, & ærugo non erit molesta. XCIX.

FICI aridæ si voles vt integræ sint, in vas fictile condito. id amurca decocta vnguito. C.

OLEVM si in metreta nouā indituras eris, amurca ita vti est cruda prius colluito, agitatoq; diu, vt bene cōbibat. Id si feceris, metreta oleū nō bibet, et oleū melius fuerit, & metreta ipsa firmior erit. CI.

VIRGAS myrteas si voles cum bacis seruare, & itē aliud genus quod vis, & si ramulos siculneos voles cum folijs, inter se alligato, fasciculos facito, eos in amurcam demittito, supra fiet amurca facito. Sed ea, quæ demissurus eris. sumito paulo acerbiora. Vas, quo condideris, oblinito planè. CII.

SI bouem, aut aliam quàmuis quadrupedem serpens momorderit Melanthij acetabulum, & quod medici vocant smyrneum, conterito in vini veteris hemina. Id pernares indito, & ad ipsum morsum stercus suillum apponito. Et idē hoc (si vsus euenerit) homini facito. CIII.

BOVES vti valeant, & curati bene sient, & qui fastu

dient cibum, vti magis cupide appetant, pabulum, quod dabis, amurca spargito, primo paululũ, dũ consuescant, postea magis, & dato rarenter bibere, commistam cum aqua æquabiliter quarto, quitoq; die, hoc si feceris, ita boues & corpore curatiores erunt. & morbo aberit. CIIII.

VINVM familiæ, per hyemẽ qui vtatur. Musti quadrantalia. X. in dolium indito, aceti acris quadrantalia. II. Eodem infundito sapæ quadrantalia duo, aquæ dulcis quadrantalia. L. Hæc rude misceto ter in die. dies. V. continuos. Eo addito aquæ marinæ veteris sextarios. LXIIII. & operculum in dolium imponito. & oblinito dies. X. Hoc vinum durabit tibi vsq; ad solstitium. Si quid superfuerit post solstitium, acetum acerrimum, & pulcherrimum erit. CV.

QVI ager à mari longe aberit, ibi vinum græcum sic facito. Musti quadrantalia in ahenum, aut plumbeum infundito, ignem subdito. vbi ebulibit vinum, ignem subducito. vbi iam vinum refrixerit, in doliũ quadragenarium infundito, seorsum in vas aquæ dulcis quadrantal. I. infundito, salis mod. I. finito muriam fieri. Vbi muria facta erit, eodem in dolium infundito. Schœnum, & calamum in pila contundito, quod siet sextariũ vnum. eodem in dolium confundito, vt odoratum siet. Post dies XXX. dolium oblinito. Ad ver in amphoras diffundito. Biennium in sole finito positum esse. Deinde in tectũ conferto. Hoc vinũ non erit deterius, q̃ coũ. CVI.

AQVAE marinæ concinnatio. Quadrantal. I. ex alto sumito, quo aqua dulcis non accedat, sesquilibram salis frigito, eodẽ indito, & rude misceto vsq; adeo, donec ouum gallinaceum natabit, desinito miscere. Eodem vini veteris, vel aminij, vel misselli albi cõgios duos infundito, misceto probe. Postea in vas picatum confundito, & oblinito. Si quidem plus voles aquæ marinæ concinnare, proportione, ea omnia facito. CVII.

HOC modo labra doliorum circunlinas, vt odorata fient, & nequid vitij in vinũ accedat, sapæ congios. VI.



quamoptime infundito in ahenum, aut in plumbeum. & iris aridæ contusę heminam, & certam campanicam. p. V. bene odoratam vnà cum iri contundas, quammimutissime per cribrum cernas, & vnà cum sapa coquas sarmentis, & leui flamma commoueto. Videto, ne duras. vsq; coquito, dum dimidium excoquas. Vbi refrixerit, confundito in vas picatum bene odoratum, & oblinito, & vtitor in labra doliorum. CVIII.

VINVM si voles experiri duraturum sit, nec ne, polentam grandem dimidium acetabuli in caliculum nouum indito & vini sextariũ de eo vino, quod voles experiri, eodem infundito, & imponito in carbones, facito bis, aut ter inferueat. Tum id percolato, polentam adijcito. Vinum ponito sub dio. Postridie mane gustato. Si id vinum sapiet, quod in dolio est, scito duraturum. Si subacidum erit, non durabit. CIX.

VINVM asperum quod erit, lene, & suaue si voles facere sic facito. De cruo farinã facito lib. IIII. & vini cyathos. IIII. conspergito sapa. Postea facito laterculos. Sinito combibant noctem, & diem. Postea commiscето cũ eo vino in dolio, & oblinito dies. LX. Id vinũ erit lene, & suaue, & bono colore, & bene odoratum. CX.

ODOREM deteriorem vino demere si voles, testã de tegula crassam puram calfacito in igni bene. Vbi calebit, eam picato, resticula alligato, testam demittito in dolium infimum leniter, finito biduo oblitum dolium, si demptus erit odor deterior, id optime, si non, sæpius facito, vsq; dum odorem malum dempseris. CXI.

SI voles scire in vinum aqua addita sit, nec ne, vasculũ facito de materia æderacea. Vinũ id, quod putabis aquã habere, eodẽ mittito. Si habebit aquã, vinũ effluet, aqua manebit. Nã nõ continet vinũ vas æderaceũ. CXII.

VINVM coum si facere voles, aquam ex alto marinam sumito, mari tranquillo, cum ventus non erit, die septuagesima ante vindemiam, quo aqua dulcis nõ perueniat. Vbi hauseris de mari, in culcare dolium fundito.

nolito implere, quadrantalibus quinq; minus sit, quàm plenum operculũ imponito, relinquito, qui interspiret. vbi dies. xxx. præterierint, transfundito in alterum dolium puriter, & leuiter relinquito in imo, quod desederit. post dies viginti in alterum item dolium transfundito, ita relinquito vsq; in vindemiam. Vnde vinum coum facere voles, vuas relinquito in vinea, sinito, vt bene coquantur. & vbi pluerit, & siccauerit, tunc deligito, & ponito in sole biduum, aut triduum sub dio, si pluuiæ non erunt. si pluuia erit, in tecto in cratibus componito, & si qua acina corrupta erunt, depurgato. Tum sumito aquæ marinæ suprascriptæ quadrantalia. x. & in dolium quinquagenarium infundito. Tum acina de vuis misellis decerpito, de scopio, & in diem dolium vsq; dum impleueris, manu comprimito, vt combibant aquam marinã. vbi compleueris dolium, operculo operito, relinquito, qua interspiret. Vbi triduũ præterierit, eximito de dolio, & in torcolario calcato, & id vinum condito in dolia lauta, & pura, & sicca. CXIII.

VT vinum bene odoratum fiet, sumito testam picatã. Eo prunã lenem indito, suffito, serta, & schœno, & palma, quam habent vnguentarij, ponito in dolio, & operito, ne odor exeat, ante quàm vinum indas. Hoc facito pridie quàm vinum infundere voles, de lacu vinum quamprimum in dolium indito, sinito dies. xv. opertũ ante, quàm oblinas, & relinquito qua interspiret vinũ. Postea oblinito. Post dies. xl. diffundito in amphoras, & addito in singulas amphoras sapæ sextarium vnum. Amphoras nolito implere nimium ansarum infimarũ fini. Amphoras in sole ponito, vbi herba non fiet, amphoras operito, ne aqua accedat, & ne plus quatriduum in sole sueris. Post quatriduum in culeum componito, & instipato. CIIII.

VINVM si voles concinnare, vt aluum bonam faciat, secundum vindemiam, vbi vites ablaqueantur, quantum putabis ei rei satis esse vini, tot vites ablaqueato, &



signato, earum radices circum sarrito, & purgato. Veratri radices in pila contundito, eas radices ponito circum vitem, & his stercus vetus, & veterem cinerem, & duas partes terræ, circumaddito. Radicibus vitis terram insuper inijcito. Hoc vinũ seorsum legito. Si voles seruare in vetustatẽ, ad aluũ mouendã, seruato, nec cõmisceas cũ cætero vino. De eo vino cyathũ sumito, et misceto aqua, & bibito ante cœnã. Sine piculo aluũ mouebit. CXV.

VINVM ad aluũ mouendã. in vinũ mustũ veratri atri. Manipulũ conijcito in amphorã. vbi satis efferbuerit, de vino manipulũ eijcito. Id vinũ seruato ad aluum mouendã. Aliter si voles vinum ad aluum mouendam concinnare. Vites cũ ablaqueabuntur, signato rubrica, ne admisceas cum cætero vino. Treis fasciculos veratri atri circumponito circũ radices, et terrã insuper inijcito. Per vindemiã de his vitibus quod delegeris, seorsum, seruato, cyathum in cæteram potionem indito, aluum mouebit, & postridie perpurgabit sine periculo. CXVI.

LENTIM quo modo seruari oporteat. Laserpitium aceto diluito, permisceto lentim aceto laserpitiato, & in sole ponito. Postea lentim oleo pfricato, sinito arescat, ita integra seruabitur recte. CXVII.

OLEAE albę quemadmodũ condiantur, ante quàm nigræ fiant contundantur, & in aqua deijciantur, crebro aquam mutet. Deinde, vbi satis maceratæ erunt, exprimat, & in acetũ conijciat, & oleũ addat. & salis selibrã. in modiũ olearũ fœniculũ, & lentiscum seorsum condat in acetũ. Si vnà admiscere voles, cito vtitor. in orculam calcato manibus siccis. cũ vti voles, sumito. CXVIII.

OLEAM albam secundum vindemiam, qua vti voles, sic condito. Musti tantundem addito, quantum aceti. Cætera item condito ita, vti supra scriptũ est. CXIX.

EPITYRVM album, nigrum, variumq; sic facito. Ex oleis albis, nigris, varijsq; nucleos eijcito. Sic cõdito. Cõcidito ipsas. addito oleũ, acetũ, coriandrũ, cyminum, fœniculum, rutam, mentam. in orculam condito,

oleum supra fiet, ita vtitor. CXX.

MVSTVM si voles totum annũ habere, in amphoram mustum indito, & corticem oppicato, demittito in piscinam, post trigesimum diem eximito, totum annum mustum erit. CXXI.

MVSTACEOS sic facito farinæ siligineæ modiũ vnum musto conspergito. Anisum, cyminum, adipis. p. ii. casei libram, & de virga lauri deradito. eodem addito. Et vbi definxeris, lauri folia subtus addito dum coquoes. CXXII.

VINVM concinnare, si lotium difficilius transibit. Capreidam, vel iuniperum contundito in pila, libram indito in duobus congijs vini veteris. in vase æneo, vel plumbeo defruefacito. vbi refrixerit, in lagenã indito. id mane ieiunus sumito cyathũ, proderit. CXXIII.

VINVM ad ischiacos sic facito. De iunipero materiam semipedem crassam concidito minutim. Eam fruefacito cum congio vini veteris. vbi refrixerit, in lagenã confundito. & postea id vtitor vini cyathum mane ieiunis proderit. CXXIIII.

CANES interdiu clausos esse oportet, vt noctu vigilantiores, & acriores sint. CXXV.

VINVM myrteum sic facito. Myrtum nigram arefacito in vmbra. vbi iam erit passa, seruato ad vindemiã in vrnam musti contundito myrtæ semodium, id oblinito. Vbi desiuerit feruere mustum, myrtum eximito. Id est ad aluum crudam, & ad lateris dolorem, & ad cæliacum, & si aluus non consistet. CXXVI.

AD tormina, & si tineæ, & lumbrici molesti erunt, triginta mala punica acerba sumito, contundito, indito in vrceum, & vini nigri austeri congios tres superponito. vas oblinito, post. XXX. dies aperito, & vtitor. ieiunus heminam bibito. CXXVII.

AD dispepsiam, & stranguriam malum punicum vbi florebit, colligito. Tres heminas in amphoram infundito. vini veteris quadrantal addito, & fœniculi radicem



puram contusam heminam vnam. Oblinito amphoram. & post dies. xxx. aperito & vtitor. Vbi voles cibũ concoquere, & lotiũ facere, hinc bibito quantum voles sine periculo. Idem vinũ tinias perpurgat & lumbricos, si sic concinnes. Incœnatum iube esse, postridie thuris drachmam conterito, & mellis cocti drachmam vnam, & vini prædicti sextarium, & origanam, dato ieiuno, & puero pro ætate triobolum, & vini heminam. Supra pilã inscendat, & saliat decies, & deambulet. CXXVIII.

HABITATIONEM delutare cum voles, terrã, quammaxime cretosam, vel rubricosã sumito, eo amurcam infundito paleas indito. Sinito quatriduum fracescat. vbi bene fracuerit, rutro concidito. vbi concideris. delutato. Ita neq; aspergo nocebit, neq; mures caua faciẽt neq; herba nascetur, neq; lutamẽta scindẽt se. CXXIX.

AREAM vbi frumentum teratur, sic facies. Cõfodiatur minute terra, & amurca bene conspergatur, vt cõbibat quamplurimum. vbi bene comminuta terra fuerit, & amurcam combiberit, cylindro, aut pauicula cõæquato. vbi coæquata erit, neq; formicæ molestæ erunt, & cum pluet lutum non erit. CXXX.

CODICILLOS, oleaginos, & cætera ligna amurca cruda perspergito, & in sole ponito. perbibant bene. Ita neq; fumosa erunt, & bene ardebunt. CXXXI.

DAPEM pro bubus pyro florẽte facito. Postea verno arare incipito. Ea loca primum arato, quæ rudeta, arenosaq; erunt. Postea vti quæq; grauissima, atq; aquo sissima erunt, ita postremo arato. CXXXII.

DAPEM hoc modo fieri oportet. Ioui dapali culignam vini quantum vis poluceto. Eo die feriæ bubus, et bubulcis, & qui dapem facient. Cum polucere oportebit sic facies. Iupiter dapalis, quod tibi fieri oportet, in domo, familiaq; mea culignam vini dapi eius rei ergõ. Macte vino inferiori esto. Macte hac illace dape polucẽda esto. Manus interluito. Postea vinum sumito. Iupiter dapalis, Macte istace dape polucenda esto. Macte vino

inferiori esto. Vestæ si voles dato, daps Ioui assaria pecuina vrnavini Ioui caste. Profanato fine cõtagiõe. Postea dape facta, serito miliũ, panicũ, lentĩ alliũ. CXXXIII.

propagatio vehementissima

PROPAGATIO pomorum, cæterarumq; arborum arboribus ab terra pulli, qui nati erunt, eos in terra deprimito, excolitoq; vti radicem capere possint. Inde, vbi tempus erit, essodito, seritoq; recte. Ficum, oleam, malum punicũ, mala struthea, coronea, aliaq; mala omnia, laurum cypriam, delphicam, prunum, myrtum conjugulum, & myrtum album, et nigrum, nuces auellanas, prænestinas, platanum, hæc omnia genera à capitibus propagari, & eximi ad hunc modum oportebit. Quæ diligẽtius seri voles, in calicibus seri oportet. In arboribus radices vti capiant, calicẽ pertusum sumito tibi, aut quassillum, per eum ramulum transferito, eum quassillum terra impleto, calcatoq;, in arborem relinquito. Vbi bimũ erit, ramum tenerum infra præcidito, cum quassilo serito. Eo modo quod vis genus arborũ facere poteris, vti radices bene habeant, Item vitem in quassillum propagato, terraq; bene operito, anno post præcidito, cum quaIo serito. CXXXIIII.

præcidanea porca quo modo hæc immolanda

PRIVS quam messem facias, porcam præcidaneam hoc modo fieri oportet. Cereri porca præcidanea, porcam fœminam, prius quam hasce fruges condantur far, triticum, ordeum, fabam, semen rapicium, thure, vino, Iano, Ioui, Iunoni præfato. Prius quam porcam fœminã immolabis, Iano struem commoueto sic, Iane pater te hac strue commouenda bonas preces te precor, vti sies volens propitius mihi, liberisq; meis, domo, familiæq; meæ mactus hoc ferto. Fertum Ioui mouero, et mactato sic. Iupiter te hoc ferto obmouendo bonas preces precor vti sies volens propitius mihi, liberisq; meis, domo, familiæq; meæ mactus hoc ferto. Postea Iano vinum dato sic. Iane pater, vti te strue commouenda bonas preces bene precatus sum, eiusdem rei ergô macte vino inferiori esto. Postea Ioui sic. Iupiter macte ferto esto, macte vi



no inferiori esto. Postea porcam præcidaneam immolato. Vbi exta proiecta erunt, ita Iano struem commoueto, mactatoq; item, vti prius obmoueras. Ioui item fertum obmoueto, mactatoq;, vti prius feceras. Item Iano vinum dato, & Ioui vinum dato, ita vti prius datum fuit ob struem obmouendam, & fertum libandum, postea Cereri exta, & vinum dato. CXXXV.

Spatium porcis Struthea Separanda

ROMAE tunicas, togas, saga, centones, sculponeas, Calibus, & Minturnis, cuculiones, ferramenta, falces, palas, ligões, secures, ornamẽta, murices, clitellas. Venafro, palas Suessæ, et in lucanis plostra, treblæ albæ, Romę dolia, labra, tegulæ ex Venafro. Aratra in terrã validã romanica bona erunt, in terram pullam campanica, iuga romanica optima erunt. Vomis in dutilis optimus erit. Trapeti Pompeijs. Nolæ ad rufrimaceriam claues. Clostra Romæ, ac hamæ. Vrnæ olearię, vrcei aquarij, vrnæ vinariæ, & alia vasa ænea Capuæ. Nolæ fiscinæ campanicæ. Hæ hamæ vtiles sunt. Funis subductarius, spartũ omne Capuæ, Fiscinas romanicas Suessæ, cassino. Eę optimæ erunt Romæ, funem torculum siquis faciet cassini L. numis, Venafri Minturnis. cl. eò indere oportet coria bona. viij. nostratia recenti aqua depsta sient, quammini mum salis habeant, ea depsere, & vngere vnguine prius oportet, tum siccare. Funem exordiri oportet longũ pedes. lxxij. toros. iij. habeat loris in toros singulos. ix. latis digitos duos. Cum tortus fuerit, longus erit pedes. xlix. In commissura abibunt pedes. iij. reliquum erit pedes. xlvj. Vbi extentus erit accedent pedes. v. longus erit pedes. lj. Funem torculum extentum longum esse oportet pedes. lv. maximis vasis, minoribus pedes. lj. Funem loreum in plostrum iustum ped. lx. semifunium pedes. xlv. lora retinacula in plostrum ped. xxxvj. ad aratrum ped. xxvj. lora præductoria ped. xxvij. S. subiugia in lustrum lora ped. xix. funiculum ped. ix. in aratrum subiugia in lustrum lora ped. xix. funiculum pedes. xv. Trapetos latos maximos pedes. iiij. S. orbes altos pedes. ij. S.

orbes medios ex lapidicinis cũ eximet crassos pedẽ, & palmũ inter miliariũ, et labrũ ped. ij. digitos. ij. labra crassa digitũ. Secũdariũ trapetũ latũ ped. iiij. et palmũ, inter miliarium, & labrum ped. j. digit. j. labra crassa digitos. ij. orbes altos ped. iij. & digitos. v. crassos ped. j. & digitos. iij. Foramen in orbes semipedem quoquouersum facito. Tertium trapetum latum ped. iiij. inter miliarium, et labrũ pedem. j. digitos. v. orbis altus ped. iij. digitos. iij. crassos ped. j. digitos. ij. Trapetũ vbi aduectũ erit, vbi statues. ibi et cõmodato, cõcinnatoq;. CXXXVI.

POLLINTIONEM in agro Cassinate, & Venafri sic dare oportet. In loco bono parte octaua corbis diuidat, satis bona septima, tertio loco sexta. si granũ modio diuidet quanta in Venafro ager optimus. ix. parte corbis diuidat. Si communiter pisunt, quæ ex parte pollintori pars est, eam partẽ in pistrinum pollintor ordeũ. v. modio fabam quinta modio diuidat. CXXXVII.

VINEAM curandam partiario, bene curet fundum, arbustum, agrum frumentarium. Partiario fœnum, & pabulum, quod bubus satis siet, qui illic sient. Cæteta omnia pro indiuiso. CXXXVIII.

BOVES feriis coniungere licet. Hoc licet facere, trahãt ligna, fabalia, frumẽtũ qđ nõ daturus eris. Mulis, eqs asinis feriæ nullæ, nisi si in familia sunt. CXXXIX.

LVCVM collucare Romano more sic oportet. Porco piaculo facito. Sic verba cõcipito. Si deus, si dea, cuius illud sacrũ ẽ, vti tibi ius siet porco piaculo facere, illiusce sacri coercẽdi ergô. Harũcq; rerũ ergô siue ego, siue quis iussu meo fecerit, vti id rectè factũ siet. Eius rei ergô te hoc porco piaculo immolãdo bonas preces precor, vti sies volens propitius mihi, domo, familiæq; meæ, liberisq; meis. Harũce rerũ ergô macte hoc porco piaculo immolando esto. CXL.

SI fodere velis altero piaculo eodem modo facito, hoc amplius dicito, operis faciundi causa, cum opus quotidie per partes facies, sed si intermiseris, aut feriæ publicæ,



aut familiares intercesserit, altero piaculo facito. CXLI.

AGRVM lustrare sic oportet imperans solitaurilia circumagi cum diuis volentibus, quodq; bene eueniat mando tibi Mani, vti illa solitaurilia, fundum, agrum, terramq; meam quota ex parte siue circumagi, siue circunferenda censeas, vti cures lustrare. Ianum, Iouemq; vino præfamino, sic dicito. Mars pater te precor, quæsoq;, vti sies volens propitius mihi, domo, familiæq; nostræ, quoius rei ergô agrum, terram, fundumq; meum solitaurilia circũagi iussi. vti tu morbos visos, inuisosq; viduertatem, vastitudinẽq;, calamitates, intemperiasq; prohibessis, defendas, auerruncesq;. vtiq; tu fruges, frumenta, vineta, virgultaq; grandire, beneq; euenire sinas pastores, pecuaq; salua seruassis, duisq; bonã salutẽ, valetudinemq; mihi, domui, familiæq; nostrę. Harũce rerũ ergô fundi, terrę, agriq; mei lustrãdi, lustriq; faciẽdi ergô sicuti dixi macte hisce solitaurilibus lactẽtibus immolãdis esto. Mars pater eiusdẽ reij ergô, macte hisce solitauribus lactẽtibus esto. Itẽ cultro facito struẽ, & fertũ vti adsiet. Inde obmouero. Vbi porcũ immolabis, agnũ, vitulumq; sic oportet. Eiusq; rei ergô macte hisce solitaurilibus immolãdis esto noiare vetat Martẽ, neq; agnũ, vitulũq;. Si minus in oẽs litabis, sic verba cõcipito Mars pater, siqd tibi in illisce solitaurilibꝰ lactẽtibus. neq; satis factũ est, his solitaurilibꝰ piaculo. Si vno duobusue dubitaueris, sic verba cõcipito. Mars pater, qp tibi illuc porco, neq; satisfactũ est, te hoc porco piaculo. CXLII.

VILLICI officia quæ sunt. quæ dominus præcipit, ea omnia, quæ in fundo fieri oportet, quæq; emi parariq; oportet, quomodo quæq; cibaria, & quæ vestimenta dari familiæ oportet, eadem vti curet, faciarq; moneo, dominoq; dicto audiens sit. Hoc amplius. quomodo villicam vti oportet, & quomodo imperari oportet, vti in aduentu domini, quæ opus sunt, parentur, curenturq; diligenter. CXLIII.

VILLICAE quæ sunt officia, curato faciat. Si eam

tibi dederit dñs in vxorẽ, ea esto contentus. Ea te metuat. Facito, ne nimiũ luxuriosa siet. Vicinis, alijsq; mulieribus quamminimũ vtatur. Néue ad eas domũ eat, néue ad sese recipiat. Ad cœnã nequò eat, néue ambulatrix siet, rem diuinã ne faciat, néue mandet qui pro ea faciat iniussu dñi, aut dominæ. Scito dominũ pro tota familia rẽ diuinã facere. Munda siet. Villã conuersam mundãq; habeat. Focũ purũ circunuersum quotidie, prius quã cubitũ eat, habeat. Calendis, Idibus, nonis festus dies cũ erit, coronã in focũ indat. Per eosdẽq; dies Lari familiari pro copia supplicet. Cibũ sibi, & familiæ curet, vti coctum habeat. Gallinas multas, & oua vti habeat. Pyra arida, sorba, ficos, vuas passas, sorba in sapa, et pyra, & vuas in dolijs, & mala struthea. Vuas in vrceis, & in vinaceis, vel in terra obrutas. Et nuces prænestinas recentes in vrceo in terra obrutas habeat. Mala scantiana in dolijs, & alia, quæ condi solent, & syluatica. Hæc omnia quotannis diligenter vti condita habeat. Farinam bonam, & subtile far sciat facere. CXLIIII.

Olea quod adlegendum sit ad legem.

OLEAM legendã hoc modo locare oportet. Oleam cogito recte omnẽ arbitratu dñi, aut quẽ custodẽ fecerit, aut cui olea venierit. Oleã ne stringito, néue verberato iniussu dñi, aut custodis. Si aduersus ea quis fecerit, quod ipse eo die delegerit, pro eo nemo soluet, neq; debebitur. Oleã qui legerint, oẽs iurato ad dominũ, aut ad custodẽ sese oleam nõ surripuisse, neq; quenq; suo dolo malo ea oleitate ex fundo L. Manlij. Qui eorũ ita nõ iurauerint, quod is legerit, pro eo nemo argentũ dabit, neq; debebitur. Oleã cogi recte, satisdato arbitratu L. Manlij. Scalæ ita vti datæ erunt, ita reddito, nisi quæ vetustate fractæ erũt. Si nõ erũt, reddet æquas, aut arbitratu deducetur. Si quid redemptoris opera dño damni datũ erit, resoluito. Id boniviri arbitratu deducetur. Legulos quot opus erũt prębeto, & factores. Si nõ prębuerit, quanti conductum erit, aut locatũ erit, deducetur, & tanto minus debebitur. De fundo ligna, & oleã ne deportato. Qui oleã legerit,



q deportauerit, in singulas deportatiões. HS. N. II. dedu centur, neq; id debebitur. Omnẽ oleã purã metietur. Modio oleario assiduos hoïes quinquaginta præbeto, duas partes strictorũ præbeto. Nequis concedat, quo olea legunda, & faciunda carius locetur. Extra quã siquẽ sociũ impræsentiarũ dixerit, siquis aduersum ea fecerit, si dñs, aut custos volẽt, iurẽt oẽs socij. Si nõ ita iurauerint, pro ea olea legunda, & faciunda nemo dabit, neq; debebitur ei, qui nõ ita iurauerit. Accessiones in modios. CC. oleæ accedẽt salis modij. v. olei puri pondo. ix. in tota oleitate HS. V. aceti quadrantalia. ij. quo oleæ salem non acceperint, dum oleam legent in modios singulos. HS. SS. dabuntur. CXLV.

Olea farinula.

OLEAM faciundã hac lege oportet locare. Facito recte arbitratu dñi, aut custodis. Qui id negotij curabit, si ex virgis vasis opus erit, facito. Homines eos dato, qui placebũt aut custodi, aut ei, qui eam oleã emerit. Trapeti facito. Si operarij conducti erũt, aut facienda locata erit, pro eo resoluito, aut deducetur. Oleũ ne tangito vtendi causa, neq; furandi causa, nisi quod custos dederit, aut dominus. Si sumpserit, in singulas sumptiones. HS. N. XL. deducentur. neq; debebitur. Factores, qui oleum fecerint, omnes iurãto ad dominum, aut ad custodem, sese de furdo L. Manlij, neq; aliũ quenquã suo dolo malo oleũ, neq; oleam surripuisse. Qui eorum nõ ita iurauerit, quæ eius pars erit, deducetur, neq; debebitur. Socium nequem habeto, nisi quem dominus iusserit, aut custos. Siquid redemptoris opera domino damni datum erit, viri boni arbitratu deducetur. Si viride oleum siet, facito accedat oleum, & sal suæ vsioni, quod satis siet, & vasa vimínea. CXLVI.

Olea pendens quoadò vendi debeat.

OLEAM pendentẽ hac lege venire oporte. Olea pẽdẽs in fundo Venafro venibit. Qui oleã emerit, amplius q; quanti emerit, oïs pecuniæ centesima accedet. Præconiũ prẽsens. HS. L. & oleũ romanici pondo. MD. viridis pondo. CC. oleę caduę modij. L. strictiuę modij. X. Mo

dio oleario mensum dato, vnguinis pondo. x. ponderibus, modijsq; dñi datoris primę cotylas duas. Dies argẽto ex Cal. mensiũ. x. oleæ legendæ faciundę quæq; locata est, & si emptor locarit Idibus soluito. Recte hæc dari, fieriq;, satisq; dari dño, aut cui iusserit, promittito, satisq; dato arbitratu dñi. Dño cũ solutũ erit, aut ita satis datũ erit, quæ in fundo illata erũt, pigneri sunto. Ne quid eorũ de fundo deportato. Si quid deportauerit, dñi esto. Vasa, torcula, funes, scalas, trapetos, & si quid aliud datũ erit, salua recte reddito, nisi quę vetustate fracta erũt. Si nõ reddet, æquũ soluito. Si emptor legulis, et factoribus, q illic opus fecerint, nõ soluerit, cui dari oportebit, si dñs volet, soluat. Emptor dño debeto, & id satis dato, procq; ea re ita, vti supra scriptũ est, itẽ pigneri sunto. CXLVII.

LEGE hac vinũ pendẽs venire oportet. Vinaceos illutos, & fecẽ relinquito. Locus vinis ad Calendas Octobris primas dabitur. si nõ ante ea exportaueris, dñs vino, qđ volet, faciet. Cætera lex quæ oleæ pendenti. CXLVIII.

VINVM in dolijs hoc modo venire oportet. Vini in culleos singulos quadragenę, & singulę vrnę dabuntur, quod neq; aceat, neq; muceat. Id dabitur in triduo proximo, boni viri arbitratu degustato. Si nõ ita fecerit, vinũ pro degustato erit. Quot dies per dñm mora fuerit, quominus vinũ degustet, totidẽ dies emptori procedẽt. Vinũ accipito ante Calend. Ianuar. primas. Si nõ ante acceperit, dñs vinũ admetietur. Quod admensum erit, pro eo dñs resoluito. Si emptor postulauerit dño iusiurandũ, dabit verũ fecisse. Locus vinis ad Calend. Octobris primas dabitur. Si ante nõ deportauerit, dñs vino quod volet faciet. Cætera lex, quæ oleæ pendenti. CXLIX.

QVA lege pabulũ hybernũ venire oporteat. Qua venias finis dicito. Pabulũ fini accipito. Ex Calendis Septẽbribus prato ficco decedat, vbi pyrus florere cœperit, prato irriguo. vbi super, inferq; vicinus permittet, tũ decedito, vel diem certã vtriq; facito. Cætero pabulo Calend. Martijs cedito. Bubus domitis binis canterio vni, cum



emptor pascet, dño pascere recipitur. Oleris, asparagis, lignis, aqua, itinere, actu dñi vsioni recipitur Siquid emptor, aut pastores, aut pecus emptoris dño damni dederit, boni viri arbitratu resoluat. Siquid dñs, aut familia, aut pecus emptori damni dederit, viri boni arbitratu resoluetur. donicũ pecuniã satisfecerit, aut delegarit, pecus, & familia, quæ illic erit, pigneri sunto. Siquid de his rebus controuersiæ erit, Romæ iudiciũ fiat. CL.

FRVCTVM ouiũ hac lege venire oportet. In singulas casei pondo. xv. dimidiũ aridũ, lacte ferijs quod mulserit dimidiũ, & præterea lactis vnã vnã. Hisce legibus agnus diem, & noctẽ qui vixerit, in fructũ, & Calend. Ianuar. emptor fructu decedat. Si intercalatũ erit Calend. Maijs agnos. xxx. ne amplius promittat. Oues, quæ nõ pepererint, binæ pro singulis in fructu cedẽt. Die lanã, et agnos vendat. Menses. x. ab coactore releget porcos sectarios. In oues denas singulos pascat. Conductor. ij. menses pastorẽ præbeat, donec dño satisfecerit, aut soluerit, pigneri esto. CLI.

QVO pacto cupresseta seri oporteat Memius Percenius, Nolanus ad hũc modũ monstrauit. Semẽ cupressi tarentinæ per ver legi oportet, maturũ est, vbi ordeũ flauescit. semẽ, vbi legeris, in sole ponito, id purgato, id aridũ condito, vti aridũ expositũ siet, per ver serito in loco, vbi terra tenerrima erit, quã pullam vocãt, vbi aqua propter siet. eũ locũ stercorato primũ bene stercore caprino, aut ouillo. tũ vortito bipalio, & terrã cũ stercore bene commisceto. depurgato ab herba, graminibusq;. Bene terrã comminuito, areas facito pedes latas quaternos, subcauas facito, vti cauæ aquã continere possint. inter eas sulcos facito, qua herbas de areis purgare possis. vbi areæ factæ erũt, semẽ serito crebrũ, ita vt linũ seri solet. eo cribro terrã incernito. dimidiatũ digitũ terrã altã succernito. id bene tabula, aut manibus, aut pedibus complanato. Siquando nõ pluet, vti terra nõ sitiat, aquã irrigato leuiter in areas. Si nõ habebis, vnde irriges, gerito,

inditoq; leuiter. Quotiescūq; opus erit, facito, vti aquā addas. Si herbæ natæ erunt, facito, vti ab herbis purges quam tenerrimis, & quoties opus erit per æstatē, ita, vti dictū est, fieri oportet, & vbi semen satū siet, stramentis operiri oportet, vbi germen nasci cœperit, tum stramenta demi. CLII.

Scopæ virgeæ. Sec.

DE scopis virgeis, quę M. Memius, & M. Manlius monstrauerūt, in diebus. xxx. quibus vinū legeris, aliquoties facito scopas virgeas vlmeas aridas, eas in asserculo alligato, eabusq; latera dolijs intrinsecus vsq; bene perfricato, ne fex in lateribus adhæresçat. CLIII.

Vinum feracius.

VINVM fecatū sic facito. Fiscinas olearias campanicas duas illi rei habeto. eas fecis impleto, sub prelūq; subdito, exprimitoq;. CLIIII.

VINVM emptoribus sine molestia hoc modo admetiri debet. Labrū culleare illi rei facito, id habeat ad summū ansas. iiij. vti transferri possit. Ad imū ptundito. Ea fistulā subdito vti obthurarier rite possit. & ad summū, qua fini culeū capiet, prefignato. id in doliū paulatim demittito, vti in eo de fistula vinū salire possit. id impleto vsq; dum signū tangat, postea obthurato. Id in suggestu inter dolia positū seruato. CLV.

PER hyemē aquā de agro depellere oportet. In monte fossas inciles plures habere oportet. Prima autumnitate cū pluuia est, tū maxime ab aqua periculū est. Cū pluere incipiet, familiā cū ferreis sarculis exire oportet, & incilia aperire, aquā diducere in vias, & segetē curare oportet, vti fluat. In villa cū pluet, circuire oportet, sicubi perpluat, & vbi pluerit, tegulā signare carbone, cum desierit pluere, vti tegula mutetur. Per segetē in frumētis, aut in segete, aut in fossis sicubi aqua consistat, aut aliqd aquæ obstat. id emittere, patefieri, remouerić; oportet. CLVI.

Brassica

DE brassica quod concoquit. Brassica est, quę omnibus oleribus antistat. eam esto vel coctā, vel crudā. crudam si edas, in acetum intingito, mirifice concoquit, aluum bonam facit, lotiumq; ad omnes res salubre est. Si voles in



conuiuio multum bibere, cœnareq; libenter, ante cœnā esto crudam quantum voles ex aceto. Et item, vbi cœnaueris, comesto alia quinq; folia, reddēt te quasi nihil ederis, biberisq;, bibesq; quantū voles. Aluum si voles deijcere, superiorem sumito cymam brassicæ, quæ leuissima erit. p. iiij. Inde facito manipulos æquales tres, colligatoq;. Postea ollam statuito cum aqua. vbi occipiet feruere, paulisper dimittito vnum manipulum, feruere desistet. Postea vbi iterum occipiet feruere, paulisper dimittito vsq; admodum dum quinquiesquinq; numeres. Tum eximito, & ita facito alterum manipulum, & item tertiū, postea eximito, & contundito, & per linteum exugeto succum, quasi heminam, in pocillum fictile. Eò indito salis micam quasi eruum, & cymini triti quantum oleat. Postea ponito pocillum in sereno noctu. Qui poturus erit, lauet calida. bibat aquam mulsam, cubet incœnatus. Postea mane bibat succū, deambuletq; horas. iiij. et agat, negorij si quid habet. Vbi libido veniet nauseæ, eumq; apprehendet, decumbat, purgetq; sese. Tantū bilis, pituitæq; eijciet, vti ipse miretur, vnde tantū siet. Postea vbi deorsum versus ibit, heminam aut paulo plus bibat. Si amplius ibit, sumito farinę minutę conchas duas, infriet in aquam, paulum bibat, consistet. Verum quibus tormina molesta erunt, brassicam in aquā macerare oportet. vbi macerata erit, conijcito in aquam calidam, coquito vsq; dū ea commadebit bene. aquā defundito. Postea salem, & cumini paululū, & pollinē polentæ, & oleum eo dē addito, deinde iterū feruefacito. Infundito in catinū, vti frigescat. eo cyminū interito. quod volet sibi postea edat. sed si poterit solā brassicā esse, edat. Et si sine febre erit, dato vini arri duri. Aquę tū bibat quamminimum. Si febris erit, aquam bibat. Id facito continuo quotidie mane. Nolito multū dare, ne pertædescat, vti possit porrò libenter esse. Ad eundē modū viro, & mulieri, & puero dato. Nunc de ijs, quibus ægre lotium it, quibusq; sub stillū est. Sumito brassicā, conijcito in aquam feruentē,

coquito pauliſper, vti ſubcruda ſiet. poſtea aquã defun
dito non omnem.eò addito oleum,& ſalem, & cymini
paululũ.inferuefacito pauliſper. poſtea inde iuſculũ fri
gidum ſorbere,& ipſam braſſicam eſſe oportet,vti quã
primum excoquat.quotidie id facito. CLVII.

DE braſſica pythagorea quid in ea boni ſit, ſalubrita
tiſq; principiũ te cognoſcere oportet, qđ genera bra
ſicæ ſint,& cuiuſmodi naturã habeant. Ad ſalutẽ tempe
rat comeſta ſeſe ſemper cũ calore,& rigore arido, ſimul
& humido,& dulci,& amaro,& acri. Sed quæ vocatur
σελινοειδὴς hęc ſeptẽ habet bona in comeſtura. Nunc
vti cognoſcas genera earũ, prima eſt leuis,quæ nomina
tur λεῖα,grandibus,et latis folijs,cauſe magno,validam
hæc habet naturã, & vim magnã habet. Altera eſt cri
ſpa,quæ à ſimilitudine apij,σελινοειδὴς vocatur.Hæc
eſt & aſpectu,& natura bona ad curationem,validiorq;
eſt, quàm quæ ſupraſcripta eſt.Itẽ eſt tertia,quæ κεφά
λη vocatur,minutis caulibus,tenuioribus folijs,& acer
rima,oĩm eſt iſtarũ,tenui ſucco vehementiſſima. Et pri
mũ ſcito, de oĩbus braſſicis nulla eſt illiuſmodi medica
mentoſior.Ad oẽs tumores, ad oĩa vulnera eã contritã
imponito.Hęc oĩa vlcera purgabit,ſanaq;faciet ſine do
lore.Eadẽ tumida concoquit.eadẽ erumpit. eadẽ vulne
ra putrida,cancroſq; purgabit,ſanoſq; faciet,quod medi
camentũ aliud facere non poteſt. Verum prius q̃ id im
ponas,aqua calida multa lauato.Poſtea bis in die contri
tã imponito. Ea oẽm putorẽ adimet. Si cancer ater eſt,
is olet, & ſaniem ſpurcã mittit. Si albus purulentus eſt.
Sed ſi fiſtuloſus,ſubtus ſuppurat ſub carne. In ea vulne
ra huiuſcemodi tere braſſicã, ſanũ faciet. nã optima eſt
ad huiuſmodi vulnera. Et luxatũ ſiquod eſt, bis die cali
da foueto.braſſicã tritã apponito,cito ſanũ faciet.Si bis
die apponitur, dolores auferet, & ſi quid contuſum eſt,
erumpet.ſi braſſicã tritã appoſueris, & ſanũ faciet, & ſi
quid in mammis vlceris natũ,& carcinoma,braſſicã tri
tã apponito,ſanũ faciet.Et ſi vlcus acrimoniã eius ferre



non poterit,farinã hordeaceã miſceto,ita apponito.Hu
iuſmodi vlcera oĩa hęc ſana faciet,quod aliud medicamẽ
tum facere non poteſt,nec purgare.Et puero, & puellæ
ſi vlcus erit huiuſmodi,farinã ordeaceã addito. Et ſi vo
les eã eſſe,conſectã,lautam,ſiccã,ſale,aceto ſparſam eſto,
ſalubrius nihil erit.Quo libentius edas,aceto mulſo,ſpar
gito,mentam ſiccã,& rutã coriandrũ ſectã,ſale ſparſam
paulo libentius edes.Id bene faciet,& mali nihil ſinet in
corpore conſiſtere, et aluũ bonã faciet.Siquid antea ma
li intus erit,oĩa ſana faciet.De capite, & de oculis oĩa de
ducet,& ſanũ faciet.Hanc mane eſſe oportet ieiunũ.Et
ſi bilis atra eſt,& ſi lienes turgent,& ſi cor dolet,& ſi ie
cur,aut pulmones,aut præcordia, vno morbo oĩa ſana
faciet,quę intro dolitabunt.eodẽ ſilphiũ inradito, bonũ
eſt.Cũ venæ oẽs,vbi ſufflatænt ſu ex cibo, non poſſunt
perſpirare in toto corpore,inde aliqui morbi naſcuntur.
vbi ex multo cibo aluus non it,pro portione braſſica,ſi
vteris (vti te moneo) nihil iſtorum vſu veniet ex mor
bis. Verũ morbũ articularẽ nulla res tantũ purgat,quã
tum braſſica cruda,ſi eã edes cũ ruta,& coriandro conci
ſam.Sic et laſerpitium inraſum cũ braſſica ex aceto oxy
melli,et ſale ſparſa.Hac ſi vteris,oẽs articulares morbos
poteris expellere.Nullus ſumptus eſt,et ſi ſumptus eſſet,
tamen valetudinis cauſa experirer.eã mane oportet,ieiu
num eſſe.Oĩs qui inſomnioſus eſt hac eadẽ curatione ſa
nũ facies.Verũ aſſam braſſicã, & vnctã caldã ſalis pau
lulũ dato hoĩ ieiuno. Quamplurimã ederit, tã citiſſime
ſanus fiet ex eo morbo.Tormina quibus moleſta erunt,
ſic facito.Braſſicã macerato bene, poſtea in aullã cõiici
to,deferuefacito bene.vbi cocta erit bene,aquã defundi
to.Eò addito oleũ bene,& ſalis paulũ,& cuminũ,et pol
linem pollentæ.Poſtea bene feruefacito.vbi ferbuerit,in
catinũ indito.Dato edat,ſi poterit,ſi pane,ſi non, panis
parũ ibidẽ madefaciat.& ſi febrim non habebit,dato vt
vinũ atrum bibat.cito ſanus fiet. Et hoc ſi quando vſu
venerit, vt quis debilis ſiet hæc res ſanũ facere poteſt.ſi

brassicā edet ita, vti suprascriptū est. & hoc amplius. lotium conseruato eius, qui brassicā esitauerit. id calfacito. eo hoiem demittito. cito sanū facies hac cura. expertum hoc est. Item pueros pusillos, si laues eo lotio, nunquā debiles fient. & quibus oculi partū sunt clari, eo lotio inunguito, plus videbunt. Si caput, aut ceruices dolent, eo lotio caldo lauito, desinent dolere. Et si mulier eo lotio loços fouebit, nunquā ij virosi fient. Et fouere sic oportet, vbi in chutra feruefeceris id lotium, sub sellā supponito pertusam. eo mulier assidat. Circum vestimenta eā dato. Brassica erratica maximā vim habet. eā arefacere, conterereq; oportet bene minutim. si quē voles purgare, priedie ne cœnet, & mane ieiuno dato brassicæ tritæ, decoctæq; aquæ cyathos quatuor. nulla res tā bene purgabit, neq; elleborū, neq; scamoneū, & sine periculo, et scito salubrē esse corpori. Quos diffidas sanos facere, facies. Qui hac purgatione purgandus erit, sic eū curato. Sorbitione liquida hoc q; dies. vij. dato. vbi esse volet, carnem assam dato. Si esse nō volet, dato brassicā coctā, et panem, & bibat vinū lene dilutū, lauet raro, vtatur vnctione. q; sic purgatus erit, diutina valetudine vtetur, neq; vllus veniet morbus nisi sua culpa. Et si quis vlcus tetrū, vel recens habebit, hāc brassicam erraticā aqua inspergito, apponito, sanū facies. Et si fistula erit, turūdam intro trudito, si turundā non recipiet, diluito, succū exprimito, eum in vesicā indito, vesicæ calamū alligato, & ita premito, vt in fistulā succus introeat. Ea res sanum faciet cito. Et ad oia vetera vlcera, et noua contritā cum melle apponito sanū faciet. & si polypus in naso introierit, brassicam erraticam aridā tritam in malum conijcito, & ad nasum admoueto. Ita subducito susum animā quamplurimum poteris. in triduo polypus excidet. & vbi exciderit, tum aliquot dies idem facito, vt radices polypi persanas faciās. Auribus si parum audies, terito cum vino brassicam, succum exprimito, in aurē intro tepidum instillato. cito intelliges te plus audire. Deinde impetigini parce brassicā apponito. sanā faciet, & vlcus nō faciet. CLVIII.



ALVVM deijcere hoc mō oportet, si vis bñ deijcere, sume tibi ollā, addito eo aquę sestarios. vi. & eo addito vngulā de perna,. Si vngulā nō habebis, pone de perna frustū. p. S. quāminime pingue. vbi iā incipit coctū esse, eo addito brassicæ coliculos. ij. betæ coliculos. ij. cum radice sua, feliculæ paulū, herbæ mercurialis nō multū, mutulorū. L. II. piscem capitonē, & scorpionē. I. cochleas. vi. & lentis pugillum. Hęc oia decoquito vsq; ad sestarios tres iuris. oleum ne addideris. indidē sume tibi sestarium vnū tepidum, adde vini coi cyathum vnū. bibe, interquiesce. deinde iterum eodem modo, deinde tertium. Purgabit te bene. Et si voles insuper vinum coum mustum bibere, licebit bibas. Ex his tot rebus, quot scriptum est, vnū, quod eorum vis, id aluum deijcere potest. Verum ea re tot res sunt, vt bene deijcias, & suaue est. CLIX.

INTER trigini remedium. cum in via ibis, absynthij pontici surculum sub annulo habeto. CLX.

LVXVM si quod est, vt excantes, hac cantione sanū fiet. arundinem prende tibi viridem pedes III I. aut. V. longam. Mediam diffinde, & duo homines teneant ad coxendices. Incipe cantare in alio. S. f. motas danata daries dardaries astararies, dic vnà pariter vsq; dum coeant. Ferro insuper iactato, vbi coierint, & alteram altera tetigerit, id manu prende dextra, sinistra præcide. Ad luxum, aut fracturam alliga. & sanū fiet, & tamen quotidie cantato in alio. S. f. vel luxato. Vel hoc modo, haut haut haut ista pista sista, damiabo, damaustra, & luxato. Vel hoc modo, Haut haut haut istagis turgis ardannabon damaustra. CLXI.

LOCVM vbi asparagū seras, bene subigere oportet, q; habeat humorē, aut loco crasso, vbi erit subactus, areas facito, vt possis dextra, sinistraq; sarrire, seu rūcare, ne calcetur. Cū deformabis areas, interuallū facito inter eas semipedē latū in oēs partes. Deinde serito. Ad lineā grana bina, aut terna palo demittito. Eodē palo cauum ter-

ra operito. Deinde supra areas stercus spargito, bene serito. Secundū æquinoctiū vernū, vbi natum erit, herbas crebro purgato, cauetoq̄, ne asparagus vnà cum herba vellatur. Quo anno seueris sub stramētis p hyemē operito, ne rigore puratur. Deinde primo vere aperito, sarritoq̄, rūcatoq̄. Post annū tertiū, q̄ seueris, incendito vere primo. Deinde ne ante sarrieris, q̄ asparagus natus erit, ne in sarriendo radices lædas. Tertio, aut quarto anno sparagū vellito ab radice. Nā si defringes, stirpes fiēt, & intermorientur. Sed vsq̄ licebit vellas, donicum in semen videris ire. Semē maturū fit ad autūnū. Ita cū sumseris semē, incēdito. & cū cœperit asparagus nasci, sarrito, et stercorato. Post annos. viij. aut. ix. cū iā vetus est, digerito, & in quo loco positurus eris, terram bene subigito, & stercorato. Deinde fossulas facito, quà radices asparagi demittas. Interuallum sit ne minus pedes singulos inter radices asparagi euellito, & sic circunfodito, vt facile euellere possis. Caueto ne frangatur. Stercus ouillum quamplurimum fac ingeras. id est optimum ad eā rem.

Aliud stercus herbas creat. CLXII.

Perna. PERNAS sic salire oportet, in dolio, aut in seria. Cū pernas emeris, vngulas earum præcidito. Salis romanensis moliti in singulas semodius. In fundo dolij, aut seriæ salem sternito. Deinde pernā ponito. Cutis deorsum spectet. Sale obruito totam. Deinde pernam alteram in super ponito. Eodē modo obruito. Caueto, ne caro carnem tangat. Ita omnes obruito, vbi iam omnes composueris, sale eas insuper obrue, & ne caro appareat, æqualē facito. Vbi iam dies. v. in sale fuerint, eximito omnes cū suo sale. Quæ tum summę fuerint, imas facito. Eodemq̄ modo obruito, & componito. Post diem omnino duodecimum pernas eximito, & salem oēm detergeto, & suspendito in vento biduū. Die tertio extergeto spongia bene, perungito oleo. Suspendito in fumo biduum. Tertio die demittito. Perungito oleo, & aceto commisto, & suspendito in carnario. nec tinea, nec vermes tangent.

FINIS.



# M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA ad Fundaniam vxorem Liber. I.

## CAPVT PRIMVM.

OTIVM si essem consecutus Fundania, commodius tibi hæc scriberem, quæ nunc, vt potero, exponam, cogitans esse properandum, quod (vt dicitur) si est homo bulla, eo magis senex. Annus enim octogesimus admonet me, vt sarcinas colligam ante, quā proficiscar è vita. Quare, quoniam emisti fundum, cum bene colendo fructuosum eum facere velis, meq̄, vti ad hibeam curam, roges, expetiar. & nō solum, vt ipse quo ad viuam, quid fieri oporteat vt te moneam, sed etiam post mortem. Necq̄ patiar Sibyllam non solum cecinisse, quæ, dum viueret, prodessent hominibus, sed etiam quæ cum perisset ipsa, & id etiam ignotissimis quoq̄ hominibus, ad cuius libros tot annis post publice solemus redire, cum desideramus quid faciendum sit nobis ex aliquo portento, me, nedum viuo quidem, necessarijs meis quod prosit facere. Quo circa scribam tibi tres libros indices, ad quos reuertare, si qua in re quæres, quemadmodum quidq̄ te in colendo oporteat facere. Et quoniam (vt aiunt) dei facientes adiuuāt, prius inuocabo eos, nec, vt Homerus, & Ennius, musas, sed duodecim deos consentis, necq̄ tamen eos vrbanos, quorum imagines ad forum auratæ stant, sex mares, & fœminæ totidem, sed illos duodecim deos, qui maxime agricolarū duces sunt. Primum, qui omnes fructus agriculturæ cœlo, & terra continent, Iouem, & Tellurem. Itaq̄ duo hi parentes magni dicuntur. Iuppiter pater, Tellus vero mater. Secundo Solem, & Lunam, quorum tempora obseruantur, cum quædam serantur, & condantur in terra. Tertio Cererē, & Liberum, quod horum fructus maxime necessarij ad victum sint. Ab his enim cibus, & potio venit. è fundo,

Quarto Robigum, & Floram, quibus propitijs, neq; rubigo frumenta, atq; arbores corrumpit, neq; non tempestiue florẽt. Itaq; publicæ Robigo feriæ, robigalia, Floræ, ludi floralia instituti. Item adueneror Mineruam, & venerem, quarum vnius procuratio oleti, alterius hortorũ quo nomine rustica vinalia instituta. Nec nõ etiam precor Lymphã, ac bonũ euentũ, quoniã sine aqua oĩs arida, ac misera agricultura, sine successu, ac bono euẽtu, frustratio est nõ cultura. His igitur deis ad venerationẽ vocatis, ego referã sermones eos, quos de agricultura habuimus nuper, ex quibus quid te facere oporteat animaduertere poteris. in queis quæ nõ inerũt & quæres, indicabo, à quibus scriptoribus reperias, & græcis, & nostris.

Qui græce scripserunt dispersim alius de alia re, sunt plus quinquaginta. Hi sunt. quos tu habere in consilio poteris, cum quid consulere voles, Hieron siculus, & Attalus philometor, de philosophis, Democritus physicus Xenophõ socraticus, Aristoteles, & Theophrastus peripatetici, Architas pytagoreus, item Amphilochus athenienſis, Anaxipolis thasius, Apollonius pergameneus, Apollodorus lemnius, Aristophanes maleotes, Antigonus cymeus, Agatocles chius, Aristandrus athenienſis, Bacchius milesius, Bion soleus, Chæresteus, & Chæreas athenienses, Diodorus priennæus, Dion colophonius, Diophanes nicẽsis, Epigenes rhodi⁹, Euagõ thasius, Euphranij duo, vn⁹ athẽienſis, alter amphipolites, Aegesias maronites, Menãdri duo, vn⁹ priẽneus, alter heracleotes, Nicesius maronites, Pythiõ rhodius. De reliquis, quorũ quæ fuerit patria non accepi, sunt Androcion, Aeschari on, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Oades, Dionisius περιφυτῶν, Euphorion, Eubolus, Lysimachus, Mnaseas, Menestrat⁹, Pleuthiphanes, Persis, Theophil⁹. Ii, quos dixi, omnes soluta oratione scripserunt easdem res, & quidam etiam versibus, vt Hesiodus ascræus, & Menecrates ephesius. Hos nobilitate Mago Carthaginenſis præterijt pœnica lingua, quod res dispersas compre



hendit libris duodetriginta, quos Cassius Dionisius vticensis vertit libris viginti græca lingua, & sextilio prætori misit, in quæ volumina de græcis libris eorum quos dixi, adiecit non pauca, & de Magonis dempsit instar librorum octo. Hosce ipsos vtiliter ad sex libros redegit Diophanes ĩ Bithynia, et misit Deiotaro regi. Quo breuius de ea re conor trib⁹ libris exponere, vno de agricultura, altero de re pecuaria, tertio de villaticis pastionib⁹. Hoc libro circũcisis rebus, quæ nõ arbitror pertinere ad agriculturã. Itaq; prius ostẽdã, quæ secerni oporteat ab ea. Tũ de his rebus dicã sequens naturales diuisiones. Eaeruntex radicibus trinis, et quæ ipse in meis fundis colẽdo animaduerti, et quæ legi, et quæ à peritis audiui. Ca. II.

SEMENTINIS ferijs in ædem Telluris veneram rogatus ab æditimo, vt dicere didicimus à patribus nostris, vt corrigimur à recentibus vrbanis ab æditimo. Offendi ibi C. Fundanium socerum meum, et C. Agriũ equitem romanum socraticum, & P. Agrasium publicanum spectantes in pariete pictam Italiam. Quid vos inquam hic, num feriæ sementinæ otiosos huc adduxere, vt patres, & auos solebant nostros? Nos vero (inquit Agrius, vt arbitror) eadem causa, quæ te, rogatio Aeditimi. Itaq; si ita est, vt annuis, morere oporter nobiscum, dum ille reuertatur. Nam accersitus ab ædile, cuius procuratio huius templi est, non rediit, & nos, vt expectaremus se, reliquit, qui rogaret. Vultis igitur interea vetus prouerbiũ, quod est, Romanus sedendo vincit, vsurpemus, dũ ille venit? Sanẽ inquit Agrius, & simul cogitans, portam itineri dici longissimam esse, ad subsellia sequẽtibus nobis procedit, Cũ cõsedissemus, Agrasius vos, qui multas pambulastis terras, quã cultiorẽ Italia vidistis inqt? Ego vero inquit Agrius, nullã arbitror esse, quæ tã tota sit culta. Primũ cũ orbis terræ diuisus sit in duas partes ab Eratosthene, maxime secundum naturam ad meridiem versus, & ad septentrionem. Et sine dubio, quoniam salubrior pars septentrionalis est, quã meridiana. Et

quæ salubrior, illa fructuosior, dicendum magis Europā fuisse opportunam ad colendū, quàm Asiam, ibiq; Italiam primum quod est in Europa, secundo, quod hæc temperatior pars est, quàm interior. nam intus penè sempiternæ hyemes. Nec mirū, quod sunt regiones inter circulū septentrionalē, & inter cardinē cœli, vbi sol etiam sex mensibus continuis non videtur. Itaq; in occeano in ea parte ne nauigari quidē posse dicunt propter mare congelatū. Fūdanius, en ibi tu quicq; nasci putas posse, aut coli natū? Verū enim est illud Pacuij, Sol si perpetuo sit, aut nox. flammeo vapore, aut frigore, terræ fructus omnes iterire. Ego hic, vbi nox, & dies modice redit, & abit tamen æstiuo die, si non defenderē me in æstuosum meridiem, viuere nō possem, illic in semestri die, aut nocte quēadmodū quicq; seri, aut alescere, aut meti possit? Cōtra quid in Italia vtensile non modo nō nascitur, sed etiā non egregiū sit, quod far conferā campano? quod triticū appulo? quod vinū falerno? quod oleū venafro? Non arboribus cōsita Italia est, vt tota pomariū videatur? An Phrygia magis vitibus cooperta, quā Homerus appellat ἀμπελοεσσαν, quàm hæc? aut Argos, quā idē poeta πολυπυρον, in qua terra iugerū vnū denos, & quinos denos culleos fert vini, quot q̄dā in Italia regiones. An nō. M. Cato scribit in libro originū sic? ager gallicus romanus vocatur, qui viritim Cæsare iubēte datus est vltra agrū picenū. In eo agro aliquot fariā in singula iugera dena cullea vini fiūt. Nōne itē in agro fauētino. à quo ibi tricenarię appellāt urvites, qđ iugerū tricenas amphoras reddat? Simul aspicit me, certe inqt. L. Marrius præfectus fabrū tuus in fundo suo fauētiæ hāc multitudinē sarcinarū dicebat reddere vites. Duo in primis spectasse videtur Italici homines, colēdo possent ne fructus pro impēsa, ac labore reddere, et vtrū saluber locus esset, an nō, quorū si alterutrū decollat, et nihilo minus quis vult colere, mente est captus, atq; ad agnatos, & gentiles est deducendus. nemo enim sanus mente debet velle impensam, ac sumptum facere in culturam, si videt non posse refici. Nec si potest reficere fructus, si videt eos fore, vt pestilentia dispereant. Sed opinor qui hæc commodius ostendere possint, adsunt. Nā C. Liciniū Stolonē, et Cn. Tremeliū Scrofam video venire, Vnū cuius maiores de modo agri legē tulerunt. Nā Stolonis illa lex, quæ verat plus quingē ta iugera habere ciuē romanū. & qui propter diligentiā culturæ Stolonū confirmauit cognomē. quod nullus in eius fundo reperiri poterat stolo, quod effodiebat circū arbores, è radicibus, quæ nascerentur è solo, quos stolones appellabant, eiusdem gentis C. Licinius tribunus plcū esset post reges exactos annis trecētis sexagintaquinque, primus populū ad leges accipiūdas in septē iugera forēsia è comitijs eduxit. Alterū collegā tuū, triumuir qui fuit, ad agros diuidūdos cāpanos, video huc venire Cn. Tremeliū Scrofam, virū oībus virtutibus politū, qui de agricultura romanus peritissimus existimatur. An non iure inquā? Fūdi enim eius propter culturā iucūdiore spectaculo sunt multis, quàm regie polita ædificia aliorum, cum huius spectatum veniant villas, non vt apud Lucullum, vt videant pinacothecas, sed oporothecas. Huiusce inquam pomaria summa sacra via, vbi poma veneunt, contra aureā imaginem. Ille interea, ad vos cum Stolone cœna comesa inquit venimus. At non C. videmus Fūdaniū, qui nos aduocauit. Bono animo este inquit Agrius. Nam non modo non dum illud sublatum est, quod ludis circensibus nouissimi curriculi finem facit quadrigis, sed ne illud quidem ouum vidimus, quod in cereali pompa solet esse primum. Itaq; dum hic nobiscum vnà sedetis, aduenietq; æditimus, docete nos agriculturam, quam summam habeat, vtilitatémne. an voluptatem an vtrunq;. Ad te enim rudes agriculturę nunc, olim ad Stolonem iuisse dicunt. Scrofa. Prius inquit discernendum, vtrum quæ serantur in agro ea sola sint in cultura, an etiam quæ inducuntur in ruta, vt oues, & armenta. Video enim qui de agricultura scripserunt, & pœnice, &





Stolonis lex

Stolo vnde dictus.

greçe, & latine, latius vagatos, quàm oportuerit. Ego vero inquit Stolo, eos nõ in omni re imitandos arbitror, et eo melius feciſſe quoſdam, qui minore pomerio finierunt, excluſis partibus, quæ non pertinent ad hanc rem. quare tota paſtio, quæ coniungitur à pleriſq; cũ agricultura, magis ad paſtorẽ, q̃ ad agricolã pertinere videtur. Quo circa principes, qui vtriq; rei prẽponũtur, vocabulis quoq; ſunt diuerſi, quod vnus vocatur Villicus, alter magiſter pecoris. Villicus agri colendi cauſa cõſtitutus, atq; appellatus à villa. villa, quod ab eo in eã conuehuntur fructus, & euehuntur, cũ veneunt. A quo ruſtici etiã nunc quoq; viã veham appellant, propter vecturas, & vellã non villã, quò vehunt, & vnde vehunt. Itẽ dicuntur, qui vecturis viuunt, vellaturã facere. Certe inquit Fundanius aliud paſtio, & aliud agricultura, ſed affinis. Et vt dextra tibia alia, q̃ ſiniſtra, ita vt tamen ſit quodã modo coniuncta, quod eſt altera eiuſdẽ carminis modorũ incentiua, altera ſuccentiua. Et quidẽ licet adijcias inquam, paſtorũ vitam eſſe incentiuã, agricolarum ſuccentiuam authore doctiſſimo hoĩe Dicæarcho, qui Greçe vita qualis fuerit, ab initio nobis ita oſtendit, vt ſuperioribus temporibus fuiſſe doceat, cum homines paſtoriciam vitam agerent, neq; ſcirent etiam arare terram, aut ſerere arbores, aut putare, ab his inferiore gradu ætatis ſuſceptam agriculturam. Quocirca et ſuccinit paſtorali, quod eſt inferior, vt tibia ſiniſtra à dextræ foraminibus.

Agrius Tu inqt tibicen nõ ſolũ adimis dño pecus, ſed etiã ſeruis peculiũ, quibus dñi dant, vt paſcant, atq; etiã leges colonicas tollis, in q̃bus ſcribimus, Colonus in agro ſurculario ne capras cõpaſcat, quas etiã aſtrologia in cœlũ recepit nõ lõge ab Tauro Cui Fũdanius, Vide inqt, ne agri iſtuc ſit ab hoc, cũ in legibus etiam ſcribatur, pecus quoddã. Quędã enĩ pecudes culturę ſunt inimicę, ac veneno, vt iſtę, quas dixiſti, caprę. Hę enĩ oĩa nouella ſata carpendo corrũpunt, nõ minimũ vites, atq; oleas. Itaq; propterea inſtitutũ diuerſa de cauſa, vt ex caprino genere ad



alij dei arã hoſtia adduceretur, ad alij nõ ſacrificaretur, cũ ab eodem odio alter videre nollet, alter etiã videre peremptem vellet. Sicq; factum, vt Libero patri repertori vitis hirci immolarentur, proinde vt capite darent pœnas. Contra, vt Mineruæ caprini generis nihil immolarent, propter oleam, quod eam, quam læſerit, fieri dicunt ſterilem, eius enim ſaliuam eſſe fructuis venenum. Licinius, Hoc nomine etiam Athenis in arcem non iungi, prę terquam ſemel ad neceſſarium ſacrificiũ, ne arbor olea, quæ primum dicitur ibi nata, à capra tangi poſſit. Nec vllæ inquit pecudes agriculturæ ſunt propriæ, niſi quæ agrum operæ, quo cultior ſit, adiuuare, vt eæ, quæ iunctę arare poſſint. Agraſius ſi iſtuc ita eſt inquit, quomodo pecus remoueri poteſt ab agro, cum ſtercus, quod plurimum prodeſt, greges pecorum miniſtrent? Sic inquit Agrius, venalium greges agriculturam dicemus eſſe, ſi propter iſtam rem habendum ſtatuerimus. Sed hinc error, quod pecus in agro eſſe poteſt, & fructus non in eo agro ferre, quod non ſequendum. Nam ſic etiam res alię diuerſæ ab agro erunt aſſumendæ, vt ſi habeas plures in fundo textores, atq; inſtitutos hiſtonas, ſic & alios artifices. Scrofa? Diſiungamus igitur inquit, paſtionem à cultura, & ſi quis quid vult aliud. An ne ego inquam ſequar Saſernarum patris, & filij libros? ac magis putẽ pertinere figlinas quemadmodũ exerceri oporteat, q̃ argentifodinas, aut alia metalla, quę ſine dubio in aliquo agro fiunt. Sed neq; lapidicinæ, neq; arenariæ ad agriculturã pertinent, ſic figlinæ. neq; ideo non in quo agro idoneę poſſint eſſe, non exercendæ, atq; ex eis capiundi fructus, vt etiã ſi ager ſecundũ viã, & opportunus viatoribus locus, ædificandæ tabernæ diuerſoriæ, quę tamen quamuis ſint fructuoſæ, nihilo magis ſunt agriculturæ partes. Nõ enim ſi quis propter agrũ, aut etiã in agro profectus domino, agriculturæ acceptum referre debet, ſed id modo, quod nec ſatione terra ſit natum, ad fruendum ſuſcipit. Stolo, Tu inquit inuides tanto ſcriptori, & obſtrigilan-

di causa figlinas reprehendis, cum præclara quædam, ne laudes, prætermittas, quæ ad agriculturam vehementer pertineant. Cum subrisisset Scrofa, quod non ignorabat libros, & despiciebat, & Agrasius se scire modo putaret, ac Stolonem rogasset, vt diceret, cœpit, Scribit cimices quemadmodum interfici oporteat his verbis. Cucumerem anguinum condito in aquam, eamq; infundito quò voles, nulli accedent. vel fel bubulum cum aceto mistum, vnguito lectum.. Fundanius aspicit ad Scrofam, & tamẽ verum dicit, inquit, hic, vt hoc scripserit in agricultura. Ille. Tam hercle, quàm hoc, si quem glabrum facere velis, quod iubet, ranam luridam conijcere in aquã, vsq; quo ad tertiam partem decoxeris, eaq; vngere corpus. Ego quod magis inquam pertineat ad Fundanij valetudinem, & in eo libro est, satius dicam, nã & huiusce pedes solent dolere, in fronte contrahere rugas. Dic Sodes inquit Fundanius. nam malo de meis pedibus audire, quàm quemadmodum pedes betaceos seri oporteat. Stolo subridens dicam, inquit, eisdem, quibus ille verbis scripsit, valent quæ iam audiui. Cum homini pedes dolere cœpissent, qui tui meminisset, ei mederi posse. Ego tui memini, medere meis pedibus. Terra pestem teneto. Salus hic maneto in meis pedibus. Hoc ter nouies cantare iubet, terram tangere, despuere, ieiunum cantare. Multa inquam item alia miracula apud Safernas inuenies, quæ oĩa sunt diuersa ab agricultura, & ideo repudianda, quasi vero inquam, non apud cæteros quoq; scriptores, talia reperiantur. An non in magni illius Catonis libro. q de agricultura est editus, scripta sunt permulta similia vt hæc? Quemadmodum placentã facere oporteat, quo pacto libum, qua ratione pernas salire. Illud non dicis inquit Agrius, quod scribit, si velis in conuiuio multum bibere, cœnareq; libenter, ante esse oportet brassicam crudam ex aceto. & post, alia folia quinq;. III.

IGITVR inquit Agrasius, quæ disiungenda essent à cultura cuiusmodi sint, quoniam discretum de ijs rebus



dicendum, quæ scientia sit, & quid in colendo nos docet, ars an sit, an quid aliud, & à quibus carceribus decurrat ad metas. Stolo cũ aspexisset Scrofã, Tu inquit, & ætate, & honore, & scientia quod præstas, dicere debes. Ille non grauatus, Primum inquit, non modo est ars, sed etiam necessaria, ac magna. eaq; est scientia, quæ docet, quæ sint in quoquo agro serunda, & faciunda, quæq; terra maximos perpetuo reddat fructus. IIII.

EIVS principia sunt eadem, quæ mundi esse Ennius scribit, aqua, terra, anima, & sol. Hæc enim cognoscenda prius, quàm iacias semina, quod initium fructuũ oritur. Hinc profecti agricolæ ad duas metas dirigere debent, ad vtilitatem, & voluptatẽ. Vtilitas quærit fructũ, voluptas delectationem. Priores partes agit, quod vtile est, q̃ quod delectat. nec non ea, quæ faciunt cultura honestiorẽ agrum, pleraq; non solũ fructuosiorem eundem faciunt, vt cũ in ordinẽ sunt consita arbusta, atq; oliueta, sed etiã vendibiliorẽ, vt quę adijciant ad fundi pretiũ. nemo enim eadẽ vtilitate non formosius quod est, emere maiult pluris, q̃ si est fructuosius turpe. Vtilissimus autem is ager, qui salubrior est, q̃ alij, quod ibi fructus certus. cõtraq; in pestilenti, calamitas. quamuis in feraci agro colonũ ad fructus peruenire nõ patitur. Etenim vbi ratio cũ orco habetur, ibi non mõ fructus est incertus, sed etiã colentiũ vita. Quare, si salubritas nõ est, cultura non aliud est, q̃ alea dñi vitæ, ac rei familiaris. Hoc vero diminuitur scientia, ita enim salubritas, quæ ducitur è cœlo, ac terra, nõ est in nostra potestate, sed in naturæ, vt tamẽ multũ sit in nobis. & grauiora quæ sunt, ea, diligẽtia leuiora facere possumus, etenĩ si propter terrã, aut aquã odorem ue, quem aliquo loco eructat, pestilentior est fundus, aut propter cœli regionem ager calidior sit, aut ventus non bonus flet. Hæc vitia emendari solent domini scientia, ac sumptu. quod permagni interest, vbi sint positæ villæ, quantę sint. quò spectẽt, porticibus, ostijs, ac fenestris. An non ille Hippocrates medicus in magna pestilẽtia,

non vnum agrũ, sed multa oppida, scientia seruauit? Sed quid ego illũ voco ad testimonium? Non hic Varro noster, cum Corcyræ esset exercitus, ac classis, & omnes domꝰ repletę essent ægrotis, ac funeribus, immisso fenestris nouis aquilone, & obstructis pestilentibus, ianuaq; permutata, cæteraq; eius generis, diligentia, suos comites, ac familiam, incolumes reduxit. V.

SED quoniã agriculturæ, quod esset initiũ, & finis dixi, relinquitur quot partes ea disciplina habeat, vt sit videndũ. Equidẽ innumerabiles mihi vidẽtur inqt Agrius, cũ lego libros Theophrasti cõplures, qui inscribũtur περὶ φυτῶν ἱ σοφίας, & περὶ φυτῶν αἰτίων.

Stolo isti inquit libri non tam idonei ijs, qui agrũ colere volunt, quàm qui scholas philosophorum, neq; eo dico, quod non habeant & vtilia, & communia quædã. quapropter tu potius agriculturę partes nobis expone.

Scrofa agriculturæ inquit, quatuor sunt partes summæ. è queis prima cognitio soli fundi, & partes eius quales sint. Secunda, quæ in eo fundo opus sunt, ac debeant esse culturę causa. Tertia, quę in eo prædio colẽdi causa sint faciũda. Quarta, quo quæq; tpe in eo fundo fieri conueniant. De his quatuor generibus singulę minimũ in binas diuiduntur species. quod habet prima ea, quę ad solũ pertinent terræ, & quæ ad villas, & stabula. Secũda pars, quę mouentur, atq; in fundo debeant esse culturæ causa. est item bipartita, de hominibus, per quos colendum, & de reliquo instrumento. Tertia pars, quę de rebus, diuiditur, quæ ad quanq; rem sint præparanda, & vbi quæq; faciunda. Quarta pars de temporibus, quæ ad solis circuitũ annuum sint referenda, & quę ad Lunę menstruum cursum. De primis quatuor partibus prius dicã, deinde subtilius de octo secundis. VI.

IGITVR primum de solo fundi videndum. Hęc quatuor. Quæ sit forma, quo in genere terrę, quantus, quãq; per se tutus. Formæ cũ duo genera sint, vna quã natura dat, altera, quã sationes imponunt, prior, quod alius ager



bene natus, alius male, posterior, quod alius fundus bene constitus est, alius male, dicã prius de naturali. Igitur cum tria genera sint à specie simpliciagrorũ, campestre, collinũ, & montanũ, est ex his tribus quartũ, vt in eo fundo, in quo hęc duo, vel tria sunt, vt multis locis licet videri. Ex quibus tribus fastigijs simplicibus, sine dubio infimis alia cultura aptior, quã summis, qđ hęc calidiora, q̃ summa, sic collinis, quod ea tepidiora, q̃ infima, aut summa. Hęc apparẽt magis ita esse in latioribus regionibus, simplicia cũ sunt. Itaq; vbi lati campi, ibi magis æstus. Et eo in Appulia loca calidiora, & grauiora. Et vbi montana, vt in Vesuuio, quod leuiora, & ideo salubriora. Qui colũt deorsum. magis æstate laborãt, q̃ sursum, magis hyeme, verno tempore in campestribus maturius eadem illa seruntur, q̃ in superioribus, & celerius hic, q̃ illic cogũtur. Necnon sursum, q̃ deorsum tardius seruntur, ac metuntur. Quędã in montanis prolixiora nascuntur, ac firmiora, propter frigus, vt abietes, ac sappini. Hic, quod tepidiora populi, ac salices, sursum fertiliora, vt arbutus, ac quercus, deorsum, vt nuces græcæ, ac mariscæ fici. In collibus humilibus societas maior cũ campestri fructu, q̃ cũ montano, in altis contra. Propter hæc tria fastigia formæ, discrimina quædã fiunt sationũ, quod segetes meliores existimantur esse campestres, vineæ collinæ, sylvæ montanæ. plerunq; hyberna ijs esse meliora, qui colunt campestria, q; tũc prata ibi herbosa, putatio arborũ tolerabilior. Contra æstiua montanis locis commodiora, quod ibi tũ & pabulũ multũ, quod in campis aret, & cultura arborũ aptior, quod tũ illic frigidior aer. Campester locus is melior, q̃ totus æquabiliter in vnã partẽ vergit, q̃ is, qui est ad libellã æquus, quod is, cũ aquæ nõ habent delapsum, fieri solet vliginosus. eo magis siquis est inæquabilis eo deterior, quod fit propter lacunas aquosus. Hæc, atq; huiusmodi tria fastigia agri ad colendũ dispariliter habent momentum. VII.

STOLO, Quod ad hanc formam naturalem pertinet,

de eo nõ incommode Cato videtur dicere, cũ scribit optĩ mũ agrũ esse, qui sub radice montis situs sit, et spectet ad meridianã cœli partẽ. Subijcit Scrofa. De formæ cultura hoc dico, quę specie fiãt venustiora, sequi, vt maiore quoq; fructu sint, vt q habẽt arbusta, si sata sunt in quincuncẽ propè sint ordines, atq; interualla modica. Itaq; maiores nostri ex aruo æque magno, sed male consito, & minus multũ, & minus bonũ faciebãt vinũ, quod quæ suo quæq; loco sunt posita, ea minus loci occupãt, & minus officit aliud alij ab sole, ac luna, & vento. Hoc licet coniectura videre ex aliquot rebus, vt nuces integras, quas vno modio comprehendere possis, quod putamina suo loco quæq; habet natura composita, cũ easdẽ si fregeris vix sexquimodio concipere possis. Prętera quę arbores in ordine satę sunt, eas æquabiliter ex oĩbus partibus sol, ac luna coquũt. quo fit, vt vuæ, & oleæ plures nascantur, & vt celerius coquantur, quas res duas sequuntur altera illa duo, vt plus reddãt musti, & olei, & pretij pluris.

Sequitur secundũ illud, quali terra solũ sit fundi, & à qua parte vel maxime bonus, aut nõ bonus appelletur. Refert enĩ, quæ res in eo seri, nasciq; & cuiusmodi possint. Nõ enĩ eadẽ oĩa in eodẽ agro recte possunt. Nã vt alius est ad vitẽ appositus, alius ad frumentũ. sic de cæteris alius ad aliã rem. Itaq; Cretæ ad cortyniã dicitur platanus esse, quæ folia hyeme nõ amittat. Itẽq; in Cypro, vt Theophrastus ait, vna. Itẽ Sybarj, qui nũc Thurij dicuntur, quercus simili esse natura, quæ est in oppidi conspectu. Itẽ contra atq; apud nos fieri ad elephantinẽ, vt neq; ficus, neq; vites amittant folia. Proprer eandẽ causam multa sunt bifera, vt vites apud mare Smyrnæ, malus bifera, vt in agro consentino. Idẽ ostendit, quod in locis feris plura ferũt, in ijs, quæ sunt culta meliora, eadẽ de causa sunt, quæ non possunt viuere nisi in loco aquoso, aut etiã in aqua. & id discriminatim, vt alia in lacubus, vt arundines in Aretino, alia in fluminibus, vt in Epeiro arbores alni, alia in mari, vt scribit Theophrastus, palmas, & squillas. In Gallia transalpina intus ad Rhenũ, cũ exercitum ducerẽ, aliquot regiones accessi, vbi nec vitis, nec olea, nec poma nascerẽtur, vbi agros stercorarẽt candida fossicia creta. Vbi salẽ nec fossiciũ, nec maritimũ haberent, sed ex quibusdã lignis combustis, carbonibus salsis pro eo vterẽtur. Stolo, Cato quidẽ inquit, gradatim prępones, aliũ alio agrũ meliorẽ dicit esse in nouẽ discriminibus, & quod sit primus, vbi vineæ possunt esse bono vino, & multo. Secũdus, vbi hortus irriguus. Tertius, vbi salicta. Quartus, vbi oliueta. Quintus, vbi pratũ. Sextus, vbi campus frumentarius. Septimus, vbi cædua syluа. Octauus, vbi arbustum. Nonus, vbi glandaria syluа. Scrofa, Scio inquit scribere illũ, sed de hoc nõ consentiũt omnes, quod alij dant primatũ bonis pratis, vt ego quoq;, à quo antiqui prata parata appellarũt. Cæsar Vopiscus ædilicius, causam cum ageret apud Censores, campos Rosiæ Italiæ dixit esse sumẽ, in quo relicta pertica postri die nõ appareret propter herbã.

## VIII.

CONTRA, vineã sunt, q putẽt sumptu fructus deuorare. Refert inquã. quod genus vineæ sit, quod sunt multę species eius, alię enĩ humiles, ac sine ridicis, vt in Hispania, alię sublimes, vt quæ appellantur iugatæ, vt pleręq; in Italia, quarũ noĩa duo, pedamenta, & iuga, quibus stat recta vinea dicuntur pedamenta, quę transuersa iunguntur iuga, ab eo quoq; vineę iugatę. Iugorum genera ferè quatuor, pertica, arundo, restes, & vites. Pertica, vt in Falerno. Arundo, vt in Arpino. Restes, vt in Brundusino. Vites, vt in Mediolanensi agro. Iugationis species duæ. vna directa, vt in agro canusino, altera compluuiata in longitudinẽ, & latidinẽ iugata, vt in Italia pleræq;. Hæc vbi domo nascuntur, vineę nõ meruũt sumptũ, vbi multa ex propinqua villa, nõ valde. Primũ genus, quod dixi, maximè quærit salicta. Secundũ, arundineta. Tertiũ iunceta, aut eius generis rẽ aliquã. Quartũ arbusta, vbi traduces possint fieri vitiũ, vt Mediolanenses faciũt in arboribus, quas opulos vocant, canusini in harundulatione in

ficis. Pedamentū itē ferè quatuor generū. Vnū robustū, quod optimū solet afferri in vinea è quercu, ac iunipero & vocatur ridica. Alterū palus è pertica, melior è dura, quod diuturnior, quē cū in simū terra voluit, puter euertitur, & fit solū summū. Tertiū, quod horū inopiæ subsidio misit arundinetū. Inde enī aliquot colligatas libris demittunt in tubulos fictiles cū fundo pertuso, quos cuspides appellāt, quà humor aduēticius transire possit. Quartū pedamentū est natiuū eius generis, vbi ex arboribus in arbores traductis vitibus vinea fit, quos traduces, qui dā rumpos appellāt. Vineæ altitudinis modus, longitudo hominis. Interualla pedamentorū, qua boues iuncti arare possint. Ea minus sumptuosa vinea, quæ sine iugo ministrat acratophoron vinū. Huius genera duo. vnū, in quo terra cubilia præbet vuis, vt in Asia multis locis, quæ sepe vulpibus, & hominibus fit communis. necnō, si parit humus mures, huius minor fit vindemia, nisi totas vineas oppleueris muscipulis, quod in insula Pandataria faciūt. Alterū genus vineti, vbi ea modo remouetur à terra vitis, quæ ostenderit se afferre vuā. Sub eam, vbi nascitur vua subijciuntur circiter bipedales è furculis furcillæ, ne vindemia pereat, & vindemia facta deniq; discat pendere in palmā, aut funiculo, aut vinctu, quod antiqui vocabant cestum. ibi dominus simul ac vidit occipitium vindemiatoris, furcillas reducit hybernatum in tecta, vt sine sumptu earū opera altero anno vti possit. Hac consuetudine in Italia vtuntur Reatini. Hæc ideo varietas maxime, quod terra cuiusmodi sit, refert. vbi enim natura humida, ibi altius vitis tollenda, quod in partu, & alimonio vinū non vt in calice quærit aquā, sed solem. itaq; ideo (vt arbitror) primum è vinea in arbores ascendit vitis.

IX.

TERRA inquā, cuiusmodi sit refert, & ad quam rem bona, aut nō bona sit. ea tribus modis dicitur, communi, proprio, & misto. Communi, vt cū dicimus orbē terræ, & terrā Italiā, aut quā aliam, in ea enim & lapis, et arena,

Insula pan dataria.

Terra tribus modis dicit.



& cętera eius generis sunt in nominando comprehensa.

2 Altero modo dicitur terra proprio nomine, quæ nullo alio vocabulo, neq; cognomine adiecto appellatur. Tertio modo dicitur terra, quæ est mista in qua seri quid potest, & nasci, vt argillosa, aut lapidosa, sic & aliæ, cum in hac species non minus sint multæ, q̄ in illa communi propter admistiones. in illa enī cū sit dissimili vi, ac potestate, partes permultæ, in queis, lapis, marmor, rudus, arena, sabulo, argilla, rubrica, puluis, creta, glarea, carbunculus, ideſt, quæ sole perseuet ita, vt radices satorū comburat. Ab ijs, quę proprio noīe dicitur terra, cū est admista ex his generibus aliqua re, tū dicitur aut cretosa, aut glareosa, & sic ab alijs generū discriminibus mista, et vti horum varietates, ita genera hęc, vt præterea subtiliora sint alia nā ad minimū in singula facies terna, quod alia terra est valde lapidosa, alia mediocriter, alia propè pura Sic de alijs generibus reliquis, admistæ terrę tres gradus ascendūt eosdē. Prętera hę ipsę ternę species ternas in se habēt alias, quod partim sunt humidiores, partim aridiores, partim mediocres. neq; non hæc discrimina pertinēt ad fructus vehementer. itaq; periti in loco humidiore far adoreum potius serunt, quàm triticum. Contra in aridiore ordeū potius, quàm far, in mediocri vtrunq;. Præterea etiam discrimina omnium horum generum subtiliora alia, vt in sabulosa terra, quòd ibi refert, sabulo albus sit, an rubicundus, quod sabulo albus ad serendos surculos alienus. contra rubicundior appositus. Sic magna tria discrimina terræ, quod refert vtrū sit macra, an pinguis, an mediocris. quo ad culturam pinguis fœcundior ad multa, macra contra. Itaq; in Veijs, vt in Pupinia. neq; arbores prolixas, neq; vites feraces, neq; stramenta videre crassa poterit, neq; ficum mariscam, & arbores plerasq;, ac prata retorrida, & muscosa. Contra in agro pingui, vt in Hetruria, licet videre, fructuosas segetes, ac restibiles, & arbores prolixas, & omnia sine musco. In mediocri autem terra, vt in Tyburti, quòd propius

3 Distrimina terræ.

Cato. lib. 1. c. 34. fo. 9.

Solus humidus.

Aridus.

Terra macra.

Pinguis.

Mediocris

accedit, vt non sit macra, quàm vt sit ieiuna, eo ad omnes res commodior, quàm si inclinauerit ad illud, quod deterius. Stolo, Nõ male inquit, quę sit idonea terra ad colendum, an non, Diophanes bithynius scribit signa sumi posse aut ex ipsa, aut ex iis, quę nascuntur ex ea, ex ipsa, si sit terra alba, si nigra, si leuis, quæ cum fodiatur, facile frietur, naturaq; nõ sit cineritia, néue vehemẽter densa. Ex his autem, quę enata sunt, fera, si sunt prolixa, atq; ea, quæ ex his nasci debent, earum rerũ feracia. Sed quod sequitur tertium illud de modis dice. X.

ILLE. Modos, quibus metirentur rura, alius alios constituit. Nã in Hispania vlteriore metiũtur iugis, in campania versibus, apud nos in agro Romano, ac latino iugeris. Iugum vocant, quod iuncti boues vno die exarare possint. versum dicunt centum pedes quoquouersum quadratum. Iugerum, quod quadratos duos actus habeat. Actus quadratus, qui & latus est pedes centum viginti, & longus totidem. Is modius, ac mina latine appellatur. Iugeri pars minima dicitur scrupulum. id est decẽ pedes in longitudine, & latitudine quadratũ. Ab hoc principio mensores nonnunquam dicunt in subciſiuum esse vnciam agri, aut sextantem, aut quid aliud, cum ad iugerum peruenerunt, id habet scrupula ducenta octoginta octo. Quantum attinet ad antiquos nostros, ante bellũ punicum pendebãt bina iugera, quod à Romulo primũ diuisa dicebantur viritim, quæ quod hæredem sequerentur, hæredium appellarunt. Hęc postea à iugeris centum centuria dicta, quæ duplicata est quadrata in omnes quatuor partes, vt habeat latera longa duo millia et quadringentos pedes. Hæ porrò quatuor centurię coniunctę, vt sint in vtranq; partem binæ, appellantur in agris diuisis viritim publice saltus. XI.

IN modo fundi non animaduerso lapsi sunt multi, qđ alii villam minus magnam fecerunt, quàm modus postulauit, alij maiorem, cum vtrunq; sit contra rem familiarẽ, ac fructũ. maiora enim tecta & ædificamus pluris,



& tuentur sumptu maiore. minora cum sunt, quàm postulat fundus, fructus solent disperire. Licinius. Dubium enĩ non est, quin cælla vinaria maior sit faciunda in eo agro, vbi vineta sunt ampliora, vt horrea, si frumentarius ager est. In villa ædificanda hoc potissimum, vt intra septa ville habeat aquam, si non, quam proxime. Primũ quæ ibi sit nata, secundum, quæ influat perennis. Si omnino aqua non est viua, cisternæ faciundæ sub tectis, & lacus sub dio. ex altero loco vt homines, ex altero vt pecus vti possit. XII.

DANDA opera, vt potissimum sub radicibus montis syluestris villam ponas, vbi pastiones sint latæ, ita vt contra ventos, qui saluberrimi in agro flabunt posita sit. Ad exortus æquinoctiales aptissima, quod æstate habeat vmbram, hyeme solem. Sin cogare secundum flumen ædificare, curandum ne aduersum eurum ponas. hyeme enim fiet vehementer frigida, & æstate nõ salubris. Aduertendum etiam siqua erunt loca palustria, & propter eaſdem causas, & quod arescunt, & quod in ijs crescunt animalia quædam minuta, quæ non possunt oculi consequi, & per aera intus in corpus per os, ac nares per ueniunt, atq; efficiũt difficiles morbos. Fũdanius, Quid potero inquit facere, si istiusmodi mihi fundus hæreditate obuenerit, quo minus pestilentia noceat? Istuc vel ego possum respondere inquit Agrius. Vendas quot assibus possis, aut si nequeas, relinquas. At Scrofa Vitandum inquit, ne in eas partes spectet villa, ex quibus ventus grauior afflare soleat. néue in conualli caua, & vt potius in sublimi loco ædifices, qui quod perflatur, siquod est, qđ aduersarium inferatur, facilius discutitur. Præterea, quod ab sole toto die illustratur, salubrior est, quod & bestiolæ siquæ propè nascuntur, & inferuntur, aut efflantur, aut aritudine cito pereunt. Nimbi repentini, & fluuij, ac torrentes periculosi illis, qui in humilibus, ac cauis locis ædificia habent, & repentinæ prædonũ manus, quod improuisos facilius opprimere possunt. Ab hoc vtroq;

superiora loca tutiora. XIII.

Tabula. IN villa faciunda sunt stabula, ita vt bubilia sint, vbi hyeme possint esse caldiora. Fructus vt est vinum, & oleum loco plano in cællis, ita vt vasa vinaria, & olearia potius sint in locis aridis, quàm humidis. fructus, vt est faba, lentes. ordeum, & far. & fœnum in tabulatis. Familia vbi versetur prouidendum, si fessi opere, vel frigore aut calore, vbi commodissime possint sese quieti recipere. Villici proxime ianuam cællam esse oportet. eumq; scire, qui introeat, aut exeat noctu, quidú ferat, præsertī si ostiarius est nemo. In primis culina videnda, vt sit admota, quod ibi hyeme antelucanis temporibus aliquot res conficiuntur, cibus paratur, & capitur. Faciundum etiam plaustris, ac cætero instrumento omni, quibus cœlum pluuium inimicum, in chorte vt satis magna sint tecta. hæc enim si intra clausum in consepto, & sub dio, furem modo non metuunt, sed aduersus tempestatem nocentem non resistunt. Chortes in fundo magno duæ aptiores, Vna, vt interius compluuium, habeat lacum, vbi aqua saliat, qui intra stilobatas cum venit, sit semipiscina. Boues enim ex aruo æstate reducti hic bibunt, hic perfunduntur. nec minus & à pabulo dum redierunt, anseres, sues, porci. In chorte exteriore lacum esse oportet, vbi maceretur lupinum, item alia, quę demissa in aquam ad vsum aptiora fiant. Chors exterior crebro operta stramentis ac paleis, conculcata pedibus pecudum, fit minister fundo, vt sit ex ea quod euehatur. Secundum villam duo habere oportet sterquilinia, aut vnum bifariam diuisum. alteram enim in partem ferri oportet è villa nouum fimum, ex altera veterem tolli in agrum. quod enī infertur recens, minus bonum, id cumflacuit, melius, nec non sterquilinium melius illud, cuius latera, et summum virgis, & fronde vindicatur ab sole. Non enim succum, quem quærit terra, solem ante exuggere oportet. Itaq; periti (qui possunt) vt eò aqua influat, eo nomine faciūt. Sic enim maxime retinetur succus in eo. Quidam & sel

Culina. Chortes. Sterquilinia.



las familiaricas ponunt, Aedificium facere oportet, sub quod tectum totam fundi subijcere possis messem, quod vocant quidam nubilarium. Id secundum aream faciundum, vbi triturus sis frumentum, magnitudine pro modo fundi ex vna parte apertum, & id ab area, quo & in trituram proruere facile possis, &, si nubilare cœperit, inde vt rursus celeriter reijcere. Fenestras habere oportet ex ea parte, vnde commodissime perflari possit. Nubilarium

Fundanius, Fructuosior inquit est certe fundus propter ædificia, si potius ad antiquorum diligentiam, quàm ad horum luxuriam dirigas ædificationem. Illi enim faciebant ad fructuum rationem, hi faciunt ad libidines in domitas. Itaq; illorum villę rusticę erant maioris, quàm vrbanæ, quæ nunc sunt pleræq;. Contra, illic laudabatur villa, si habebat culinam rusticam bonam, præsepias laxas, cællam vinariam, & olearium ad modum agri aptam, & pauimento procliui in lacum, in quo, si contigerit, defluens vinum excipiatur, ne pereat. quod sæpe, vbi conditum nouum vinum, orcæ vt in Hispania feruore musti ruptæ, nec non & dolia, vt in Italia. Item cætera vt essent in villa huiuscemodi, quæ cultura quæreret, prouidebant. Nunc contra vt villam suburbanam quàmmaximam, ac politissimam habeant, dant operam, ac cum Metelli, & Luculli villis pessimo publico ædificatis certant, quo elaborant, vt spectent sua æstiua triclinaria ad frigus orientis, hyberna ad solem occidentem potius, quàm vt antiqui in quam partem cælla vinaria, aut olearia fenestras haberet, cum fructus in ea vinarius quærat, vt dolia aera frigidiorem, item vt olearia caldiorem habeat. Itē videre oportet, si est collis (nisi qd impediat) vt ibi potissimū ponatur villa. XIIII.

NVNC de sepris, quæ tutandi fundi causa, aut partis fiant, dicam. Earum tutelarum genera quatuor. Vnum naturale, alterum agreste, tertium militare, quartum fabrile. Horum vnumquodq; species habet plures. Primū naturale sepimentū, qđ obseri solet virgultis, aut spinis, Septorum quatuor genera. Naturale primum.

quod habet radices viuæ sepis, ac viatoris prætereuntis lasciui nō metuet facem ardentem. Secunda sepes est ex agresti ligno, sed non viuit. Fit aut palis statutis crebris ac virgultis implicatis. aut latis perforatis, et per ea foramina traiectis longurijs ferè binis, aut ternis, aut ex arboribus truncis demissis & in terram deinceps constitutis. Tertium militare sepimentum est fossa, & terreus agger, sed fossa ita idonea fiat, vt omnem aquam quæ de cœlo venit, recipere possit, aut fastigium habeat, vt exeat è fūdo. Agger is, qui intrinsecus sit iunctus fossæ, ita arduus sit, vt eum transcendere non sit facile. Hoc genus sepis fieri secundum vias publicas solet, et secundum amnes. Ad viam salariam, & in agro crustuminio videre licet locis aliquot coniunctos aggeres cum fossis, ne flumen agris noceat. Aggeres qui faciunt sine fossa, eos quidam vocant muros, vt in agro reatino. Quartum fabrile sepimētum est notissimum, maceria. Huius species ferè quatuor. quod fit è lapide, vt in agro Thusculano, quod è lateribus coctilibus, vt in agro Gallico. quod è lateribus crudis, vt in agro sabino. quod ex terra, & lapillis compositis informis, vt in hispania, & agro tarentino. XV.

PRAETEREA sine septis fines prædij sationibus notis arborum tutiores fiunt, ne familiæ rixentur cum vicinis, ac limites ex litibus iudicem quærant. Serūt alij circum pinos, vt habet vxor in Sabinis. Alij cupressos, vt ego habeo iu Vesuuio. Alij vlmos, vt multi habēt in Crustuminio, quod ibi pullulat maxime. Et vbi est campus nulla potior arbor seritur, quod maxime fructuosa, quod & sustineat sepem, ac colit aliquot corbulas vuarum, & frondem iucundissimam ministrat ouibus, ac bubus, ac virgas præbet sepibus, et foco, ac furno. Scrofa. Igitur primum hæc, quæ dixi, quatuor videnda agricolæ, de fundi forma, terræ natura, de modo agri, de finibus tuendis. XVI.

RELINQVITVR altera pars, quæ extra fundū est. Cuius appendices vehementer pertinent ad culturam



propter affinitatem. Eius species totidem. Si vicina regio est infesta. Siquò neq; fructus nostros exportare expediat, neq; inde quæ opus sunt, apportare. Tertium, si viæ, aut fluuij qua portentur, aut non sunt, aut idonei non sunt, Quartum, si quid ita est in cōfinibus fundi, vt nostris agris prosit, aut noceat. è queis quatuor, quod est primū, refert infesta regio sit, néc ne. Multos enī agros egregios colere non expedit, propter latrocinia vicinorum, vt in Sardinia quosdam propè Celiem. & in Hispania propè Lusitaniam. Secundum, quæ vicinitatis inuectos habent idoneos, vt quæ in agris nascuntur, ibi vendant, & illinc inuectos opportunos ad ea. quæ in fundo opus sunt, quod propterea sunt fructuosa. Multi enim habent prædia, quibus frumentum, aut vinum, aliudue quid desit importandum. Contra, nō pauci, quibus aliqd sit exportādū. Itaq; sub vrbe colere hortos late expedit, sicut violaria, ac rosaria. Item alia multa, quæ vrbs recipit, cum eadē in longinquo prædio, vbi non sit quò deferri possit venale, nō expedit colere. itē, si ea oppida aut viciniæ, aut etiā diuitū copiosi agri, ac villæ, vnde nō care emere possis, quæ opus sunt in fundum, quibusq; quæ supersint venire possint, vt quibusdā pedamēta, aut perticæ, aut arūdo, fructuosior fit fundus, quā si longe sint importanda, nōnūq; etiā quā si colendo in tuo ea parare possis. Itaq; in hoc genus coloni potius anniuersarios habent vicinos. quibus imperent, medicos, fullones, fabros, quā in villa suos habeāt, quod nōnūq; vnius artificis mors tollit fundi fructū. quā partē latifundij diuites domesticæ copiæ mādare solēt. Si. n. ab fundo lōgius ab sunt oppida, aut vici, fabros parēt, quos habeāt in villa, sic cæteros necessarios artifices, ne de fundo familia ab opere discedat ac profestis diebus ambulet feriata potius, q̄ opere faciūdo agrū fructuosiorē reddat. Itaq; ideo Saserna liber præcipit, ne quis de fundo exeat præter villicum, & patronū, & vnum, quem villicus legat. Siquis contra exierit, ne impune abeat. si abierit, vt in villicum

animaduertatur. Quod potius ita præcipiendum fuit, ne quis iniussu villici exierit, neq; villicus iniussu domini longius, quàm vt eodem die redierit, neq; id crebrius, q̃ opus esset fundo. Tertio eundem fundum fructuosiorem faciunt vecturæ, si viæ sunt, quà plaustra agi facile possint, aut flumina propinqua, quà nauigari possit, quibus vtrisq; rebus euehi, atq; inuehi ad multa prædia scimus. Quarto refert etiam ad fundi fructus, quemadmodũ vicinus in confinio consitum agrum habeat. si enim ad limitem quercetum habet, non possis recte secundum eã syluam serere oleam, quod vsq; eo est contrarium natura, vt arbores non solum minus ferant, sed etiam fugiãt, vt introrsum in fundum se reclinent, vt vitis adsita ad olus facere solet, vt quercus, si iuglandes magnæ, crebrę, finitimæ, fundi oram faciunt sterilem. XVII.

DE Fundi quatuor partibus, quæ cum solo hærent, & alteris quatuor, quæ extra fundum sunt, & ad culturam pertinent, dixi. Nunc dicam agri quibus rebus colantur. quas res alij diuidunt in duas partes, in homines, & adminicula hominũ, sine quibus rebus colere nõ possunt. Alij in tres partes, scilicet in vocale, & semiuocale, et mutum. Vocale, in quo sunt serui. Simiuocale, in quo sunt boues. Mutum, in quo sunt plaustra. Omnes agri coluntur hominibus seruis aut liberis, aut vtrisq;. Liberis, aut cũ ipsi colunt, vt pleriq; pauperculi cũ sua progenie, aut mercenarijs. & conductitijs liberorum operis, res maiores, vt vindemias, & fœnisicia administrant ij, quos obæratos nostri vocitarunt, vt etiã nunc sunt in Asia, atq; in Aegypto, & in Illyrico complures. De quibus vniuersis hoc dico. Grauia loca vtilius esse mercenarijs colere, quàm seruis, & in salubribus quoq; locis opera rustica maiora, vt sunt in cõdẽdis fructibus vindemiæ, aut messis. De his cuiusmodi esse oporteat, Cassius scribit hæc. Operarios parandos esse, qui laborem ferre possint, ne minores annorum viginti duorum, & ad agriculturam dociles. Eam coniecturam fieri posse ex aliarum rerum



imperatis, & more incolarum è nouicijs requisito ad priorem dominum quid facti tarent. Mancipia esse oportere, neq; formidolosa, neq; animosa. Qui præsint esse oportere q̃literis sint, & aliqua humanitate imbuti, frugi, ætatẽ maiore, q̃ operarios, quos dixi. Facilius enim his, quàm minoribus natu dicto sunt audientes. Præterea potissimum eos præesse oportet, qui periti sint rerum rusticarum. non solum enim debere imperare, sed etiam facere, vt facientem imitentur, & vt animaduertant eum cum causa, sibi præesse, quod scientia præstet, & vsu. Neque illi concedendum, ita imperare, vt verberibus coherceat potius quàm verbis. Et (si modo id efficere possis) neq; eiusdem nationis plures parandos esse. ex eo enim potissimum solere offensiones domesticas fieri. Præfectos alacriores faciundum præmijs, dandaq; opera, vt habeant peculium, & coniunctas conseruas, è quibus habeant filios, eo enim fiunt firmiores, ac coniunctiores fundo. Itaq; propter has cognationes epiroticæ familiæ sunt illustriores, ac cariores. Ad inisciendam voluptatem his præfecturæ honore aliquo habendi sunt, & de operarijs, qui præstabunt aliqui, communicandum quoq; cum ijs, quę faciunda sunt opera. quod ita cum fit, minus se putant despici, atq; aliquo numero haberi à dño. Studiosiores ad opus fieri liberalius tractãdo, aut cibarijs, aut vestitu largiore, aut remissione operis, concessionéue, vt peculiare aliquid in fundo pascere liceat, authuiuscemodi rerũ alijs, vt quibus quid grauius sit imperatũ, aut animaduersum, qui cõsolando eorũ re stituat voluntatẽ, ac beneuolentiã in dñm. XVIII.

FAMILIAM Cato dirigit ad duas metas, ad certum modum agri, & genus sationis scribens de oliuetis, & vinetis, vt duas formulas. vnam, in qua præcipit quomodo oliuetum agri iugerum ducentorum quadraginta instruere oporteat. Dicit enim in eo modo hæc, mancipia tredecim habenda, villicum, villicam, operarios quinq;, bubulcos tres, asinarium vnum, subulcum vnum, opilio

nem vnum. Alteram formulam scribit de vinearum iugeribus centũ, vt dicat haberi oportere hæc, quindecim mancipia, villicũ, villicã, operarios decem, bubulcũ vnũ, asinariũ vnũ, subulcũ vnũ. Saserna scribit satis esse ad iugera octo hominẽ vnũ ea debere eum fodere diebus quadraginta quinq; tametsi quaternis operis singula iugera possit. sed relinquere se operas tredecim valetudini, tempestati, inertiæ, indulgentiæ. Licinius. horum neuter satis dilucide modulos reliquit nobis. Quod Cato si voluit (vt debuit) vti proportione, vt ad maiorem fundũ, vel minorem adderemus, vel demeremus, extra familiã debuit dicere villicum, & villicam. neq; enim si minus CCXL. iugera oliueti colas, nõ possis minus vno villico habere, nec si bis tanto ampliorem fundum, aut eo plus colas, ideo duo villici, aut tres habendi fuere. Operarij modo, & bubulci pro portione demendi, vel addẽdi, ad minores, maiorés ue modos fundorum, hi quoq;, si similis ager est. nam si est ita dissimilis, vt totus arari non possit, vt si sit cõfragosus, atq; arduus cluis minus multi opus sunt boues, & bubulci. Inijcio illud, quod modum, neq; vnum, neq; modicum proposuit ducentorum quadraginta iugerum. Modica enim centuria, & ea ducẽtorum iugerum, è qua ni sexta pars sit ea quadraginta, quæ de ducentis quadraginta demitur, non video quemadmodum ex eius præcepto demam sextam partem, & de tredecim mancipiis nihilo magis si villicum, & villicã remouero, quemadmodum ex vndecim item sextam partem demam. Quod autem ait in centum iugeribus vinearũ opus esse quindecim mancipia, si quis habebit centuriam, quæ sit dimidium vineti, & dimidium oliueti, sequetur, vt duos villicos, & duas villicas habere debeat, quod est deridiculum. Quare alia ratione modus mancipiorum generatim est animaduertẽdus, & magis in hoc Saserna probandus, qui ait singula iugera quaternis operis vno operario ad conficiendum satis esse. Sed si hoc in Saserną fundo in Gallia satis fuit, non continuo idem



in agro ligustico montano. Itaq; de familiæ magnitudine, & reliquo instrumento commodissime scies, quantũ pares, si tria animaduerteris diligenter. In vicinitate prædia cuiusmodi sint, & quanta, & quot, quæq; hominibus colantur. Et quot additis operis, aut demptis melius, aut deterius habeas. Nobis enim cultum biuium ad culturã dedit natura experientiam, & imitationem. Antiquissimi agricolæ tentando peraq; constituerunt, liberi eorũ maximam partem imitando. Nos vtrunq; facere debemus. & imitari alios, taliter vt faciamus, & experientia tentare quędam, sequentes non aleam, sed rationem aliquã, vt si altius repastinauerimus, aut minus, quàm alij, quod momentum ea res habeat, vt fecerunt ij, in sarriendo iterum, & tertio, & qui insitiones ficulnas ex verno tempore in æstiuum contulerunt.

XIX.

DE reliqua parte instrumenti, quod semiuocale appellatur, Saserna ad iugera ducenta arui boum iuga duo satis esse scribit. Cato in oliuetis ducentorum quadraginta iugerum boues ternos, ita fit, vt Saserna dicat verum ad centum iugera, iugũ opus esse, si Cato ad octogena. Sed ego neutrum horum ad omnem agrũ conuenire puto, & vtrunq; ad aliquem. Alia enim terra facilior, aut difficilior est alia. Terram duram proscindere nisi boues magnis viribus non possunt, & sæpe fracta bura relinquunt vomeres in aruo. Quo sequendum nobis in singulis fundis, dum sumus nouicij, triplex regula, superioris domini institutio, & vicinorum, & experientia quædam. Quod addit asinos, qui stercus vectent, treis, asinũ molarium, in vinea iugerum centum, iugum boum, in hoc genere semiuocalium, adijciendum de pecore, quod ea sola, quæ dixit, agri colendi causa erunt, vt solent esse pecuaria, quæ pauca habenda, quo facilius tueri possint, quoniam mancipia, quę solent esse assidua, esse non possunt. In eo numero non modo qui prata habent, vt potius oues, quàm sues habeant, curent, sed etiam qui prata non habent, quia non solum pratorum causa habere de

bent, sed etiam propter stercus. XX.

IGITVR de omnibus quadrupedibus prima probatio est, qui idonei sint boues, qui arandi causa emuntur, quos rudes, neq; minores trimos, neq; maiores quadrimos parandum. Vt viribus magnis sint, ac pares, ne in opere firmior imbecilliorem cõficiat, amplis cornibus, & nigris potius, quàm aliter, vt sint lata fronte, naribus simis, lato pectore, crassis coxendicibus. Hos veteranos ex campestribus locis emendum, non indura, ac montana, nec nõ, si ita incidit, vitandũ. Nouellos cũ quis emerit iuuencos, si eorum colla in furcas destinata incluserit, ac dederit cibum, diebus paucis erunt mansueti, & ad domandum proni. Tum ita subigendum, vt minutatim assuefaciant, & vt tironem cum veterano adiungant, imitando enim facilius domantur. Et primum eos æquo in loco, & sine aratro, tũ eo leui simul arare faciant, & principio per arenam, aut molliorem terram dũ consuescãt. Quos ad vecturas, item instituendum, vt inania primũ ducant plaustra, &, si possis, per vicum, aut per oppidũ, vbi creber crepitus sit, ac varietas rerum consuetudine celeberrima ad vtilitatem adducito. Neq; pertinaciter, quem feceris dextrum in eo manendum. Quod si alterius sit sinister, fit laborãti in alterutra parte requies. Vbi terra leuis, vt in campania, ibi non bubus grauibus, sed vaccis, aut asinis quod arant, eo facilius ad aratrum leue adduci possunt, & ad molas, & ad ea, si qua sunt, quæ in fundo cõuehuntur. In qua re alij asellis, alij vaccis, ac mulis vtuntur, exinde vt pabuli facultas est. Nã facilius asellus, quàm vacca alitur, sed fructuosior hec. Cauto agricolæ hoc spectandum, quo fastigio sit fundus. in confragoso enim, ac difficili hæc valentiora parandum, & potius ea, quæ plus fructum reddere possunt, cum idem operis faciunt. XXI.

CANES potius cum dignitate, et acres paucos habendum, q̃ multos. quos cõsuefacias potius noctu vigilare, & interdiu clausos dormire, & cathena vinctos esse,



vt soluti acriores fiant. De indomitis quadrupedibus, & pecore instructo, & canibus hoc faciundũ, quod dixi. Si prata sunt in fundo, neq; pecus dñs habet, danda opera, vt pabulo vendito, alienũ pecus in suo fundo pascat, & stabulet. XXII.

DE reliquo instrumento muto, in quo sunt corbulæ, & dolia, & alia, sic præcipiendũ. Quæ nasci in fundo, ac fieri à domesticis poterunt, eorum nequid ematur, ista ferè sunt, quæ ex viminibus, & materia rustica fiunt, vt corbes, fiscinæ, tribula, mallei, & rastelli. Sic quæ fiunt de cannabi, lino, iunco, palma, scirpo, vt funes, restes, tegetes. Quæ è fundo sumi non poterunt, ea si empta erũt potius ad vtilitatem, quàm ob speciem, sumptu fructũ non extenuabunt. eo magis, si inde empta erunt potissimum, vbi ea & bona, & proxime, & vtilissime emi poterunt. Cuius instrumenti varia discrimina, ac multitudo agri magnitudine finitur, quod plura opus sunt, si fines distant late. Itaq; Stolo inquit: Proposita magnitudine fundi, de eo genere Cato scribit: Oliueti iugera ducenta quadraginta qui coleret, eum instituere ita oportere, vt faceret vasa olearia instructa, iuga quinq;, quæ membratim enumerat, vt ex ære ahena, vrceos, & nasiternam, item alia sic è ligno, & ferro, vt plostra maiora tria, aratra cũ vomeribus sex, crates stercorarias quatuor, item alia, sic de ferramentis quæ sint, & quot opus ad multitudinem, vt furcas ferreas octo, & sarcula totidem, dimidio minus palas, itẽ alia. Itẽ alteram formulã instrumẽti fundi vinarij fecit, in qua scribit, si sit ager cẽtũ iugerũ, habere oportere vasa torcularia instructa trina, dolia cũ operculis culleorũ octingentorũ, acinaria viginti, frumentaria viginti. Itẽ eiusmodi alia, quæ minus multa quidẽ alij, sed tantũ numerũ culleorum scripsisse puto, ne cogeretur quotannis vendere vinũ. Veteria enĩ quàm noua, & eadem alio tempore, quàm alio pluris. Item sic de ferramentorũ varietate scribit permulta, & genere, & multitudine qua sint, vt falces, palas, rastros,

Sic alia, quorum nonnulla genera ſpecies habent plures, vt falces. nam dicuntur ab eodem ſcriptore vineaticæ opus eſſe ſex, ſcirpiculæ quinq;, ſyluaticæ quinq;, arboratiæ tres, & ruſticariæ decem. Hic hæc. At Scrofa, Inſtrumentum, & ſupellectilem ruſticam omnem oportet habere ſcriptam in vrbe dominum, & ruri villicum, atq; ea omnia certo ſuo quæq; loco ad villam debent eſſe poſita. Quæ non poſſunt eſſe ſub claui, quammaxime facere, vt ſint in conſpectu, oportet, eo magis ea, quæ in rariore ſunt vſu, vt quibus in vindemia vtuntur, vt corbulæ, & ſic alia. quæ. n. res quotidie videntur, minus metuunt furem. XXIII.

SVSCIPIT Agraſius. Et quoniã habemus illa duo prima, ex diuiſione quadripartita, de fundo, & de inſtrumento, quo coli ſolet, de tertia parte expecto. Scrofa, Quoniam fructum inquit, arbitror eſſe fundi eum, qui ex eo ſatus naſcitur vtilis ad aliquam rem, duo conſyderanda reſtant, quę, & quo quidq; loco maxime expediat ſerere. alia enim loca appoſita ſunt ad fœnũ, alia ad frumentum, alia ad vinum, alia ad oleum. Sic ad pabulum quæ pertinent, in quo eſt ocymum, farrago, vicia, medica, cytiſum, lupinũ. Neq; in pingui terra oĩa ſeruntur recte, neq; in macra nihil. Rectius enĩ in tenuiore terra ea, quæ nõ multo indigent ſucco, vt cytiſum, & legumina, prẽter cicer, hoc enĩ quoq; legumẽ, & cætera, quę vellũtur è terra, neq; ſubſecantur, ſuccũ tollũt, quę quod ita leguntur, legumina dicta. in pingui rectius, quæ ſucci ſunt maioris, vt holus, triticũ, ſiligo, linũ. Quędã etiã ſerenda nõ tã propter præſentẽ fructũ, q̃ in annũ proſpicientẽ, quod ibi ſubiecta, atq; relicta terrã faciunt meliorẽ. Itaq; lupinũ, cũ nec dũ ſiliculã cepit, & nonnunquã fabalia, ſi ad ſiliquas non ita peruenit, vt fabam legere expediat, ſi ager macrior eſt, pro ſtercore inarare ſolent. Nec minus ea diſcriminanda in conſerundo, quæ ſunt fructuoſa ab ijs, quę fiũt propter voluptatẽ, vt quę pomaria, ac floralia appellantur. Itẽ illa, quę ad hoĩm victũ, ac ſenſum, de



lectationẽq; nõ pertinẽt, neq; ab agri vtilitate ſunt diſiũcta. Idoneus locus eligendus, vbi facias ſalictũ, & arundinetũ, ſic alia, quæ humidũ locũ quærũt. Contra, vbi ſegetes frumentarias, ibi fabã potiſſimũ ſeras. Itẽ alia, quę arida loca ſequuntur, ſicut vmbroſis locis alia ſeras, vt corruda, quod ita petit aſparagus, & apricis, vt ibi ſeras violã, & hortos facias, quod ea ſole nutricantur. Sic & alia alio loco ſerunda, vt habeas vimina, vnde viendo quid facias, vt ſcirpeas, vallos, crates. Alio loco vt ſeras, & colas ſyluã cæduã, alio vbi aucupare. Sic vbi cannabim, linũ, iuncũ, ſpartũ, vnde lineas, reſtes, funes facias, quibus nectas boues paleas, & alia. quędã loca eadẽ, & alia ad ſe rundũ idonea. Nã & in recentibus pomarijs deſitis ſeminibus, in ordinẽq; arbuſculis poſitis primis annis ante, q̃ radices longius procedere poſſint, alij conſerũt hortos, alij quid aliud, neq; cũ conualuerũt arbores, idẽ faciũt, ne violẽt radices. Stolo. Quod ad hęc pertinet Cato nõ male quod ſcribit de ſationibus. Ager craſſus, & lætus, ſi ſit ſine arboribus, eũ agrũ frumentariũ fieri oportere. idem ager ſi nebuloſus ſit, rapa, raphanum, milium, panicum fert. XXIIII.

IN agro craſſo, & calido oleã conditaneã, radiũ maiorẽ, ſalentinã, orchitẽ, poſeã, ſergianã, colminiã, albicerẽ, quã earũ in his locis optimã dicent eſſe, eam maxime ſerere. Agrũ oliueto conſerundo, niſi qui in ventũ fauoniũ ſpectet, & ſoli oſtentus ſit, aliũ bonũ nullũ eſſe. Qui ager frigidior, & macrior ſit, ibi oleã liciniană ſeri oportere. Si in loco craſſo, aut caldo poſueris, hoſtum nequã fieri, & ſerendo arborẽ perire, & muſcũ rubrũ moleſtũ eſſe. Hoſtũ vocãt, quod ex vno facto olei reficitur. Factũ dicũt, quod vno tempore conficiũt. quẽ alij centum ſexaginta aiũt eſſe modiorũ, alij ita minus magnũ, vt ad centũ viginti deſcendat, & exinde, vt vaſa olearia quot, & quanta habeãt, quibus conficiũt illud. Quod Cato ait circum fundũ vlmos, & populos, vnde frons ouibus, & bubus ſit, & materies ſeri oportere. Sed hoc neq; in oĩbus fun-

dis opus est, neq; in quibus est opus, propter frondē maxime, sine detrimento ponuntur ab septentrionali plaga quod nō officiūt soli. Ille adiicit ab eodē scriptore. Si locus humectus sit, ibi cacumina populorum serunda, & arundinetum. id prius bipalio verti ibi oculos arundinis pedes ternos alium ab alio seri, ibi quoq; corrudā, vnde asparagi fiant, aptam esse vtriq; eandem ferè culturam. salicem græcam circum arundinetum seri oportere, vti sit, qui vitis alligari possit. XXV.

VINEA quo in agro serunda sit, sic obseruandū. Qui locus optimus vino sit, & ostentus soli, aminæū minusculū, & geminū eugeneū, & helueolum minusculū seri oportere. Qui locus crassior sit, aut nebulosus, ibi aminæum maius, aut murgentinum, aut apicium lucanum seri. Cæteras vites, & de his misellas maxime in omne genus agri conuenire. XXVI.

IN omni vinea diligenter obseruant, vt ridica vitis ad septentrionē versus figatur. & si cupressos viuas pro ridicis inserūt, alternos ordines imponūt, neq; eas crescere altius, q̄ ridicas patiuntur. neq; propter eas adserūt vites, quod inter se hęc inimica. Agrius. Fundani vereor inqt, ne aſi æditimus veniat huc, q̄ hinc ad quartū actū accedamus. vindemiā enī expecto. Bono aīo es inquit Scrofa, fiscinas expediet, ac vrnā. XXVII.

ET quoniā tempora duorū generum sunt, vnū annale, quod sol circuitu suo finit, alterum menstruū, quod luna circumiens comprehendit: prius dicā de sole. Eius cursus annalis primū ferè circiter ternis mensibus ad fructus est diuisus in quatuor partes totus, & idē subtilius sesquimēsibus in octo. In quatuor tempora diuiditur, in ver, & æstatē, & autumnum, & hyemē. Vere stationes quædā fiūt. Terrā rudē proscindere oportet. q̄ sunt ex ea enata, prius q̄ ex ijs, qd semis cadat, vt sint exradicata. Et simul cauis ab sole pcalefactis aptiores fieri ad accipiēdū imbrē, et ad opus faciliores, relaxatis. neq; ea minus bis arandū, ter melius. Aestate fieri messes oportere. Autumno siccis



tempestatibus vindemias, ac syluas excoli cōmodissime, tūc vel prēcidi arbores secundū terrā oportere. Radices aūt prioribus imbribus vt effodiantur, neqd ex his nasci possit. Hyeme putari arbores dūtaxat his tēporibus cū gelu cortices, et imbribus careāt, et glacie. XXVIII.

DIES primus veris est in aquario, æstatis in tauro, autumni in leone, hyemis in scorpione. Cum vniuscuiusq; horū quatuor signorū dies tertius & vicesimus, quatuor temporū sit primus, efficitur, vt ver dies habeat nonaginta unū, æstas nonaginta quatuor, autumnus nonaginta duos, hyems octogintaocto. Quę diuisio redacta ad dies ciuiles nostros, q̄ nūc sunt primi verni temporis extant ad septimū Idus Februarij, æstiui extant ad septimū Idus Maij, autumnalis extant ad tertiū Idus Sextilis, hyberni extant ad tertiū Idus Nouembris. Subtilius discretis temporibus obseruanda quędā sunt, eaq; in partes octo diuiduntur. Primum ab fauonio ad æquinoctium vernum dies quadragintaduo. hinc ad vergiliarum exortum dies quadragintaquatuor. Ab hoc ad solstitiū dies quadragintanouē. inde ad caniculæ signū dies vigintinouē. deinde ad æquinoctiū autumnale dies sexagintaseptē. exinde ad vergiliarū occasum dies trigintaduo. Ab hoc ad brumā dies quinquagiuta septem. inde ad fauonium dies quadraginta quinq;. XXIX.

IN primo interuallo inter fauoniū, & æquinoctiū vernum hęc fieri oportet. Seminaria omne genus vt serantur. putari in primis, circū vites ablaqueari, radices, quæ in summa terra sunt, prēcidi, prata purgari, salicta seri, segetes sarrire. Seges dicitur, qd aratū satū est. aruū, quod aratū, nec satū est. Nouales, vbi satū fuit ante, q̄ secunda aratione renouetur. Rursum terrā cum primum arant, proscindere appellant. cum iterum offringere dicunt, quod prima aratione glebæ grandes solent excitari, cum iteratur offringere vocant. Tertio cum arant iacto semine, boues lirare dicuntur. id est cum tabellis additis ad vomerē simul, & satū frumentū operiūt in porcis, & sulcāt

fossas, quò pluuialis aqua delabatur, nonnulli postea, qui segetes nõ tã latas habẽt, vt in Appulia, id genus prædij per sarritores occare solẽt, si quę in porcis grandiores relictę sunt glæbę. Qua aratrũ vomere lacunã fecit, sulcus vocatur. Quod est inter duos sulcos elata terra, dicitur porca, quod ea seges frumentũ porrigit. Sic quoq; exta deis cũ dabãt, porrigere dicebãt. XXX.

SECVNDO interuallo inter vernũ æquinoctiũ, & vergiliarũ exortũ hęc fieri debẽt. Segetes runcari, herbã ex segetibus expurgari, boues terrã proscindere, salicẽ cædi, prata defendi. quę superiore tempore fieri oportuerat de arboribus; et nõ sunt absoluta añ. q̃ gemmas agant, ac florescere incipiãt, fiãt. Quod si q̃ folia emittere solent, aut añ frondere, q̃ florere inceperint, statim ad serendũ idoneę nõ sunt. Oleã seri, interputariq; oportet. XXXI.

TERTIO interuallo inter vergiliarũ exortũ, et solstitiũ hæc fieri debẽt. Vineas nouellas fodere, aut arare, & postea occare, idest comminuere, ne sit gleba. qđ ita occidũt, occare dicũt. Vites pampinari, sed à sciente. nã id, q̃ putare maius, neq; in arbusto, sed in vinea fieri. Pampinare est ex sarmento coles, q̃ nati sunt, de ijs, q̃ plurimũ valẽt. primũ, ac secundũ, nonnunquã etiã tertiũ relinquere reliquos decerpere, ne relictis colibus sarmentũ neque at ministrare succũ. Ideo in vitiario primitus eũ exit vitis, tota resecari solet, vt firmiore sarmento è terra exeat, atq; in pariendis colibus vires habeat maiores. Emucidũ enĩ sarmentũ propter infirmitatẽ sterilescit, neq; ex se potest eijcere vitẽ, quã minorẽ vocãt flagellũ, maiorẽ etiã, vnde vuę nascuntur, palmã declinata. À venti flatu flabellũ prius, flagellũ posterius. Et vitis, eo quod inuitetur ad vuas pariundas dicta primo videtur, & à pariendo parilema ex imminutis literis, vt in multis, dici cœpta palma. Ex altera parte caprea dicta, quod parit capreolũ. Is est coliculus viteus intortus, vt cincinnus. is enĩ vites vt teneat, serpit ad locũ capiundũ. ex quo à capiendo capreolus dictus. Omne pabulũ primũ ocymũ, farraginẽ,



viciam, nouissime fœnum secari. Ocymum dictum à græco verbo ὠκύς, quod valet cito. Similiter quoq; ocymum in horto. Hoc amplius dictum ocymum, quod citat aluum bobus, & ideo ijs datur, vt purgentur, id genus pabuli sunt segetes virides sectæ ante, quàm gerant siliquas. Contra, ex segete, vbi sata admista ordeum & vicia, & legumina pabuli causa sunt. Inde quod far ferro cæsum, farrago dictum, aut quod primum in faracia segete seri cœptum. Ea equi, & iumenta cætera verno tempore purgantur, ac saginantur. Vicia dicta à vinciẽdo, quod itẽ capreolos habet, vt vitis, q̃bus sursum vorsum serpit, ad scapũ lupini, aliũue calamũ ad quẽ vt hæreat, eũ solet vincire. Si prata irrigua habebis, simulac fœnũ sustuleris, irrigare. Itẽ poma, quæ insita erũt siccitatibus aquam addi quotidie vesperi à quo quod indigent potu, poma dicta esse possunt. XXXII.

QVARTO interuallo inter solstitiũ, et caniculã plerique messẽ faciũt, qđ frumẽtũ dicũt quindecĩ diebus esse in vaginis, quĩdecĩ florere, quindecĩ exarescere, cũ sit maturũ. Arationes absoluere, quæ eo fructuosiores fiũt, quo calidiore terra aratur. Cũ proscideris, offrĩgi oportet, id est iterare, vt frãgãtur glebę. Prima enĩ aratione grãdes glebæ ex terra scidũtur. Serẽdũ viciã, lẽtẽ, cicerculã, eruiliã, cæteraq;, quæ alij legumina, alij, vt gallicani quidã, legaria appellãt, vtraq; dicta à legẽdo qđ ea nõ secantur, sed vellẽdo legũtur. Vineas veteres iterum occare, nouellas etiam tertio, si sint etiam tum glebæ. XXXIII.

QVINTO interuallo inter caniculã, & æquinoctium autumnale oportet stramenta desecari, & aceruos construi, aratro offringi, frondem cædi, prata irrigua iterum secari. XXXIIII.

SEXTO interuallo ab æquinoctio autumnali incipere scribunt oportere serere, vsq; addiem. xcj. Post brumam, nisi quæ necessaria causa coegerit, nõ serere, quod tantum interssit, vt ante brumam sata, septimo die, quæ à bruma sata. xl. die vix exeant, neq; ante æquinoctium

incipi oportere putant. quod si minus idoneæ tempestates sint cõsecutæ, putrescere semina soleãt. Fabã optime seri in vergiliarũ occasu. Vuas aũt legere, & vindemiã facere inter equinoctiũ autũnale, et vergiliarũ occasum. Deinde vites putare incipere, & propagare. & serere poma. Hæc aliquot regionibus. vbi maturius frigora fiũt asperiora, melius verno tempore. XXXV.

SEPTIMO interuallo inter vergiliarum occasum, & brumam, hæc fieri oportere dicunt. Serere lilium, & crocũ, quod iam egit radicem. Rosa etiam conciditur radicitus in virgulas palmares, & obruitur, hæc eadem postea transferitur facta viuiradix. Violaria in fundo facere nõ est vtile, ideo quod necesse est è terra ad ea obruẽda puluinos fieri, quos irrigationes, & pluuiæ, & tepestates ablunt, & agrum faciunt minorem. Ab fauonio vsq; ad arcturi exortum recte serpyllum è seminario trãsferri, quod dictum ab eo, quod serpit. Fossas nouas fodere. veteres tergere. vineas, arbustumq; putare, dum in. xv. diebus ante & post brumam, vt pleraq; ne facias, necnon tum aliquid recte seritur, vt vlmi. XXXVI.

OCTAVO interuallo inter brumam, & fauonium hoc fieri oportet de segetibus, si qua est aqua, deduci, sin siccitates sunt, & terra teneritudinem habet, sarrire. vineas, arbustaq; putare. Cum in agris opus fieri non potest, quæ sub tecto possunt, tunc conficienda antelucano tẽpore hyberno. Quæ dixi scripta, & posita habere in villa oportet, maxime vt villicus norit. XXXVII.

DIES lunares quoq; obseruandi, qui quodammodo bipartiti. Quod à noua Luna crescit ad plenam, & inde rursus ad nouam lunam decrescit, quoad veniat ad intermestrium, è quo die dicitur luna esse extrema, & prima, à quo Athenis ἕνην καὶ νέαν τρίακάδος. quædam faciẽda in agris potius crescente luna, quam senescente. quædam contra, vt quæ metas frumenta, & cæduam syluam. Ego ista etiam inquit Agrasius, non solum in ouibus tondendis, sed in meo capillo à patre acceptum seruo, ne decrescente luna tondens caluefiam. Agrius, Quemadmodum inquit luna quadripartita? & quid ea diuisio ad agros polleat? Tremellius, Nunquam rure audisti inquit octauo ianam lunam & crescentem, & contra senescentem, & quæ crescente luna fieri oporteat, & tamen quædam melius fieri post octauo ianã lunã, quàm ante. Et si quę senescente luna fieri conueniret melius. quanto si minus haberet ignis ad astrum? Dixi de quadripartita forma culturæ agri. Stolo, Est altera inquit temporum diuisio coniuncta quodammodo cum sole, & luna, quæ in sex partita est, quod omnis ferè fructus quinto deniq; gradu peruenit ad perfectum, ac videt in villa dolium, ac modium. vnde sexto prodit ad vsum. Primo præparandum. secundo serendum, tertio nutricandum, quarto legendum, quinto condendum, sexto promendum. At in præparando, scrobes faciendi, aut repastinandum, aut sulcandum, vt si arbustum, aut pomarium facere velis. Ad alia arandum, aut fodiendũ, vt si segetes instituas. Ad quædam bipalio vertenda terra, plus, aut minus. aliæ enim radices angustius diffunduntur, vt cupressi. aliæ latius, vt platani vsque eo (vt Theophrastus scribit) Athenis in Lyceo, cum etiam nũ platanus nouella esset, radices trium, & triginta cubitorum egisse. Quædam si bubus. & aratro proscideris, & iterandum ante, quàm semen iactes. Item præparatio si qua fit in pratis, ea est, vt defendantur à pastione, quod ferè obseruant à pyro florente, si irrigua sunt, vt tempestiue irrigentur. XXXVIII.

QVAE loca in agro stercoranda videndum, & qui, et quo potissimum genere facias. nam discrimina eius aliquot. Stercus optimum scribit Cassius esse volucrum, præter palustrium, ac nantium. De hisce præstare colombinum, quod sit calidissimum, ac fermentare possit terram. Id vt semen aspergi in agro oportere, non vt de pecore aceruati poni. Ego arbitror præstare ex auiarijs turdorum, ac merularũ, quod non solũ ad agrum vtile, sed

etiam ad cibum, ita bubus, & suibus, vt fiant pingues. Itaq; qui auiaria conducunt, si caueat dominus, stercus vt in fundo maneat, minoris conducunt, quã ij, quibus id accedit, Cassius secundum post Columbinum scribit esse hominis. Tertio caprinum, & ouillum, & asinium. Minime bonum equinum, sed in segetes. in prata enim vel optimum, vt cæterarum veterinarum, quæ ordeo pascuntur, quod multam facit herbam. Sterquilinium secundum villam facere oportet, vt quam paucissimis operis egeratur. In eo si in medio robustea aliqua materia sit depacta, negant serpentem nasci. XXXIX.

SATIONIS autem gradus secundus hanc habet naturam, ad quod tempus cuiusq; seminis apta sit ad serendum. Nam refert in agro ad quã partem cœli quisq; locus spectet, sic ad quod tempus quæq; res facillime crescat. Nónne videmus alia florere verno tẽpore, alia æstiuo, neq; eadem autumnali, quæ hyberno? Itaq; alia serũtur, atq; inseruntur, & metuntur ante, aut post quã alia. vt complurag; vere melius, q̃ autumno inseruntur. Citer solstitium inseri ficus solet, nec non brumalibus diebus cerasus. Quare cum semina ferè quatuor sint genera, quæ non transferuntur è terra in terram, sed per se fiunt à natura, alia ex industria, vt faciũt viuiradices, quę ex arboribus dempta demittuntur in humum, quæ inseruntur ex arboribus in arbores. De singulis rebus videndum, quo quæq; tempore, locoq; facias. XL.

PRIMVM semẽ, quod est principium oriendi, id duplex. vnum, quod latet nostrum sensum, alterum, quod apertũ. Latet, si sunt semina in aere, vt ait physicus Anaxagoras, & si in aqua, quæ fluit, & in agrum inferre solet, vt scribit Theophrastus. Illud, quod apparet ad agricolas, id videndum diligenter. quædam enim ad oriendum sunt vsqueadeo parua, vt sint obscura, vt cupressi. non enim galbuli, qui nascuntur, tanquam pilæ paruæ corticiæ id semen, sed in his intus primigenia semina dedit natura. Reliqua inuenit experientia coloni. Num



prima, sine colono, prius quàm sata, nata? Secunda, quæ ex his collecta, neq; prius quàm sata, nata. Prima semina videre oportet, ne vetustate sint exucta, aut ne sint admista, aut ne propter similitudinem sint adulterina. Semen vetus tantum valet in quibusdam rebus, vt naturam commutet. nam ex semine brassicæ vetere sato nasci aiunt rapa, & contra ex raporum brassicam. Secunda semina videre oportet, ne vnde tollas, nimium cito, aut tarde tollas, tempus enim idoneum, quod scribit Theophrastus, vere, & autumno, & caniculæ exortu, neq; omnibus locis, ac generibus idem. In sicco, & macro loco, et argilloso. quo minus habet humoris, vernum tempus idoneum in terra bona, ac pingui, autumno, quod vere multus humor. quam sationem quidam metiuntur ferè diebus triginta. Tertium genus seminis, quod ex arbore per surculos defertur in terram, sic in humum demittitur, vt in quibusdam tamen sit videndum. vt eo tempore sit deplantatum, quo oportet. Id enim fit ante, quàm gemmare, aut florere quid incipit, & quæ de arbore trãs feras, vt ea deplantes potius, quàm defringas. quod plantæ solum stabilius, quo latius, vt radices facilius mittat. ea celeriter ante quàm succus exaresçat, in terram demittunt. Demum in oleagineis seminibus arbores videndum, vt sit de tenero ramo ex vtraq; parte æquabiliter præcisum, quas alij clauolas, alij taleas appellant, ac faciunt circiter pedales. Quartum genus seminis, quod transfit ex arbore in aliam. Videndum, qua ex arbore in quã transferatur, & quo tempore, & quemadmodum obligetur. non enim pyrum recipit quercus, neque enim si malus pyrum. Hæc sequuntur multi, qui aruspices audiunt multum, à quibus proditum in singulis arboribus quot genera insita sint, vno ictu tot fulmina fieri in illud, quod fulmen concepit, si in pyrum syluaticam inseueris pyrum quamuis bonam, non fore pyrum tam iucundum, quàm si in eam, quæ syluestris non sit. In quancunq; arborem inseras, si eiusdem generis est dũtaxat, vt

Universidad de Alcalá Biblioteca



sit vtraq; malus, ita inserere oportet, referentē ad fructū meliori genere, vt sit surculus, q̄ est, quo veniat arbor. Est altera species ex arbore in arborē inserendi nup ani maduersa in arboribus propinquis. Ex arbore enī, a qua quis vult habere surculū, in eā, q̄ inserere vult, ramulum traducit, & in eius ramo prēciso, ac difisso implicat, tum ramuli locus, qui contingit ex vtraq; parte, qua fissuram intrat falce extenuatur, ita vt ex vna parte, qua cœlum visurus est, corticem cum cortice exæquatū habeat. Eius autem ramuli, quem inseret, cacumen vt directum sit ad cœlum, curat. Postero anno cum cōprehendit, vnde propagatum est, ab altera arbore prēcidit. XLI.

QVO tempore quæq; transferas, hęc in primis videnda, quod quæ prius verno tempore inserebantur, nunc etiam solstitiali, vt ficus, quod densa materia non est, & ideo sequitur caldorem. A quo fit, vt in locis frigidis ficeta fieri non possint. A qua recenti insito inimica Tenel lum enim cito facit pūtre. Itaq; quod inseritur caniculæ signo, cōmodissime æstimatur inseri. quę autem natura minus sunt mollia, vas aliquod supra alligant, vnde stillet lente in ijs aqua, ne prius exarescat surculus, q̄ coalescat. cuius surculi corticē integrum seruandum, & eū sic exacuendum, vt non denudes medullam, ne extrinsecus imbres noceant, aut nimius calor, argilla obliniendum, ac libro obligandum. itaq; vitem triduo ante quàm inserant, desecant, vt q in ea nimius est humor defluat ante, quàm inseratur. at in qua inserūt, in ea paulo infra, q̄ insitum est, incidunt, vnde humor aduētitius effluere possit. contra in fico, & malo punica, & si qua etiā horum natura aridiora continuo. In alijs translationibus videndum, vt quod transfertur, in cacumen habeat gemmam, vt in ficis. De his primis quatuor generibus seminum, quædam quod tardiora, furculis potius vtendum, quàm semine, vt in ficetis faciunt. Fici enim semen naturale intus in ea fico, quam edimus, quæ sunt minuta grana, è quibus paruis, quod enasci coliculi vix queunt. Omnia



enim minuta, & arida, ad crescendum tarda, & quę laxiora, ea & fœcundiora, vt fœmina, quàm mas, ex proportione in virgultis item. itaq; ficus, malus punica, & vitis propter fœmineam molliciem ad crescendum prona. Contra palma, & cupressus, & olea in crescendo tarda. in hoc enim humidiora, quàm aridiora. quare ex terra potius in seminarijs surculos de ficeto, quàm grana de fico expedit obruere, præter si aliter nequeas, vt siquando quis trans mare semina mittere, aut inde petere vult, tum enim resticulas per ficos, quas edimus, maturas perserunt, & eas cum inaruerint, complicant, ac quò volunt mittunt, vbi obrutæ in seminario pariant. Sic genera ficorum, chiæ, ac calcidicæ, & Lydiæ, & Africanæ. Item cætera trans marina ī Italiā perlata. Simili de causa oleæ semen cum sit nucleus, quod ex eo tardius enascebatur colis, quàm ex taleis, ideo potius in seminarijs taleas, quas dixi, serimus. XLII.

DE medica in primis obserues, vt ne in terram nimium aridam, aut variam, sed temperatam semen demittas in iugerum vnum, si est natura temperata terra, scribunt opus esse medicæ sesquimodium. id seritur ita, vt semen iactatur, quemadmodum scilicet cum pabulum, & frumentum seritur. XLIII.

CYTISVM SERITVR IN terra bene subacta tanquam semen brassicæ, inde differtur, & in sesquipedem ponitur, aut etiam de cytiso duriore virgulæ deplantantur, & ita pangitur in serendo.

Caput XLIIII.

SERVNTVR fabæ modij quatuor in iugero, tritici. v. ordei. vj. farris. x. Sed nonnullis locis paulo amplius, aut minus. si enim locus crassus, plus: si macer, minus. quare obseruabis, quantū in ea regione consuetudo est serendi, vt tantū facias, quantū valet regio, ac genus terræ. vt ex eodē semine aliubi, cū decimo redeat, aliubi cū quintodecimo, vt in Hetruria, et locis aliquot in Italia. In Sybaritano dicūt etiam cum centesimo redire solitum.

in Syria ad Garada, & in Africa ad byrachium item ex modio nasci centum. Illud quoq; multum interest in rudi terra, an in ea seras, quæ quotannis obsita sit, quæ vocatur restibilis, an in veruacto, quæ interdum requierit.

Cui Agrius. In Olynthia quotannis restibilia esse dicunt, sed ita vt tertio quoq; anno vberiores ferant fructus. Licinius. Agrū alternis annis relinqui oportet, aut paulo leuioribus sationibus serere, ideſt quæ minus fugunt terram. Dicetur inquit Agrius, de tertio gradu, de nutricationibus, atq; alimonijs eorū. Licinius. Quæ nata sunt inquit, in fundo alescunt, adulta cōcipiunt, prægnantia cum sunt, matura pariunt poma, aut spicam, sic alia simile ei, à quo profectum est, reddunt semen. Itaq; si florem, acerbum ve pyrum, aliúdue quid decerpseris, in eodem loco, eodem anno, nihil renascitur, quod prægnationis diem idem bis habere non potest. vt enim mulieres habent ad partum dies certos. sic arbores, ac fruges.

XLV.

PRIMVM plerunq; è terra exit ordeum diebus septē, nec multo post triticum. Legumina ferè quatriduo, aut quinq; diebus, præter quam faba. ea enim serius aliquanto prodit seges. Ostendit idem milium, & sesama, & cætera similiter ęquis ferè diebus, prętерquam siquid regio, aut tempestas vitij attulit, quo minus ita fiat. Quæ in seminario nata, si loca erūt frigida, quæ molli natura sunt, per brumalia tempora tegere oportet fronde, aut stramētis, si erunt imbres secuti, videndum ne cubi aqua consistat. venenum enim gelu radicibus tenellis sub terra, & supra, virgultis, quæ nec eodem tempore æque crescunt. nam radices autumno, aut hyeme magis sub terra, quàm supra alescunt, quod tectę, terræ tepore propagantur, supra terram aere frigidiore ringuntur. idq; ita esse docent syluestria, ad quæ sator non accessit. nam prius radices, quàm ea, quę ex ijs solent nasci, crescunt. neq; radices longius procedunt, nisi quo tēpore venit sol. his duplex causa, quod & radicum materiam aliam, quàm aliam longius proijcit natura, & quod alia terra, alia facilius viam dat.



XLVI.

PROPTER eiusmodi res admiranda discrimina sunt naturalia, quod ex quibusdam folijs propter eorum verſuram, quod sit anni tempus, dici possit, vt olea, & populus alba, & salix. Horum enim folia, cum conuerterunt se, solstitium dicitur fuisse. nec minus admirandū, quod fit in floribus, quos vocant heliotropia, ab eo quod solis ortum mane spectant, & eius iter ita sequuntur ad occasum, vt ad eum semper spectent.

XLVII.

IN seminario quæ surculis consita, & eorum molliora erunt natura cacumina, vt olea, ac ficus. Ea summa intergenda binis tabellis dextra, ac sinistra deligatis, herbæq; elidendæ, & dum teneræ sunt vellendæ, nam aridæ factę rixantur, ac celerius rumpuntur, quàm sequuntur. Contra herba in pratis ad spem fœniſiciæ nata, non modo non euellenda in nutricatu, sed etiam nō calcanda. Quin & pecus à prato ablegandum, & omne iumentū, ac etiam homines solum. n. homines exitium herbæ, & semitæ fundamentum.

XLVIII.

IN segetibus autem frumentum, quod culmus extulit. Spica ea, quæ mutica non est. in ordeo, & tritico tria habet continentia. Granum, glumam, aristam, & etiam primitus spica cum oritur vaginam. Granum dictum, quod est intimum solidum. Gluma, qui est folliculus eius. Arista, quæ vt acus tenuis longa eminet è gluma. Proinde vt grani theca sit gluma, & apex arista. Arista, & granū oībus ferè notum, gluma paucis. Itaq; id apud Ennium solum scriptum scio esse in euhemeri libris versis, videtur vocabulū etymon habere à glumendo, quod eo folliculo deglubitur granum. Itaq; eodem vocabulo appellant fici eius, quam edimus, folliculū. Arista dicta, quod arescit prima. granum à gerendo. id enim scritur. vti spica gerat frumentum, non vt glumam, aut aristā gerat, vt vitis scritur, non vt pampinum ferat, sed vuam. Spica autem, quam rustici, vt acceperunt antiquitus, vocant

specam, & à spe videtur nominata. eam enim quod sperant fore serunt. Spica mutica dicitur, quæ nõ habet aristam, Aristæ enim quasi cornua sunt spicarum, quæ primitus cum oriuntur, neq; planè apparent, in qua sublatent herba ea vocatur vagina, vti qua latet conditus gladius. Illud autẽ summa in spica iam matura, quod est minus, quàm granum vocatur frit. quod in infima spica ad culmum stramenti summum, item minus quàm granũ est, appellatur vruncum. XLIX.

VERVM cum de nutricatu conticuisset Licinius, nec interrogaretur, credens nihil desyderari, dic inquit Agrius de fructibus maturis capiendis. Et ille. Primum de pratis summissis, cũ herba crescere desiit, & æstibus arescit, subsecari falcibus debet, & quoad peraresçat, furcillis versari. cũ peraruit, de ea manipulos fieri, ac vehi ad villam. tum de pratis stipulam rastellis eradi, atq; addere fœnisiciæ cumulum. Quo facto sicilienda prata, id est falcibus consectanda, quę fœnisecæ pręterierunt, ac quasi barba tuberosum reliquerunt campum. A qua sectione arbitror dictum sicilire pratum. L.

MESSIS proprio nomine dicitur in ijs, quæ metuntur, maxime in frumento, & ab eo esse vocabulo declinata. Frumenti tria genera sunt messionis. vnum, vt in Vmbria, vbi falce secundum terram succidunt stramentum, & manipulum, vt quenque subsecuerint, ponunt in terra. vbi multos eos fecerunt, iterum eos percensent, ac de singulis secant inter spicas, et stramentum, spicas conijciunt in corbem, atq; in aream mittunt. Stramenta relinquunt in segete, vnde tollantur in aceruum. Altero modo metunt, vt in Piceno, vbi ligneũ habent incuruum batillum, in quo sit extremo serrula ferrea. Hæc cum comprehendit fascem spicarũ desecat, & stramenta stantia in segete relinquit, vt postea subsecentur. Tertio modo metitur, vt sub vrbe Roma, & locis plerisq;, vt stramentum medium subsecent, quod manu sinistra summum prehendunt, à quo medio messem dictam puto. Infra manum stramentum, quod terræ hæret, postea subsecatur. Contra, quod cum spica stramentum heret. corbibus in areã defertur. vbi discedit in aperto loco palàm, à quo nominata potest esse palea. Alij stramentum à stando, vt stramen dictum putant. Alij ab stratu, quod id substernatur pecori. Cum est matura seges, metendum. cum in ea iugerũ ferè vna opera messũ est, propemodũ in facili agro satis esse dicitur. vt messas spicas in aream corbibus deferre debeant. LI.

AREAM esse oportet in agro, sublimiori loco. quà perflare possit ventus. Hanc esse modicam pro magnitudine segetis, potissimum rotundam, & mediam paulo extumidam (vt si pluerit, non consistat aqua, sed vt quambreuissimo itinere extra areã defluere possit. Omne porrò breuissimum in rotundo è medio ad extremũ) solida terra pauitam, maxime si est argillosa, ne æstu rimosa, in rimis eius grana oblitescant, & recipiant aquã, & ostia aperiant muribus, & formicis. Itaq; amurca perfundere solent. ea enim herbarum est inimica, & formicarum, & talparum venenum. Quidam aream vt habeant solidam, muniunt lapide, aut etiam faciunt pauimentum. Nonnulli etiam tegunt areas, vt in Bagiennis, quod ibi sæpe id temporis anni oriuntur nimbi. vbi ea re tecta, & loca calida propè aream faciũt ac vmbracula, quò succedant homines in æstu tempore meridiano. LII.

QVAE seges grandissima, atq; optima fuerit, seorsum in aream secerni oportet spicas, vt semen optimum habeat. E spicis in aream excuti grana. quod fit apud alios iumentis iunctis, ac tribulo. id fit è tabula lapidibus, aut ferro exasperata, quę imposito auriga, aut pondere grandi trahitur iumẽtis iunctis, vt discutiat è spica grana, aut fit ex assibus dentatis cum orbiculis, quod vocant plostellum pœnicum. In eo quis sedet, vt agitet, quæ trahant iumenta, vt in Hispania citeriore, & alijs locis faciunt. Apud alios exteritur grege iumentorum inacto,

& ibi agitato perticis, quod vngulis è spica exteruntur grana. his tritis, oportet è terra subiactari vallis, aut vētilabris, cū ventus spirat lenis. ita fit, vt quod leuissimū est in eo, atq; appellatur acus, euannatur foras extra aream, ac frumentum, quod est ponderosum, purum veniat ad corbem. LIII.

MESSE facta, spicilegium venire oportet, aut domi legere stipulam, aut si sunt spicæ raræ, & operæ caræ, cō pasci. Summa enim spectanda, ne in ea re sumptus fructum superet. LIIII.

IN vinetis vua cum erit matura, vindemiam ita fieri oportet, vt videas à quo genere vuarum, & à quo loco vineti incipias legere. nam & præcox, & missella, quam vocant nigram, multo ante coquitur, quo prior legēda, & quæ pars arbusti, ac vineæ magis aprica prius debet descendere de vite. In vindemiam diligentius vua nō solum legitur ad bibendum, sed eligitur ad edendum. Itaq; lectæ ius defertur in forum vinarium, vnde in dolium inane veniat, electa in secretam corbulam, vnde in ollulas addatur, & in dolia plena vinaceorum contrudatur. alia quæ in piscinam in Amphoram picatam descendat. alia, quæ in aram, vt in carnarium ascendat. Quæ calcatę vuæ erunt, earum scopi cū folliculis subijciendi sub prælum, vt si quid reliqui habeant musti, exprimatur in eundem lacum. Cum desijt sub prælo fluere, quidam circuncidunt extrema, & rursus premunt, & rursus, cū expressum, circunciſitum appellant, ac seorsum, quod expressum est, seruant, quod resipit ferrum. expressi acinorum folliculi in dolia conijciuntur, eoq; aqua additur, ea vocatur lora, quod lota acina, ac pro vino operarijs datur hyeme. LV.

DE Oliueto, oleam, quam manu tangere possis è terra, aut scalis, legere oportet potius, quàm quatere, quod ea, quæ vapulauit, inarescit, nec dat tantum olei. quę manu stricta, melior, ea, quæ digitis nudis legitur, quàm illa, quæ cum digitalibus. Duricies enim eorum non solū



stringit bacā, sed etiā ramos glubit, ac relinquit ad gelici diū retectos. quę manu tangi nō poterūt, ita quati debēt, vt arundine potius, q̄ pertica feriantur. Grauior enī plaga, medicum quęrit qui quatiet, ne aduersam cædat, sæpe enī ita percussa olea secū defert de ramulo partē, quo facto, fructū amittūt posteri anni, vt hęc nō minima causa, quod oliueta dicantur alternis annis nō ferre fructus, aut nō æque magnos. Olea vt vua per idē biuiū redit in villā, alia ad cibū eligitur, alia vt eliquescat, ac nō solum corpus intus vngat, sed etiā extrinsecus. Itaq; dominū & ad balneas, et ad gymnasiū sequitur. Hęc, de qua fit oleū, congeri solet aceruatim per dies singulos in tabulata, vti ibi mediocriter fracescat, ac primus quisq; aceruus demittatur per serias, ac vasa olearia ad trapeta, in quę eā terēt molę olariç è duro, et aspero lapide. Olea lecta si nimiū diu fuerit in aceruis caldore fracescit, & oleū fœtidū facit. itaq; si nequeas mature conficere, in aceruis iactando vētilare oportet. Ex olea fructus duplex. Oleū, quod oībus notū, et amurca, cuius vtilitatē, quia ignoratur à plerisq; despicitur, licet aī videre, quod si è torculis olearijs fluere in agros permittitur, nō solū denigrat terrā, sed etiam multitudine facit sterilē, cū th̄ is humor modicus, cū ad multas res, tū ad agriculturā ptineat vehementer, quod circū arborū radices infundi solet, maxime ad oleam. & vbicunq; in agro herba nocet. LVI.

AGRIVS iamdudū inquit in villa sedēs expecto cum claui te Stolo, dū fructus in villā referas. Ille, en adsum. venio inquit ad limē, fores aperi, primū fœnificię condūtur melius sub tecto, q̄ in aceruis, quod ita fit iucundius pabulum, ex eo intelligitur, quod pecus vtroq; posito libentius est. LVII.

AT triticū condi oportet in granaria sublimia, quę perflentur vento ab exortu, ac septentrionū regione. ad quę nulla aura humida è propinquis locis aspiret. parietes & solū opere tectorio marmorato loricandi, si minus ex argilla misto acere è frumento, & amurca, quod murē, &

vermẽ nõ patitur esse, & grana facit solidiora, & firmiora. quidã ipsum triticũ conspergũt, cum addãt circiter in M. modiũ quadrantal amurcę. Item alius aliud afriat, aut aspergit, vt chalcidicã, aut caricã cretã, aut absynthiũ, absynthijue decoctũ. Itẽ huius generis alia quidã granaria habent sub terris, vti speluncas, quas vocant syros, vt in Cappadocia, ac Thracia. alij, vt in Hispania citeriore, puteos, vt in agro Carthaginensi, & oscensi. Horũ solum paleis substernũt, et curãt, ne humor, aut aer tangere possit, nisi cũ promitur ad vsum. quò enĩ spiritus nõ peruenit, ibi non oritur curculio. Sic conditum triticum manet vel annos quinquaginta, millium vero plus annos centum. Granaria in agro quidam sublimia faciunt, vt in Hispania citeriore, & in Appulia, ita vt non solum à lateribus per fenestras, sed etiam subtus à solo ventus regirare possit. Cap. LVIII.

FABA, & legumina in olearijs vasis oblita cinere perdiu incolumia seruantur. Cato ait, vuã amineã minuscułã, & maiorẽ, & apiciã in ollis commodissime condi. eadẽ in sapa, & musto recte, quas suspendas opportunissimas esse duracinas, & amineas, & scantianas. LIX.

CONDITIVA mala struthea, cotonea, scantiana, quiriniana, orbiculata, & quę antea mustea vocabantur, nũc melimela appellãt. Hęc oĩa in loco arido, & frigido supra paleas posita seruari recte putãt. Et ideo oporotheas q faciũt ad aquilonẽ, vt fenestras habeãt, atq; vt aere perflentur curãt. neq; tamẽ sine foriculis, ne cũ humorẽ amiserint, pertinaci vento vieta fiãt. Ideoq; in ijs, qui cameras marmorato, & parietes, pauimentaq; inducũt, laudabiliter faciẽt, quo frigidior locus sit, in quo quidã etiã tricliniũ sternere solẽt cœnandi causa. Etenĩ si ij, quibus luxuria concesserit, id in pinacothece faciũt, quod spectaculũ datur ab arte, cur nõ quod natura datũ imitantur in venustate disposita pomorũ? præsertim quidẽ, cũ id non sit faciendũ, quod quidã fecerunt, vt Romæ coempta poma rus intulerint in oporothecen instruendã conuiuij



causa. In oporothece mala manere putant satis commode, alij in tubulis, vt in opere marmorato, alij substrata palea, vel etiam floccis. Mala punica demissis suis surculis in dolio arenæ. Mala cotonea, struthea in pensilibus iunctas. Contra in sapa condita manere pyra anitiana, & sementina. Sorba quidam disecta, & in sole macerata, vt pyra, & sorba per se vbicunq; sint posita in arido facile durare. Seruare rapa consecta in sinape, nuces iuglandes in arena, punica mala et in arena iam decerpta, ac matura, vt dixi, & etiam immatura cum hærent in sua virga, si demiseris in ollam sine fundo, eamq; si conieceris in terram, & obteres circum ramum. Si extrinsecus spiritus afflet, ea non modo integra eximi, sed etiam maiora, q̃ in arbore vnquã pependerit. LX.

OLEAS esui optime condi scribit Cato orchites, & pausseas aridas, vel virides in muria, vel in lentisco contusas. Orchites nigras sale si sunt confricatę dies quinq;, & tum sale excusso, biduum si in sole positæ fuerint, manere idoneas solere, easdem sine sale in defrutum condire. Cap. LXI.

RECTE amurcam periti agricolæ tam in ollis condunt, quàm oleum, aut vinum. Eius conditio, cum expressa olea, quod statim effluxerit de ea, decoquuntur duæ partes, ac refrigeratum conditur in vasa. Sunt item aliæ conditiones, vt ea, in qua adijciunt mustũ. LXII.

QVOD NEMO condit fructus, nisi vt promat, de eo quoq; vel sexto gradu animaduertenda pauca. Promunt condita aut propterea, quod sint tuenda, aut quod vtenda, aut quod vendenda. Ea, quæ dissimilia sunt inter se, aliud alio tempore tuendum & vtendum. Caput LXIII.

TVENDI causa promendũ id frumentũ, quod curculiones exesse incipiũt. id enĩ cũ promptũ est in sole, ponere oportet aquæ catinos, quod eò conueniũt, vt ipsi se necẽt, curculiones. Sub terra q hñt frumentũ in ijs, quos vocãt syros, quò cũ periculo introitur recenti apertione,

Biblioteca



sita vt quibusdã sit intercluſa aĩa, aliquanto poſt promere, q̃ aperuerint, oportet. Far, quod in ſpicis condideris p meſſem, et ad vſus cibatus expedire velis, promendũ hyeme, vt in piſtrino pinſetur, ac torreatur. Cap. LXIIII.

AMVRCA cũ ex olea eſt expreſſa, q̃ eſt humor aquatilis, ac retimentũ conditũ in vas fictile, id quidã ſic ſolent tueri, diebus. xv. ex eo, quod eſt leuiſſimũ, ac ſummũ depletur, vt traijciãt in alia vaſa, & hoc ijſdẽ interuallis duodecies. In ſex menſibus proximis id faciũt. Cũ id nouiſſime faciũt potiſſimũ traijciãt, cũ ſeneſcit luna, tũc de coquũt in ahenis leui igni duas partes quoad regerũt, tũ denicq; ad vſum recte promitur. Cap. LXV.

QVOD muſtũ conditur in doliũ, vt habeamus vinũ, nõ promendũ, dũ feruet, neq; etiã cũ proceſſit, niſi prius ſit vinũ factũ. Si vetus bibere velis, quod nõ ſit anteq̃ ac ceſſerit annus, tum, cũ fuerit anniculũ, promitto. Si vero eſt ex eo genere vuę, quę dum matureſcit, coaceſcat, ante vindemiã conſumi, aut venire oportet. Genera ſunt vini, in quo falerna, quæ quanto plures annos condita habuerũt, tanto, cũ prompta ſunt, fructuoſiora. LXVI.

OLEAS albas, quas condire vis nouas, ſic celeriter cõdito, vt promas, niſi condieris, propter amaritudinẽ illas reſpuit palatũ. Itẽ nigras, niſi prius eas ſale maceraris, nõ libenter in os recipientur. Cap. LXVII.

NVCEM iuglandẽ, & palmulã, & ficũ ſabinã quanto citius promas, iucundiore vtare, quod vetuſtate ficus fit pallidior, palmula carioſior, nux aridior. LXVIII.

PENSILIA, vt vuę, mala, & ſorba, ipſa oſtendũt, q̃ñ ad vſum oporteat promi, quod colore mutato, & contactu acinorũ, ſi nõ demiſeris ad edendũ, ad abijciendũ deſcenſura ſe minitantur. Sorbũ maturũ mite conditũ citius promi oportet. Acerbũ enĩ ſuſpenſum lentius mitteſcit. Quod prius domi maturitatẽ aſſequi vult, q̃ nequit in arbore, vt inde promatur ad eſcã. Cap. LXIX.

MESSVM far promendũ hyeme in piſtrino ad torrendũ, quod ad cibariũ expeditũ eſſe velis. Quod ad ſationem tum promendum cum ſegetes maturæ ſunt ad accipiendum. Item quæ pertinent ad ſationem ſuo quoq; tempore promenda. Quæ vendenda, videndum, quæ quoq; tempore oporteat promi. Alia enim, quæ manere non poſſunt, ante quàm ſe commutent, vt celeriter promas, ac vendas alia q̃ ſeruari poſſunt, vt tum vendas, cũ caritas eſt. Sæpe enim diutius ſeruata non modo vſurã adijciunt, ſed etiam fructum duplicant, ſi tempore promas. Cum hæc diceret Stolo, venit libertus æditumi ad nos flens, & rogat, vt ignoſcamus, quod ſumus retenti, & vt ei in funus poſtridie prodeamus. Omnes conſurgimus, ac ſimul exclamamus, quid in funus? quod funus? quid eſt factum? Ille flens narrat, ab neſcio quo percuſſum cultello concidiſſe, quem qui eſſet, animaduertere in turba non potuiſſe, ſed tantummodo exaudiſſe vocem, perperam feciſſe. Ipſe, cum patronum domum ſuſtuliſſet, & pueros dimiſiſſet, vt medicum requirerent, ac mature adducerẽt. Quod potius illud adminiſtraſſet, quàm ad nos veniſſet, æquum eſſe ſibi ignoſci. Nec ſi eũ ſeruare non potuiſſet, quin non multo poſt animam efflaret, tamen putare ſe feciſſe recte. Id nos moleſte ferentes deſcendimus de æde, & de caſu humano magis querentes, quàm admirantes id Romæ factum, diſcedimus omnes.

# M. TVLLII VARRONIS DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS AD NIGRVM TVRANNIVM.

VIRI magni nostri maiores non sine causa proponebãt rusticos romanos vrbanis, vt ruri enĩ, qui in villa viuũt ignauiores, quàm qui in agro versantur in aliquo opere faciundo, sic qui in oppido sederent, quã qui rura colerent, desidiosiores putabant. Itaq; annum ita diuiserũt, vt nonis modo diebus vrbanas res vsurparent, reliquis. vij. vt rura colerent. Quod dum seruauerunt institutum, vtrunq; consecuti sunt, vt & cultura agros fœcundissimos haberent, & ipsi valetudine firmiores essent, ac ne græcorum vrbana desiderarent gymnasia, quæ nunc vix satis singula sunt, nec putant se habere villam, nisi multis vocabulis rerineant græcis, quin vocent particulatim loca προκοιτῶνα, παλαίστραν ἀποδυτήριον, περίστυλον, ὀρνιθῶνα, περίστερεῶνα, ὁπωροθήκην. Igitur qđ nunc intra murũ ferè patres familiæ correpserunt relictis falce, & aratro, & manus mouere maluerunt in theatro, ac circo, q̃ in segetibus, ac vinetis, frumentũ locamus, qui nobis aduehat, qui saturi fiamus, ex Africa, & Sardinia, & nauibus vindemiam condimus ex insula Coa, & Chia. Itaq; in qua terra culturam agri docuerunt pastores progeniem suam, qui cõderunt vrbem, ibi contra progenies eorum, propter auaritiã contra leges, ex segetibus fecit prata. ignorantes nõ idẽ esse agriculturã, & pastionẽ. alius enĩ opilio & alius arator. nec si possit in agro pasci armẽtarius, nõ aliud ac bubulcus. Armentũ enĩ id, quod in agro natũ nõ creat, sed tollit dentibus. Contra, bos domitus causa fit, vt cõmodius nascatur frumentũ in segete, & pabulũ in noua li. Alia inquã ratio, ac scientia coloni, alia pastoris. Coloni, vt ea, quæ in agricultura nascantur, è terra fructũ faciant, Contra pastoris, vt ea, quæ nata ex pecore. Quare,



quoniam inter se societas magna, propterea quod pabulum in fundo compascere, quam vendere plerumq; magis expedit domino fundi, & stercoratio ad fructus terrestres aptissima est, maxime si ad id pecus sit appositũ, qui habet prædium, habere vtramq; debet disciplinam & agriculturæ, & pecoris pascendi, & etiam villaticæ pastionis. ex ea enim quoque fructus tolli possunt non mediocres ex ornithonibus, ac leporariis, & piscinis. E queis quoniam de agricultura librum Fundaniæ vxori propter eius fundum feci, tibi Niger Turanni noster, qui vehementer delectaris pecore, propterea quod te empturientem in campos macros ad mercatũ adducunt crebro pedes, quo facilius sumptibus multa poscentibus ministres, quod eo facilius faciã, quod & ipse pecuarias habui grandes, in Appulia ouiarias, & Reatino equarias. Qua de re pecuaria breuiter, ac summatim percurram, ex sermonibus nostris collatis cum ijs, qui pecuarias habuerunt in Epeiro magnas. tũ cum pyratico bello inter Delũ, et Siciliã Græciæ classibus præessem, incipiã hĩc. I. CVM Mennas discessisset, Cossinius mihi, Nos te nõ dimittemus inquit, ante quàm tria illa explicaris, quæ cœperas nuper dicere, cum fuimus interpellati. Quæ tria inquit Murius? An ea, quæ mihi heri dixisti de pastoria re? Ista inquit ille, quæ cœperat hic deserere, quę esset origo, quę dignitas, quæ ars, cum Petam fessum visere venissemus, ni medici aduentus nos interrupisset. Ego vero inquam dicam duntaxat quod est ἰσοδικόν, de duabꝰ rebus primis, quæ accepi de origene, ac dignitate. De tertia parte vbi est de arte Scrofa suscipiet.

ὅς περ μου πολὺ μείνων,

Vt semigræcis pastoribus dicam græce. Nã is magister est Lucilli Hipri generi tui, cuiꝰ nobiles pecuarię in brutijs habentur. Sed hæc à nobis ita accipietis inquit Scrofa, vt vos, qui estis epirotici* thetate remine reminice. Hæc, quę scitis, proferatis in mediũ. Nemo enim oĩa potest scire. Cũ accepissem cõditionẽ, vt meæ partes essent

primæ, non quo non ego pecuarias in Italia habeã, sed non oẽs, qui habent citharã, sunt citharœdi. Igitur inquã & hoïes, & pecudes cum semper fuisse sit necesse, natura sive enim aliquod fuit principium generandi animalium, vt putauit Thales Milesius, & Zeno Cythieus, sive contra, principium horum extitit nullũ, vt credidit Pythagoras Samius, & Aristoteles stagirites) necesse est humanæ vitæ à summa memoria gradatim descendisse ad hanc ætatem, vt scribit Dicæarchus, & summũ gradũ fuisse naturalem, cũ viuerent hoïes ex ijs rebus, quæ inuiolata vltro ferret terra, & ex hac vita in secundam descendisse pastoritiam è feris, atq; agrestibus, vt ex arboribus ac virgultis decerpendo glandẽ arbutũ mora, pomaq; colligerent ad vsum, sic ex animalibus, cũ propter eandem vtilitatẽ quæ possent syluestria deprehenderent, ac concluderent, & mansuescerent. In queis primũ non sine causa putant oues assumptas, & propter vtilitatem, et propter placiditatem. maxime enim hæ natura quietæ, & aptissimę ad vitam hoïm. Ad cibum enim lac, & caseum adhibitum, ad corpus vestitum, & pelles attulerunt. Tertio deniq; gradu à vita pastorali ad agriculturã descenderunt. In qua ex duobus gradibus superioribus retinuerunt multa, & quò descenderant, ibi processerunt lõge, dum annus perueniret. Etiam nũc in locis multis genera pecudum ferarũ sunt aliquot, vt in Phrygia ex ouibus, vbi greges videntur complures, vt in Samothrace caprarum, quas latine rotas appellant. Sunt etiam in Italia circum Fiscelium, & Tetricam montes multæ. De suibus nemini ignotum, nisi qui apros non putant sues vocari. Boues perferi etiam nunc sunt multi in Dardania, & Media, & Thracia. Asini feri in Phrygia, & Lichaonia. Equi feri in Hispaniæ citerioris regionibus aliquot. Origo, quam dixi, & dignitas, quam dicam. de antiquis illustrissimus quisq; pastor erat. vt ostendit græca, & latina lingua, & veteres poetæ, qui alios vocant πολυαρνας, alios πολυμήλους, alios πολυβοτας, q ipsas pecudes propter caritatem aureas habuisse pelles tradiderunt, vt argis Atreus, quã sibi Thyestes subduxisse queritur, vt in Colchide Oeta, ad cuius arietis pellem profecti regio genere ducuntur argonautæ, vt in Libya ad hesperidas, vnde aurea mala, id est secundum antiquam cõ suetudinem capras, & oues, quas Hercules ex Africa in Græciam exportauit. Ea enim sua voce græci appellarunt μῆλα. Nec multo secus nostri ab eadem voce, sed ab alia litera bela vocarunt. Non enim me, sed bee sonare videntur oues vocem efferentes, à quo post belare dicunt, extrita è litera, vt fit in multis. Quod si apud antiquos non magnæ dignitatis pecus esset, in cœlo describẽdo astrologi non appellassent eorum vocabulis signa, quæ non modo non dubitarũt ponere, sed etiam ab his principibus. xij. signa multi numerant, vt ab ariete, & tauro, cum ea præponerẽt Appollini, & Herculi. hi enĩ dij ea sequuntur, & appellantur Gemini. Nec satis putarunt de. xij. signis sextam partem obtinere pecudum nomina, nisi adiecissent, vt quartam tenerent, capricornũ. Præterea à Pecuarijs addiderunt capram, hœdos, canes. An non etiam item in mari, terraq; ab his regionũ notæ? à pecore in mari, quod nominauerunt à capris, ægeũ pelagus, ad Syriam montem taurum, in Sabinis Canterium montẽ. Bosphorũ vnum Thraciũ, alterũ Cimeriũ? Nonne in terris multa, vt oppidum in Græcia ἵππιον ἄγγος? Deniq; Italia à vitulis, vt scribit Piso. Romanorum vero populum à pastoribus esse ortum quis nõ dicit? quis Faustulum nescit pastorem fuisse nutriciũ? qui Romulum, et Rhemum educauit, non ipsos quoq; fuisse pastores obtinebit, quod parilibus potissimum condere vrbẽ? nõ idem, quod multa etiã nunc ex vetere instituto bubus, & ouibus dicitur. Et quod æs antiquissimũ, quod conflatũ pecore, pecore est notatũ. Et quod vrbs cum condita est, tauro, & vacca, qui essent muri, & portæ definitum. Et quod populus R. cum lustratur, solitaurilibus circũagũtur verres, aries, taurus. Et quod nomi-

na multa habemus ab vtroq; pecore, à maiore, & à minore. A minore, Porcius, Ouinius, Caprilius, sic à maiore Equitius, Taurus, cognomina adsignificari, quod dicũtur anni capræ. Statili Tauri, Pomponij Vituli. Sic à pecudibus alij multi. Reliquum est de scientia pastorali, de qua est dicendũ, quod Scrofa noster, cui hæc ætas defert rerum rusticarum omnium palmam, quo melius potest dici, cum conuertissent in eum ora omnes. Scrofa igitur inquit, est scientia pecoris parandi, ac pascẽdi, vt fructus quàm possunt maximi capiantur ex ea, à quibus ipsa pecunia nominata est. nam oĩs pecuniæ, pecus fundamentum. Ea partes habet nouẽ discretas ter ternas, vt sit vna de minoribus pecudibus. Cuius genera tria, ouis, capra, sus. Altera de maiori pecore, in quo sunt item aliæ tres species natura discretæ, boues, asini, equi. Tertia pars est in pecuaria, quæ non paratur, vt ex ea capiatur fructus, sed propter eam, vt muli, canes, pastores. Harũ vna quæq; in se generales partes habet nouenas, quarũ in pecore parando necessariæ quatuor, alteræ in pascendo totidẽ. præterea communis vna. Ita fiunt omnes partes minimum octoginta, & vna, & quidem necessarię, nec paruæ. Primum, vt bonum pares pecus, vnũ scire oportet, qua ętate quanq; pecudẽ parare, habereq; expediat. Itaq; in bubulo pecore nec minor emitur annicula, nec quæ est supra decẽ annos, quod à bima, aut trima fructũ ferre incipit, neq; longius post decimum annum procedit. Nam prima ætas omnis pecoris, & extrema, sterilis. E quatuor altera pars, est cognitio formæ vniuscuiusq; pecudis qualis sit. Magni enim interest, cuiusmodi quæq; sit ad fructum. Itaq; potius bouem emunt cornibus nigrantibus, quàm albis, capram amplam, quàm paruam, sues procero corpore, capitibus vt sint paruis. Tertia pars est, quo sint fœminio quærendum. Hoc enim nomine asini arcadici in Græcia nobilitati, in Italia reatini, vt queeo vt mea memoria asinus venierit sextertijs millibus. LX. & vnę quadrigæ Romæ constiterint quadrin-



gentis millibus. Quarta pars est de iure in parando, quẽ admodũ quanq; pecudẽ emi oporteat ciuili iure. Quod enim alterius fuit, id vt fiat meum, necesse est aliquid intercedere. Neq; in omnibus satis est stipulatio, aut solutio numorum ad mutationẽ dominij. In emptione alias stipulandum statim esse è valetudinario, alias è sano pecore, alias è neutro. Alterę partes quatuor sunt, cum iam emeris, obseruandæ. de pastione, de fœtura, de nutricatu, de sanitate. Pascendi primus locus qui est, eius ratio triplex. In qua regione quanq; potissimũ pascas, et quando. E queis, vt capras in montosis potius locis, et fruticibus, quàm in herbidis campis, equas contra. neq; eadem loca æstiua, & hyberna idonea omnibus ad pascendũ. Itaq; greges ouium longe abiguntur ex Appullia in Samniũ æstimatum, atq; ad publicanum profitentur, ne, si inscriptum pecus pauerint, lege censoria committant mulctos, & à campestri, æstate exiguntur in Gurgures altos montes. Qui potissimũ quæq; pecudum pascatur habenda ratio. nec solum quod fœno satura fit equa, aut bos, cũ sues hoc vitent, & quærant glandem, sed quod ordeum, & faba interdum sit quibusdam obijciendum, & dandum bubus lupinum, & lactarijs medica, & cythisum. Præterea quod ante admissuram diebus. xxx. arietibus, ac tauris datur plus cibi, vt vires habeãt, fœminis bubus demitur, quod macescentes melius concipere dicuntur. Secunda pars est de fœtura. Nunc appello fœturam à conceptu ad partum, hi enim prægnationis primi, & extremi fines. Quare primum videndum de admissione, quo quæq; tempore vt ineant facere oporteat. Nam, vt suillo pecori à fauonio ad æquinoctiũ vernum putant aptũ, sic ouili ab arcturi occasu vsq; ad aquilæ occasum. Præterea habenda ratio quanto ante quàm incipiat admissura fieri, mares à fœminis secretos habeant, quod ferè in omnibus binis mensibus antefaciũt & armentarij, & opiliones. Altera pars est in fœtura, quę sint obseruanda, quod alia alio tempore parere solet. Equa enim ven-

trem fert. xij. menses, vacca decem, ouis, & capra quinq; sus quatuor. In fœtura res incredibilis est in Hispania, sed est vera, quod in Lusitania ad oceanum in ea regione, vbi est oppidum Olisyppo monte Tagro, quæda è vento certo tepore concipiunt equæ, vt hic gallinę quoq; solent, quarum oua hippenemia appellant. Sed ex his equis, qui nati pulli non plus triennium viuunt. Quę nata sunt matura, & chorda, vt pure, & molliter stent, videndum, et ne obterantur. Dicuntur agni chordi, q post tempus nascuntur, & remanserunt in voluis intimis. vocant χοϱσιον à quo chordi appellati. Tertia res est de nutricatu quid obseruari oporteat, in quo quot diebus matris sugant mammam, & id quo tempore, & vbi, et si parum habet lactis mater, vt subijciat sub alterius mammam, qui appellantur subrumi, idest sub mamma, antiquo enim vocabulo mamma rumis, vt opinor. Ferè ad quatuor menses à mamma non disiunguntur agni, hœdi tres, porci duos, è queis, quoniam puri sunt ad sacrificium, vt immolentur, olim appellati sacres, quos appellat Plautus cũ ait. Quanti sunt porci sacres? sic boues altiles, ad sacrificia publica saginati dicuntur opimi. Quarta pars est de sanitate. res multiplex, ac necessaria, qđ morbosum pecus. & vitiosum, & quando nõ valet, sæpe magna gregẽ afficit calamitate. Cuius scientiæ genera duo, vnum vt in hominem. ad quem adhibendi medici, alterum, quo ipse etiam pastor diligens mederi possit. Eius partes sunt tres. nam animaduertendũ, quæ cuiusq; morbi sint causæ, quæq; signa earum causarum sint. & quæ quenq; morbum ratio curandi sequi debeat. Ferè morborũ causæ erunt, quod laborant propter æstus, aut propter frigora, nec non etiam propter nimium laborem, aut contra propter nullam exercitationem, aut si cũ exercueris, statim sine interuallo cibum, aut potionem dederis. Signa autem sunt, vt eorum, qui siue ex æstu, siue è labore febrem habent, adapertũ os humido spiritu crebro, & corpore calido. Curatio autem, cum hic est mor-



bus, hæc, perfunditur aqua, & perungitur oleo, & vino tepefacto, & item cibo sustinetur, & inijcitur aliquid. ni frigus cedat. sitienti aqua tepida datur. Si hoc genus rebus non proficitur, dimittitur sanguis maxime è capite. Item ad alios morbos aliæ causæ, etiam alia signa in omni pecore, quæ scripta habere oportet magistrum pecoris. Relinquitur nonum, quod dixi de numero vtriusq; partis commune. Nam & qui parat pecus, necesse est cõstituat numerum. Quot greges, & quanto sit pasturus, ne aut saltus desint, aut supersint, & ideo fructus dispereant. Præterea scire oportet in grege quot fœminas habeat, quæ parere possint, quot arietes, quot vtriusq; generis soboles. quot reijculæ sint alienandæ. In alimonijs si sint plures nati, vt quidam faciunt, sequendũ, vt quosdã subducas, quæ res facere solet, vt reliqui melius crescant. Vide inquit Atticus, ne te numerus fallat, & ne nouenæ istæ partes non exeant extra pecoris minoris, ac maioris nomen. Quo pacto enim erunt in mulis, & pastoribus nouenæ partes? vbi nec admissuræ, nec fœturæ obseruantur? In canibus enim video posse dici. Sed do etiã in hominibus posse nouenarium retineri numerũ, quod in hybernis habent in villis mulieres, & quidam etiam in æstiuis, & id pertinere putant, quo facilius ad greges pastores retineant, & puerperijs familiam faciant maiorem, et rem pecuariam fructuosiorem. Si inquam numerus non est adamussim, vt non est, cũ dicimus mille naues ijsse ad Troiam, centumuirale esse iudicium Romæ, deme (si vis) duas res de mulis, admissuram, & parturã. Vactius parturam inquit; proinde vt non aliquoties dicatur Romæ peperisse mulam. Cui ego vt succinerem subijcio Magonem, & Dionysium scribere mulam, & equam, cum conceperint, duodecimo mense parere. Quare non, si hic in Italia cum peperit mula sit portentum, adsentiri omnes terras. Neq; enim hirundines, & ciconiæ, quę in Italia pariunt, in omnibus terris pariunt. Nõ scitis palmas, cariotas in Syria parere, inuectas in Italiã

Biblioteca



non posse? Sed Scrofa. Si exigere mauis sine mularū admissura, & fœtura è numerum octoginta & vnū est, qui expleas duplicem istam lacunam, quod extra ordinariæ fructuum species duæ accedunt magnæ. quarum vna est tonsura, quod oues, & capras detondent, aut vellunt, altera, quæ latius patet, est de lacte, & caseo, quam scriptores græci separatim τυροτροφιον appellauerūt, ac scripserunt de ea re permulta. Cap. II.

SED quoniam nos nostrum pensum absoluimus, ac limitata est pecuaria quæstio, nunc rursus vos reddite nobis ὁ epirotæ de vna quaq; re, vt videamus, quid pastores * à pergamidæ in Aledone potis sint. Atticus, qui nunc Titus Põponius, nunc Quintus Cęcilius cum noīe eodem ego opinor inquit, incipiam primus, quoniā vos in me video coniecisse oculos, & dicā primigenia pecurię. E feris enī pecudibus primum dicis oues comprehensas ab hoībus, ac mansuefactas, has primum oportet bonas emere. quæsita ætatē, si neq; vetulæ sunt, neq; meræ agnæ, quod alteræ iā non dū, alterę iā non possunt dare fructū. sed ea melior ętas quā sequitur spes, q̄ ea, q̄ mors. De forma, ouem esse oportet corpore amplo, quæ lana multa sit, & molli, villis altis, et densis toto corpore, maxime circum ceruicē, et collū, ventrē quoq; vt habeat pilosum. itaq; quæ id non haberent, maiores nostri apicas appellabant, ac reijciebant. esse oportet cruribus humilibus, caudis obseruare vt sint in Italia prolixis, in Syria breuibus. In primis videdū, vt boni seminis pecus habeas. id ferè ex duabus rebus potest animaduerti, ex forma, & ex progenie. Ex forma, si arietes sint fronte lana vestiti bene, intortis cornibus pronis ad rostrū, rauis oculis, lana opertis, auribꝰ amplis, pectore, & scapulis, & clunibus latis, cauda lata, & longa. animaduertendū quoq; lingua ne nigra, aut varia sit, quod ferè qui talem habēt, nigros, aut varios procreant agnos. Ex progenie autem animaduertitur, si agnos procreāt formosos. In emptionibus iure vtimur eo, quod lex præscripsit, in ea enī alij



plura, alij pauciora excipiunt. quidā. n. pretio facto in singulas oues, vt agni chordi duo pro vna oue annumerētur, etsi cui vetustate dentes absunt, item binę pro singulis, vt prodant de reliquo antiqua ferè formula vtūtur, cum emptor dixit, tanti sunt mihi emptæ? & ille respondet, sunt. & exprōpsit numos. Emptor stipulatur prisca formula. sic illasce oues, qua de re agitur, sanas recte esse, vti pecus ouillū, quod recte sanū est extra luscam, surdā, minā, idest ventre glabro, neq; de pecore morboso esse, habereq; recte licere. hæc sic recte fieri spondes? nec cum id factū est, tamen grex dīm non mutat, nisi sit ęs adnumeratum. Nec non emptor potest ex empto venditorē damnare, si nō tradat, cum is non soluerit numos, vt ille emptorem simili iudicio, si nō reddidit pretiū. De alteris quatuor rebus deinceps dicā, de pastione, fœtura, nutricatu, sanitate. Primum prouidendum, vt totum annū recte pascātur intus, et foris. stabula idoneo loco vt sint, ne ventosa, quæ spectent magis ad orientem, q̄ ad meridianum tempus. vbi stent, solum oportet esse eruderatū, & procliuum, vt euerri facile possit, ac fieri purum. non enim solum ea vligo, lanam corrumpit ouium, sed etiā vngulas, ac eas scabras fieri cogit. Cumq; aliquot dies ita steterint, subijcere oportet virgulta, & alia, quo mollius requiescant. puriores q; sint, libētius enim ita pascuntur. Faciendum quoq; septa secreta ab alijs, quo enitentes secludere possis, itē quo corpore ægro. hæc magis ad villaticos greges animaduertēda. Contra ille, in saltibus quæ pascuntur, & à tectis absunt longe, portāt secum crates, aut retia, quibus cohortes in solitudine faciant, cæteraq; vtensilia. longe enim, & late in diuersis locis pasci solēt, vt multa millia absint sæpe hybernæ pastiones ab æstiuis. Ego vero scio inquam, nam mihi greges in Apulia hybernabant, qui in reatinis montibus æstiuabant. Cū inter hæc bina loca, vt iugū continet scirpiculos, sic colles publice distantes pastiones, eaq; ibi, vbi pascūtur in eadē regione, tamē tēporibus distingunt, vt ętate qđ

tum prima luce exeunt in pastum, propterea quod tunc herba rosida, meridianã, quæ est aridior, iucunditate prę stat. Sole exorto puro propellunt, vt redintegrantes rursus ad pastũ alacriores faciãt. Circiter meridianos æstus, dum deferuescunt, sub vmbriferas rupes, & arbores patulas subijciunt, quoad refrigerato aere vespertino, rursus pascant ad solis occasum. ita pascere pecus oportet, vt aduerso sole agat, caput enĩ ouis molle maxime est. Ab occasu paruo interuallo interposito ad bibendũ appellunt, & rursus pascunt quoad contenebrauit, iterum enim tum iucunditas in herba redintegrauit. hæc ab vergiliarum exortu ad æquinoctiũ autumnale maxime obseruant. Quibus in locis messes sunt factæ, interest vtile duplici de causa, quod & caduca spica saturantur, & obtritis stramentis, & stercoratione faciunt in annum segetes meliores. Reliquæ pastiones hyberno, ac verno tẽpore hoc mutant. quod pruina iam exhalata propellunt in pabulum, & pascunt diem totum, ac meridiano tempore semel agere potum satis habent. Quod ad pastiones attinet, hæc ferè sunt, quod ad fœturam, quæ dicam. Arietes, quibus sis vsurus ad fœturam, bimestri tempore ante secernendum, & largius pabulo explendum. Cũ redierint ad stabula è pastu, ordeum si est datum, fiunt firmiores ad laborẽ sustinendũ. Tẽpus optimũ ad admittendum, ab arcturi occasu ad Aquilę occasum, qđ quę postea cõcipiunt, fiunt vegrãdes, atq; imbecillæ. Ouis prægnans est diebus centum quinquaginta. itaq; fit partus exitu autumnali, cum aer est modice temperatus, ac primitus oritur herba imbribus primoribus euocata. Quãdiu admissura fit, eadẽ aqua vti oportet, quod commutatio & lanam facit variam, & vtrum corrumpit. Cum omnes conceperunt, rursus Arietes secernendi. Ira factis prægnãtibus, quod sunt molesti obsunt. Neq; pati oportet minores, quàm trimas saliri, quod neq; natum ex his idoneum est, nec non ipsæ fiunt etiam deteriores. Minores, quàm trimæ deterrent à saliendo fiscellis è iunco,



aliaue qua re, quã alligãt ad naturã. Commodius seruantur, si secretas pascunt. In nutricatu cũ parere cœperint, Nutricatus ouium. inijciũt in ea stabula, quę habẽt ad eam rem secluſa, ibiq; nata recentia ad ignẽ propè ponũt, & quoad conualuerint, biduũ, aut triduũ retinẽt. dũ agnoscãt matrẽ agni, & pabulo se saturẽt. Deinde dũ matres cũ grege in pastum prodeũt, retinẽt agnos. qui, cũ reductæ sunt ad vesperũ, aluntur lacte. et rursus discernuntur, ne noctu à matribus conculcentur. Hoc itẽ faciũt mane ante q̃ matres in pabulũ exeãt, vt agni saturi fiãt lacte. Circiter decẽ dies cũ pręterierũt, palos affigũt, & ad eos alligãt libro, aut qua alia re leui distantes, ne toto die cursantes inter se teneri delibẽt aliquid membrorũ. Si ad matris mammã nõ accedit, admouere oportet, & labra agni vngere butyro, aut adipe suillo, & olfacere labra lacte. Diebus post paucis obijcere his viciã mollitã, aut herbã tenerã ante q̃ exeant in pastũ, & cũ reuerterũt. Et sic nutricantur, quoad facti sunt quadrimestres. Interea matres eorũ his temporibus nõ mulgent quidã, qui melius omnino perpetuo, quod & lanæ plus ferũt, & agnos plures. Cũ depulsi sunt agni à matribus, adhibenda diligentia est, ne desyderio seneſcãt. itaq; deliniendũ in nutricatu pabuli bonitate, & à frigore, et æstu ne quid laborẽt, curandũ. Cũ obliuione iã lactis nõ desyderãt matrẽ, tũ denicq; compellendũ in gregẽ ouiũ. Castrare oportet agnũ nõ minorẽ quinq; mensiũ, neq; añ q̃ calores, aut frigora se exegerint. quos arietes submittere volũt, potissimũ eligũt ex matribus, quę geminos parere solẽt. pleraq; similiter faciendum in ouibus pellitis, quę propter lanę bonitatẽ, vt sunt Tarentinę, & altinates pellibus integuntur, ne lana inquinetur, quo minus vel in fici recte possit, vel lauari, ac parari. Horũ præsepia, ac stabula, vt sint pura, maiorẽ adhibeãt diligentiã q̃ hirtis. itaq; faciũt lapide strata, vt vrina ne cubi in stabulo consistat. his quęcunq; iubentur, vescuntur, vt folia ficulnea, & palea, & vinacea, furfures obijciuntur modice, ne parũ, aut nimiũ saturentur. vtrũq; enĩ

Universidad de Oviedo Biblioteca



ad corpus alendũ inimicũ. at maxime amicũ cythisum, & medica. nã & pingues facit facillime, & gignit lac. De sanitate sunt multa, sed ea (vt dixi) in libro scripta magister pecoris habet, & quę opus ad medendũ secũ portat. Relinquitur de numero, quẽ faciũt alij maiorẽ, alij minorẽ. nulli enĩ huiusmoduli naturales. Illud ferè oẽs in Epeiro facimus, ne minus habeamus in centenas oues hirtas singulos homines, in pellitas binos. Cap. III.

ne capris.

CVI Cossinius quoniam satis balasti inquit, ò Faustule noster, accipe à me cũ homerico Melanthio cordo de capellis, & quemadmodum breuiter oporteat dicere disce. Qui caprinũ gregẽ constituere vult, in eligendo animad uertat oportet. Primũ ætatẽ vt eã paret, quę iã ferre possit fructũ, & de ijs eã potius, quę diutius, nouella enim q̃ vetus melior. De forma videndũ, vt sint firmæ, magnę, corpus lene vt habeant, pilo crebro, nisi si glabræ sunt. Duo enĩ genera earũ, sub rostra duas vt mamillas pensiles habeãt, quod hę fœcundiores sunt, vbere sint grandiore, vt & lac multũ, & pingue habeãt pro portione. Hircus molliori pilo, & potissimũ albo, ac ceruice, & collo breue, gurgulione longiore. Melior fit grex, si nõ est ex collectis comparatus, sed ex consuetis vnà. De seminio dico eadẽ, quæ Atticus in ouibus. hoc aliter, ouiũ semen tardius esse, quo hę sint placidiores. Contra caprile mobilius esse, de quarũ velocitate in originũ libro Cato scribit hęc. In soracti Fiscelio capræ feræ sunt, quę saliũt è saxo pedes plus sexagenos. Oues enĩ, quas pascimus, ortæ sunt ab ouibus feris, sic capræ, quas alimus, à capris feris sunt ortę; à queis propter Italiã Caprasia insula est nomi nata. De capris quod meliore semine eæ, quæ bis pariãt, ex his potissimũ mares solẽt summitti ad admissuras. qui dã etiã dãt operã, vt ex insula media capras habeãt, q̃ ibi maximi ac pulcherrimi fieri existimantur hœdi. De emprione aliter atq; de ouibus dico, quod capras sanas sanus nemo promittit, nunq̃ enĩ sine febri sunt. itaq; stipulantur paucis exceptis ψbis, ac Manilius scriptũ reliquit, sic.

formula emptionis in capris.



Illas capras hodie recte esse, & bibere posse, habereq; recte licere, hæc spondésne? de quibus admirandũ illud, qd etiã Archelaus scribit, nõ vt reliqua animalia naribus, sed auribꝰ spiritũ ducere solere. Pastores curiosiores aliquot hoc dicunt. De alteris quatuor, qd est de pastu hoc dico. Stabulatur pecus melius ad hybernos exortus si spectat, qd est alsiosum. Id vt pleraq; lapide, aut testa substerni oportet. caprile quo minus sit vliginosum, ac lutulentũ. Foris cũ est pernoctandũ, itẽ in eandẽ partẽ cœli, quę spectẽt septa oportet substerni virgultis, ne oblinantur. nec multo aliter tuendũ hoc pecus in pastu, atq; ouillũ, quod tñ habet sua propria quędã, quod potius syluestribus saltibus delectantur, q̃ pratis. Studiose enĩ de agrestibus fruticibus pascuntur, atq; in locis cultis virgulta carpũt, ita q̃ à carpendo caprę nominatę. ob hoc in lege locationis fundi excipi solet, ne colonꝰ capra natũ in fundo pascat. Harũ enĩ dentes inimici sationis, quas etiã astrologi ita receperũt in cœlũ, vt extra limbũ duodecim signorũ excluserit. Sũt duo hœdi. & capra nõ longe à tauro. Quod ad fœturã pertinet, desistente autumno exigũt à grege è campis hircos in caprilia. Itẽ vt in arietibus dictum, quæ concepit post quartũ mensem, reddit tempore verno. In nutricatu hœdi trimestres cũ sint facti, tũ submittuntur, & in grege incipiũt esse. Quid dicã de earũ sanitate, quia nunquã sunt sanę? nisi tamẽ illud vnũ, quod quædã remedia scripta oportet habere magistros pecoris, quibus vtantur ad morbos quosdã earũ, ac vulneratũ corpus, qd vsu sæpe venit his, qd inter se cornibus pugnãt, atq; in spinosis locis pascuntur. Relinquitur de numero, qui in gregibus est minor caprino, q̃ in ouillo, quod capræ lasciuæ, & quæ dispergunt se. Contra quod oues se congregãt, & condensant in locũ vnũ. itaq; in agro gallico greges plures potius faciunt, quàm magnos, quod in magnis cito existunt pestilentiæ, quæ ad perniciem eos perducunt. Satis magnum gregem putant esse circiter quinquagenas, quibus assentiri putãt id, quod vsu venit

Capræ ouis spiritũ ducunt.

Capra à re fundo dicta.

Capræ vtiles sunt febri.

5. 58.

Gaberio equiti romano.is enī,cū in suburbano haberet agrum iugerū mille,& à caprario quodā,qui adduxit capellas ad vrbē,denarios sibi in dies singulos dare audisset coegit mille caprarū gregē sperās se capturū de prędio in dies singulos denarios mille. Tantū enī fefellit,vt breui oēs amiserit morbo.contra in Salentinis & in Casinati ad centenas pascūt. De maribus,et fœminis idē ferè discrimen,vt alij ad denas capras singulos parēt hircos,vt ego alij etiā ad.xv.vt Menas,nonnulli etiam,vt Murius,ad viginti. Cap.IIII.

De suillo errore.

SED quis è portu post Italico prodit,ac de suillo pecore expedit,tametsi Scrofam potissimū de ea re dicere oportere cognomē eius significat.Cui Tremellius ignora re igitur inqt videris,cur appeller Scrofa.itaq; vt etiā hi propter te sciāt,cognosce meā gentē suillū cognomē nō habere,nec me esse ab atauis ei? cognominis ortū. Auus meus primū appellatus est Scrofa,qui quęstor cum esset Licinio Nerua prętore in Macedonia prouincia rēlictus, qui prępesset exercitui.dū prętor rediret, hostes arbitrati occasionē se habere victorię,impressionē facere cœperūt in castra. Auus.cū hortaretur milites,vt caperēt arma,ac exirēt contra.dixit celeriter se illos(vt Scrofa porcos)dissecturū.idq; fecit.nā eo pręlio hostes ita fudit.ac fugauit vt eo Nerua prętor imperator sit appellatus.& auus cognomē inuenerit.vt diceretur Scrofa.itaq; proauos,ac superiores,de Tremellijs nemo appellatus Scrofa. Nec minus septimus sum deinceps prætorius in gente nostra. Nec tñ diffugio,quin dicā quę sciā de suillo pecore. Agri enim culturæ ab initio fui studiosus, nec de pecore suillo mihi minor cura est,q̄ vobis magnis pecuarijs.Cui enim ea res nō est communis? Quis enī nostrum fundū colit, quin sues habeat.& qui nō audierit patres nostros dicere,ignauū,& sumptuosum esse, qui succidiā in carnario suspenderit potius ab laniario q̄ ex domestico fundo? Ergo qui suū gregē vult habere idoneū,eligere oportet primū bona ætate,secundo bona forma. Ea est,cū excellit



amplitudine membrorū,præter quā pedibus, & capite, vnius coloris pōtius quam varij.Cum hæc eadem vt habeant verres videndum,tū vtiq; sint ceruicibus amplis, boni seminis. Sues enim animaduertūtur à facie,& progenie.& regione cœli. A facie.si formosi sint verres, & Scrofa. A progenie,si multos porcos pariunt. A regione,si potius ex his locis,vbi nascuntur ampli,quàm exiles. Parari,& emi solent sic. illasce sues sanas esse, habereq; recte licere, noxijsq; præstare, neque de pecore morboso esse,spondésne? Quidam adijciunt perfunctas esse à febri,& à foria.In pastu locus huic pecori aptus vliginosus.quod delectatur non solum aqua,sed etiam luto.itaq; ob eam rem aiūt lupos,cum sint nacti sues, trahere vsq; ad aquam, quod dentes feruorem carnis ferre nequeant.Hoc autem pecus alitur maxime glāde,deinde faba, ordeo, & cætero frumento. Quæ res non modo pinguitudinem efficiunt,sed etiam carnis iucundum saporem. Pastum exigunt æstate mane, & ante quàm æstus incipiat,subigunt in vmbrosum locum, maxime vbi aqua sit.Post meridiē rursus lenito feruore pascūt. Hyberno tempore non prius exigunt pastum,quā prunina euanuit,at colliquefacta est glacies.

Emptio suū

Ad fœturam verres duobus mensibus ante secernendi. Optimum ad admissurā tempus à fauonio ad æquinoctium vernum, ita enim contingit, vt æstate pariat. quatuor enim menses est prægnans.& tunc parit, cum pabulo abundat terra.neq; minores admittendæ quàm anniculæ.Melius viginti menses expectare,vt bimæ pariant.Cum cœperint id facere, dicuntur vsq; ad septimū annum recte.Admissuras cum faciunt, prodigunt in lutosos limites,ac lustra, vt volutentur in luto, quod est illarum requies,vt lauatio homini. Cum omnes conceperunt,rursus segregant verres. Verres octo mensium incipit salire, permanetq; vt id recte facere possit. vsq; ad quartum annum,deinde castratur, saginaturq; quoad perueniat ad lanium.Hic enim conciliator suillæ carnis

datur populo. Sus græce dicitur ὗς olim θύτης ab illo verbo dict⁹, quod dicitur θύειν, quod est immolare. Ab suillo enim pecoris genere immolādi initium primum sumptū videtur, cuius vestigia, quod initijs Cereris porci immolantur, & quod initijs pacis fœdus cum feritur, porcus occiditur, & quod nuptiarum initio antiqui reges, ac sublimes viri in Hetruria in coniunctione nupti ali noua nupta, & nouus maritus primum porcum immolant. Prisci quoq; latini, & etiam græci in Italia idem factitasse videntur. Nam & nostræ mulieres maxime nutrices naturam, qua fœminæ sunt, in virginibus appellant porcam. & græci χοῖρον significantes esse dignum in signum nuptiarum, suillum pecus donatum ab natura dicunt ad epulandum. Itaque ijs animam datam pro sale, qui seruaret carnem. E queis succidias galli optimas, & maximas facere consueuerunt. Optimarum signum, quod etiam nunc quot annis è Gallia apportantur Romam pernæ tomacinæ, & taniacæ. et petasiones. De magnitudine gallicarum succidiarum Cato scribit his verbis. In Italia in scrobes terna, atq; quaterna millia aulia succidia vere sus vsqueadeo pinguitudine crescere solet, vt se ipsa stans sustinere non possit, neq; progredi vsquam. itaq; eas siquis quò traijcere velit, in plostrum imponit. In Hispania vlteriore in Lusitania cum sus esset occisus, Attilius hispaniensis minime mendax, & multarum rerum peritus in doctrina dicebat. I.. Volumnio senatori missam offulam cum duabus costis quæ pēderet. iij. &. xx. pondo. eiusq; suis à cute ad os pedem. & iij. digitos fuisse. Cui ego. Nō minus res admiranda quā quæ nunc est dicta, in Arcadia scio esse spectatam suem, quæ præ pinguitudine carnis nō modo surgere nō posset, sed etiam vt in eius corpore sorex exesa carne nidū fecisset, & peperisset mures. Hoc etiam in iuuenca factū accepi. Sus ad fœturam quàm sit fœcunda animaduertūt ferè ex primo partu, quod non multum in reliquis mutat. In nutricatu, quam porculationem appellabant, bis



nis mensibus porcos sinunt cum matribus. sed eos, cum iam pasci possunt, secernunt. Porci, qui nati sunt hyeme fiunt exiles propter frigora, & quod matres aspernātur propter exiguitatem lactis, & quod dentibus sauciantur propterea mammæ. scrofam in sua quanq; hara suos vt alat oportet porcos, quoniā alienos aspernatur, & ideo si conturbati sunt in fœtura, fit deterius. Natura diuisus est eius annus bifariā, quod bis parit in anno, quaternis mensibus fert ventrē, binis nutricat. Harā facere oportet circiter trium pedū altam, & latā amplius paulo, ea altitudine abs terra, ne dum exilire velit prægnās, abortet. Altitudinis modus sit, vt subulcus facile despicere possit nequis porcellus à matre opprimatur, & vt facile purgare possit cubile. In haris ostium esse oportet, & limen inferius altum palmipedale, ne porci ex hara, cū mater prodit, transilire possint. Quotiescunq; haras subulcus purgat, toties in singulas arenā inijcere oportet, aut quid aliud, quod exugat humorem. & cum pepererit, largiore cibatu sustentare, quo facilius lac suppeditare possit. in quibus hordei circiter binas libras aqua madefactas dare solent, & hoc quoq; conduplicant, vt sit mane, & vesperi, si alia, quæ obijciant, non habuerint. Cum porci depulsi sunt à mamma à quibusdam delici appellantur, neq; iā lactantes dicuntur. Quia partu decimo die habentur puri, ab eo appellantur ab antiquis sacres, quod tū ad sacrificia idonei dicuntur, primum. Itaq; apud Plautum in menæchmis, cum insanum quem putat, vt pietur in oppido Epidamno, interrogat, quanti hic porci sunt sacres? Si fundus ministrat, dari solent vinacea, ac scapi ex vuis. Amisso nomine lactantis, dicuntur nefrendes, ab eo qđ nondum fabā frendere possint, id est frangere. Porcus enim græcum nomen est antiquū, sed obscuratum, quod nunc eum vocant χοῖρον. In eorum potu scrofæ bis die vt bibant. curant, lactis causa. Parere tot oportet porcos, quot mammas habeat. si minus pariat, fructuariam idoneam non esse, si plures pariat, esse portētū. In quo il

lud antiquissimum fuisse scribitur, quod sus Aeneæ Lauini triginta porcos peperit albos, itaq; quod portendebat factum, triginta annis, vt Lauinienses conderent oppidum Albam. Huius suis, ac porcorum etiam nunc vestigia apparent. Iamné simulachra eorũ ænea etiam nũc in publico posita, et corpus matris ab sacerdotibus, quod in salsura fuerit, demonstratur? Nutricare octonos porcos paruulos primo possunt, incremento facto à peritis dimidia pars remoueri solet, quod neq; mater sola potest sufferre lac, neq; congenerati alescendo roborari. A partu decem diebus proximis non producunt ex haris matrem præterquam potum. Præteritis decem diebus sinunt exire pastum in propinquum locũ villæ, vt crebro reditu lacte alere possit porcos. Cum creuerunt, cupiunt sequi matrem, tum domi secernunt à matribus, ac seorsum pascunt, vt desiderium ferre possint parentis, quod decem diebus assequuntur. Subulcus debet consuefacere oĩa vt faciant ad buccinã. Primo cũ incluserũt, cũ buccinatũ est, aperiũt, vt exire possint in eũ locũ, vbi ordeũ fusum in lõgitudine sit. Sic enĩ minus deperit, q̃ si id in aceruos positũ est, et plures facilĩ accedũt. ideo ad. xij. conuenire dicuntur, vt syluestri loco dispersi ne dispereant. Castrantur verres commodissime anniculi, vtiq; ne minores, quàm semestres, quo facto nomen mutant, atq; è verribus dicuntur maiales. De sanitate suum vnum modo exempli causa dicam. Porcis lactentibus si Scrofæ lac non potest suppeditare, triticum frictũ dare oportet (crudum enim soluit aluum) vel ordeum obijci ex aqua, quoad fiant trimestres. De numero in centum sues decem verres satis esse putant. Quidam etiam hinc demunt. Greges maiores inequabiles habent. Sed ego modicum puto centenarium. Aliquot maiores faciunt, ita vt ter quinquagenos habeant porcos in grege, alij duplicant, alij etiam maiorem faciunt. Minor grex, quàm maior minus sumptuosus, quòd comites subulcus pauci ores quærit. Itaq; gregis numerum pastor ab sua vtilitate constituit, non vt quod verres habeat, id enim à natura sumendum. hæc hic.



Cap. V.

AT Quintus Lucienus senator homo quamuis humanus, & iocosus introiens familiaris omnium nostrum, sic epirotice inquit χαίρετε, & varronem nostrum inquit ποιμένα λαῶν. Scrofam enim mane salutaui. cũ alius eum salutasset, alius conuitiatus esset, qui tam serò venisset ad constitutum, Videbo iam vos inquit, balatrones, & huc afferam meum corium, & flagra. Tu vero Muri venĩ mihi aduocatus, dum asses soluo palilibus, si postea à me repetant, vt testimonium perhibere possis, Vaccius Murio, Narra isti inquit eadem, qui sermones sint habiti, & quid reliqui sit, vt ad partes paratus vẽniat. Nos interea secundũ actum de maioribus adtexamus. In quo quidem meæ partes, quoniam boues ibi. Quare dicam de bubulo pecore, quam acceperim scientiam, vt siquis quid ignorat, discat. siquis scit, vbi nunc labar obseruet. Menas. Vide quid agas inquã Vacti. Nã bos in pecuaria, maxima debet esse authoritate, præsertim in Italia, quæ à bubus nomen habere sit existimata. Græcia enim antiqua (vt scribit Timęus) tauros vocabat ἰταλούς. à quorum multitudine, & pulchritudine, & fœtu vitulorum Italiam dixerunt. Alij scripserunt, quod è Sicilia Hercules persecutus sit eò nobilem taurũ, qui diceretur Italus. Hic socius hominum in rustico opere, & Cereris minister. Ab hoc antiqui manusita abstineri voluerunt, vt capite sanxerint, siquis occidisset. Qua in re testis Attica, testis Pelopõnesus. Nã ab hoc pecore Athenis Buzuges nobiliratus Argis ὀνόγυιος. Noui inquit Menas maiestatem boum & ab his dici pleraq; magna vt βάσυκον. βόπεινα. βόλιμον. βοῶπιν. Vnã quoq; bumama, Præterea hunc scio esse, in quẽ potissimũ Iupiter se conuertit, cũ exportauit per mare è Phœnice amãs Europã. Hũc esse, q̃ filios Neptuni à Menalippa seruarit, ne in stabulo infantes grex boũ obtereret. Deniq; ex hoc putrefacto nasci dulcissimas apes mellis ma

trēs, à quo eas græci βουγόνας appellant, & hinc Plautum locutum esse latine. Cum hirtium prætorē renuntiatum Romam in Senatum scriptū habere. Sed bono animo es, non minus satisfaciam tibi, quàm qui bugoniam scribit. Primum in bubulo genere ætatis gradus dicuntur quatuor. Prima vitulorum, secunda iuuencorum, tertia boum nouellorum, quarta vetulorum. Discernuntur in prima vitulus, & vitula, in secunda iuuencus & iuuenca, in tertia, et quarta taurus, et vacca. Quę sterilis est vacca, taura appellatur. Quæ prægnans, horda. Ab eo in fastis dies hordicalia nominātur, quod tunc hordæ boues immolantur. Qui gregem armentorum emere vult, obseruare debet primum, vt sint hæ pecudes ætate potius ad fructus ferendos integræ, quàm iam expertæ. Vt sint bene compositæ, vt integris membris, oblongæ, amplę, nigrantibus cornibus, latis frontibus, oculis magnis, & nigris, pilosis auribus, compressis malis, subsimis ŭe, gibberi spina leuiter remissa, apertis naribus, labris subnigris, ceruicibus crassis, ac longis, à collo palearib⁹ demissis, corpore amplo bene costato, latis humeris, bonis clunibus, coda profusa vsq; ad calces, vt habeat inferiorem partem frequentibus pilis subcrispam, compactis cruribus potius breuioribus, q̄ longis, rectis genibus, & eminulis distantib⁹ inter se, pedibus non latis, neq; ingredientibus qui displodantur, nec cuius vngulæ diuaricent, & cuius vngues sint leues, & pares, corium attactu non asperū, ac durum, colore potissimū nigro, deinde rubeo, tertio heluo, quarto albo. Mollissimus enī hic, vt durissimus primus. De medijs duobus prior quàm posterior melior, vtriq; pluris quàm nigri, & albi. Neq; non præterea vt mares seminis boni sint, quorum & forma est spectanda, & qui ex his orti sunt, vt respondeant ad parentum speciem, & præterea quibus regionibus nati sunt, refert. Boni enim generis in Italia, plerique gallici ad opus. Contra iugatorij ligustici. Transmarini epirotici non solum meliores totius Græciæ, sed etiam Ita-



liæ, tametsi quidā de italicis, quos propter āplitudinem præstare dicunt, ad victimas farciunt, atq; ad deorū seruant supplicia. Qui sine dubio ad res diuinas propter dignitatē amplitudinis, & coloris præponendi. Quod eo magis fit, quod albi in Italia non tam frequentes quàm qui in Thracia, vbi alio colore pauci. Eos cū emimus domitos, stipulamur, sic. Illosce boues sanos esse, noxisq; præstari? Cū emimus indomitos, sic. Illosce iuuencos sanos recte, deq; pecore sano esse, noxisq; præstari spondésne? Paulo verbosius hæc, qui Manilij actiones sequūtur lanij. q ad cultrū bouē emūt, & qui ad altaria, hostiæ sanitatē nō solent stipulari. Pascuntur armenta commodissime in nemoribus, vbi virgulta, & frons multa. Hyeme cū hybernāt, secundū mare, æstu abiguntur in montes frondosos. Propter fœturā hæc obseruare soleo ante admissurā, mensem vnū, ne cibo, & potione se impleāt, quod existimantur facilius macræ concipere. Contra, tauros duobus mensibus ante admissurā, herba, & palea, acfœno facio pleniores, & à fœminis secerno. Habeo tauros totidē quot Atticus, ad matrices septuaginta, duos, vnū anniculū, alterū bimū. Hoc secundū astri exortū facio, quod græci vocāt λύραν, fidē nostri. Tū deniq; tauros in gregē redigo. Mas an fœmina sit concepta, significat descensu taurus cū inijt, siquidē si mas est, in dexteriorē partē abit, si fœmnia in sinisteriorē. Cur hoc fiat, vos videritis, qui Aristotelem legitis. Nō minores oportet inire bimas, vt trimæ pariant, eo melius si quadrimę. Pleræq; pariunt in decem annos, quædam etiam in plures. Maxime idoneum tempus ad concipiendum à delphini exortu vsq; ad dies. xl. aut paulo plus. Quæ enim ita conceperint, temperatissimo anni tempore pariunt. Vaccæ enim mensibus decem sunt prægnantes. De quibus admirandū scriptū inueni, exemptis testiculis, si statim admiseris, concipere. Eas pasci oportet in locis viridibus, & aquosis. Cauere oportet, ne aut angustius stent, aut feriātur, aut cōcurrāt, Itaq; q eas æstate tabani conci-

tare solent, & bestiolæ quædã minutæ sub cauda. ne con
citentur, aliqui solent includere septis. His substerni o-
portet frondem, aliúdue quid in cubilia, quo mollius cõ
quiescant. Aestate ad aquam appellendum bis, hyeme
semel. Cum parere cœperint, secundum stabula pabulũ
seruari oportet integrũ, quod egredientes degustare pos-
sint, fastidiosæ enim fiunt. Et prouidendum, quò recipi-
unt se, frigidus locus ne sit. algor enim eas, & famis ma-
crescere cogit. In alimonijs armenticium pecus sic con-
tuendum, lactentes cum matribus ne cubent, obterun-
tur enim, ad eas mane adigi oportet, & cum redierint è
pastu. Cum creuerint vituli, leuandæ matres, & pabulũ
viride obijciendum in præsepijs. Item his, vt feiè in om
nibus stabulis, lapides substernendi, aut quid item, ne vn
gulæ putrescant. Ab æquinoctio autumnali vnà pascũ-
tur cum matribus. Castrare non oportet ante bimatum,
quod difficulter, si aliter feceris, se recipiunt. Qui autem
postea castrantur, duri, & inutiles fiunt. Item, vt reliquis
gregibus pecuarijs. delectus quotãnis habẽdus, & reijcu
lę reijciundæ, quod locum occupant earũ, quæ ferre pos-
sunt fructus. Si qua amisit vitulum, ei oportet suppo-
nere eos, quibus non satis lactis præbent matres. Seme-
stribus vitulis obijciunt furfures triticeos, & farinam
ordeaceam, & teneram herbam, & vt bibant mane, &
vesperi curant. De sanitate sunt complura, quæ exscri-
pta de Magonis libris, armentarium meũ crebro vt ali-
quid legat, curo. Numerus de tauris, & vaccis sic haben-
dus, vt in sexaginta, vnus sit anniculus, alter bimus. Qui
dam habent aut maiorem, aut minorem numerum gre-
gum. Nam apud eum duo Tauri in septuaginta matri-
bus sunt. Numerum gregum alius alium facit. Quidam
centenarium modicum putant esse, vt ego, Atticus cen-
tum viginti habet, vt Lucienus. Hæc ille. Cap. VI.

A T Murius, qui, dum loquitur Vaccius cum Lucieno
redijsset, Ego inquit, de asinis potissimum dicam, quod
sum reatinus, vbi optimi, & maximi fiunt, è quo semi-



nio ego hic procuraui pullos, & ipsis Arcadibus vendi-
di aliquoties. Igitur asinorum gregem qui facere vult bo
num, primum videndũ, vt mares, fœminasq; bona æta
te sumat, vticq; vt quamdiutissime fructum ferre possit,
firmos, omnibus partibus honestos, corpore amplo, se-
minio bono, ex his locis, vnde optimi exeunt, quod fa-
ciunt Peloponnenses, cum potissimum eos ex Arcadia
emebant, in Italia ex agro reatino. Non enim si murenę
optimæ flutæ sunt in Sicilia & Helops in Rhodo, con-
tinuo hi pisces omni mari similes nascuntur. Horũ ge-
nera duo. Vnum ferum, quos vocant onagros, in Phry onager.
gia, & Lycaonia sunt greges multi. Alterum mansuetũ,
vt sunt in Italia omnes. Ad seminationem onagrus ido-
neus, quod è fero fit mansuetus facile, & è mansueto fe-
rus nunquam. Quod similes parentum gignantur, eligẽ
di, & mas, et fœmina cum dignitate vt sint. In mercando
item (vt cæteræ pecudes) emptionibus, & traditionibus
dominium mutant, & de sanitate, ac noxa solet caueri.
Commode pascuntur farre, & furfuribus ordeaceis. Ad-
mittuntur ante solstitium, vt eodem tempore alternis
annis pariant. Duodecimo enim mense conceptum se-
men reddunt. Prægnantes opere leuant. Venter enim la
bore, nationẽ reddit deteriorẽ. Marẽ non disiungunt ab
opere, quod remissiõe laboris fit deterior. In pastu eadẽ
ferè obseruant, quæ in equis. Secundum partum pullos
anno non remouent à matre. Proximo anno noctibus
patiuntur esse cum his, & leuiter capistris, aliáue qua re
habent vinctos. Tertio anno domare incipiunt ad eas
res, ad quas quisq; eos vult habere in vsu. Relinquitur
de numero. quorũ greges non sanè fiunt, nisi ij, qui one
ra portent, ideo quod plerique deducuntur ad molas, aut
ad agriculturam, vbi quid vehendum est, aut etiam ad
arandũ, vbi leuis est terra, vt in campania. Greges fiunt
ferè mercatorũ, vt eorum qui è Brundusio, aut Appulia
asellis dossuarijs comportant ad mare oleum, aut vinũ,
itemq; frumentum, aut quid aliud. Cap. VII.

LVCIENVS, Ego quoq; aduenientes aperiam carceres inquit, et equos emittere incipiam, nec solum mares, quos admissarios habeo, vt Atticus singulos ī fœminas denas, è queis fœminas, Cōmodius Equi culus vir fortissimus etiā patre militari iuxta ac mares habere solebat. Horum equorum, & equarū greges qui habere voluerint, vt habēt aliqui in Peloponneso, & in Appulia, primum oportet spectare ętatem, quam præcipiunt. Videndum ne sint minores trimæ, maiores decem annorum. Aetas cognoscitur equorum, et ferè omnium, qui vngulas indiuisas habent, & etiam cornutarum, quod equus triginta mensium primum dentes medios dicitur amittere, duos superiores, & totidem inferiores. Incipientes quartum agere annum itidem eijciunt & totidem proximos eorum, quos amiserunt, & incipiunt nasci quos vocant columellares, Quinto anno incipiente item eodem modo amittere binos, quos caninos habent, tū renascentes eis, sexto anno impleri. Septimo omnes habere solēt renatos, & cōpletos. His maiores qui sunt, intelligi negant posse, præterquam cum dentes sunt facti brochi, & supercilia cana, & sub ea lacunæ, ex obseruatu dicunt eū equū habere annos sexdecim. Forma esse oportet magnitudine media, quod nec vastos, nec minutos decet esse. Equas clunibus, ac ventribus latis. Equos ad admissurā quos velis habere, legere oportet amplo corpore, formosos, nulla partè corporis inter se nō congruente. Vnde qualis futurus sit equus, è pullo coniectari potest, si caput habet non magnū, nec membris confusis, si est oculis nigris, naribus non angustis, auribus applicatis, non angusta iuba, crebra, fusca, subcrispa subtenuibus setis implicata in dexteriorem partem ceruicis, pectus latum, & plenum, humeris latis, ventre modico, lumbis deorsum versum pressis, scapulis latis. spina maxime duplici, sin minus nō extenta, coda ampla subcrispa, cruribus rectis, & æqualibus, genibus rotundis, nec magnis, nec introrsus spectātibus, vngulis duris, toto corpore vt habo-



at venas, quę animaduerti possint, qđ q huiuscemodi sīe, & cū est æger, ad medēdū est appositus, corpore multo.

De stirpe magni interest. qua sint, q genera sunt multa. Itaq; ad hoc nobiles à regionibus dicuntur. In Græcia thessalici equi. à terra appuli, ab Rosea roseani. Equi boni futuri signa sunt. si cum gregalibus in pabulo contendit, in currendo, aliáue qua re, quo potior sit, si cū flumē traijciendum est, gregi in primis prægreditur, nec respectat alios. Emptio equina similis ferè ac boū, et asinorū, qđ eisdē rebus dominiū in emptione mutatur, vt in Manilij actionibus sunt præscripta. Equinū pecus pascendū in pratis potissimū herba. In stabulis, ac præsepibus arido fœno. Cum pepererint, ordeo adiecto bis die danda aqua. Horum fœturæ initiū admissionis facere oportet, ab æquinoctio verno, ad solstitiū, vt partus idoneo tempore fiat. Duodecimo enim mense die decimo aiunt nasci. Quæ post tempus nascuntur, ferè vitiosa, atq; inutilia existunt. Admittere oportet, cum tempus anni venerit, bis die mane, & vespere. Peroriga enim appellatur quisquis admittit, eo enim adiutante equa alligata celerius admittitur, neq; equi frustra cupiditate impulsi semen ejciunt. Quoad satis sit admitti ipsę significant, qđ se defendunt. Si fastidium saliendi est, scyllæ modicū cōterunt cum aqua ad mellis crassitudinem, tū ea re naturam equæ, cum menses ferunt, tangunt, contra ab locis equæ nares equi tangunt. Tametsi incredibile, quod vsu venit memoriç mandandum. Cum equus matrem vt saliret adduci non posset, et eum capite obuoluto peroriga adduxisset, & coegisset matrem inire, cū descendenti volum dempsisset ab oculis, ille impetū fecit in eū, ac mordicus interfecit. Cum conceperint equæ, videndum ne aut laborent plusculum, aut ne frigidis locis sint. quod algor maxime prægnantibus obest. Itaq; in stabulis ab humore prohibere oportet humum, clausa habere ostia, ac fenestras, & inter singulas à præsepibus interijcere longurios, qui eas discernant, ne inter se pugnare possint.

Pregnantem neq; implere cibo, neq; esurire oportet. Alternis qui admittũt, diuturniores equos, & meliores pullos fieri dicunt. Itaq; vt restibiles segetes essent exactiores, sic quotannis quæ prægnans fiat. In decem diebus secundum partum cum matribus in pabulis prodigendũ. Ne vngulas comburat stercus cauendum. Quinq; mestribus pullis factis, cum redacti sunt in stabulum, obijciendum farinam ordeaceam mollitam cum furfuribus, & si quid aliud terra natum libenter edent. Anniculis iam factis dandum ordeum, & furfures, vsq; quo ad erunt lactantes. Neq; prius biennio confecto à lacte remouendum. Eosq;, cum stent cum matribus, interdum tractandum, ne cum sint disiuncti, exterreantur. Eademq; causa ibi frenos suspendendum, vt oculis consuescant & videre eorum faciem, & è motu audire crepitus. Cum iam ad manus accedere cõsueuerint, interdum imponere his puerum bis, aut ter pronum in ventrem, postea iam sedentem, hæc facere cum sit trimus, tum enim maxime crescere, ac lacertosum fieri. Sunt qui dicant post annũ, & sex menses equulum domari posse, sed melius post trimum, à quo tempore farrago dari solet. Hæc enim purgatio maxime necessaria equino pecori, quod diebus decem facere oportet, nec pati alium vllum cibum gustare. Ab vndecimo die vsq; ad quartum decimum dandũ ordeum, quotidie adijciendo minutatim. Quod quarto die feceris, in eo decem diebus proximis manendũ. Ab eo tempore mediocriter exercendum. & cum sudauerit, oleo perungendũ. Si frigus erit, in equili faciendus ignis. Equi quod alij sunt idonei ad rem militarem, alij ad vecturam, alij ad admissuram, alij ad cursuram, alij ad prædam, num item sunt spectandi ad quæ habendi. Itaq; peritus belli alios eligit, atq; alit, ac docet. Aliter quadrigarius, ac desultor. Neq; idẽ, qui vectarios facere vult, neq; eodem modo parantur ad ephippium, vt ad prædam, quod vt ad rem militarem, quod ibi ad castra habere volunt acres. Sic contra in vijs habere malunt placidos,



propter quod discrimen maxime institutũ, vt castrentur equi. Demptis enĩ testiculis fiũt quietiores, & ideo quod semine carẽt, ij canterij appellati, vt in suibus maiales, in gallis gallinaceis capi. De medicinis vel plurima sunt in equis & signa morborũ, & genera curationũ, quę pastorẽ scripta habere oportet. Itaq; ob hoc in Græcia potissimũ medici pecorũ κτηνιατροὶ appellati. Cap. VIII. C V M hęc loquerẽmur, venit à Menate libertus, qui dicat liba absoluta esse, & rẽ diuinã paratã, si vellẽt, venirẽt illuc, & ipsi pro se sacrificarent. Ego vero inquã, vos irenõ patiar ante, quã mihi reddideritis tertiũ actũ, de mulis, de canibus, de pastoribus. Breuis oratio de istis inquit Murius: Nã muli, & hinni bigeneri, atq; insitij, nõ suopte genere ab radicibus. Ex equa enĩ, & asino fit mulus. Contra ex equo, & asina hinnus. Vterq; eorũ ad vsum vtilis, partu, fructu, ventre. Pullũ asininũ à partu recentẽ subijciũt equę, cuius lacte ampliores fiũt, quod id lac quã asininũ, ac alia oĩa dicũt esse melius. Præterea educãt eũ paleis, fœno, ordeo. Matri supposititię quoq; inseruiũt, quo equa ad ministeriũ lactis cibũ pullo præbere possit. Hic ita educatus ab initio, potest admitti. neq; enĩ eũ aspernantur propter consuetudinẽ equinã. Hũc minorẽ si admiseris, & ipse citius senescit. & quę ex eo concipiuntur fiũt deteriora. Qui nõ habẽt eũ asinũ, quẽ supposuerũt equę, & asinũ admissariũ habere volũt, de asinis quoq; amplissimũ, et formosissimũ quẽ habere possunt, eligũt. quiq; seminio natus sit bono, arcadico, vt antiqui dicebãt, vt nos experti sumus, reatino, vbi tricenis, ac quadrigenis millibus HS admissarij aliquot venierunt. Quos emimus itẽ vt equos stipulamur in emendo, ac facimus in accipiendo, vt dictũ est in equis. Hos pascimus precipue fœno, atq; ordeo, & id añ admissurã largius facimus, vt cibo suffundamus vires ad fœturã. Eodẽ tempore, q̃ equos adducentes, ijdẽq; vt ineant equas perorigas curamus. Cũ peperit equa mulũ, aut mulã nutricantes educamus. Hi, si in palustribus locis, atq; vliginosis nati, habẽt

vngulas molles. Iidem si exacti sunt æstiuo tempore in montes, qđ fit in agro reatino, durissimis vngulis fiunt. In grege mulorũ parando, spectanda ætas, & forma. Alterũ vt vecturis sufferre labores possint, alterũ vt oculos aspectu delectare queãt. Hisce enim binis coniunctis oĩa vehicula in viis ducuntur. Hæc me reatino authore probares mi Attice, nisi tu ipse domi equarũ greges haberes, ac mulorũ greges vendidisses. Hinnus, qui appellatur ex equo, & asina, minor est, q̃ mulus corpore. plerũq; rubicundior, auribus vt æquis, iubã, & caudã similẽ asini. Itẽ in ventre est (vt equus) menses duodecim. Hosce itẽ vt equulos & educãt, & alũt, & ætatẽ eorũ ex dentibus cognoscũt.

## Cap. IX.

RELINQVITVR inquit Atticus, de quadrupedibus, quod ad canes attinet, maxime ad nos, qui pecus pascimus lanare. Canis enĩ ita custos est pecoris, vt eius, qđ eo comite indiget ad se defendendũ. In quo genere sunt maxime oues, deinde caprę. Has enĩ lupus captare solet, cui opponimus canes defensores. In suillo pecore tamen sunt, quę se vindicent sues, verres, maiales, scrofæ. propè enĩ hęc apris, q̃ in syluis sępe dentibus canes occiderunt. Quid dicã de pecore maiore? cũ sciã mulorũ gregẽ cũ pasceretur, eoq; venisset lupus, vltro mulos circumfluxisse, & vngulis cędendo eũ occidisse? et tauros solere diuersos assistere clunibus continuatos, & cornibus facile propulsare lupos? Quare de canibus, quoniã genera duo, vnũ venaticũ, & ptinet ad feras bestias, ac syluestres, alterũ, qđ custodię causa paratur, & ptinet ad pastorẽ, dicam & de eo ad formã artis expositã in nouẽ partes. Primũ ætate idonea parandi, qđ catuli, & vetuli neq; sibi, neq; ouibus sunt prędio, & feris bestijs nonnunq̃ prędæ. Facie debẽt esse formosi, magnitudine ampla, oculis nigrantibus, aut rauis, naribus congruẽtibus, labris subnigris, aut rubicundis, neq; resimis superioribus, neq; pendulis subtus, mẽto suppresso, & ex eo enatis duobus dentibus dextra, & sinistra paulo eminulis superioribus, directis po-



tius, q̃ brochis, et acutis, quos hñt labro tectos, capitibus, & auriculis magnis, ac flaccis, crassis cernicibus, ac collo, internodijs articulorũ longis, cruribus rectis, ac potius varijs. q̃ vacijs, pedibus magnis, & altis, q̃ ingredienti ei displodantur, digitis discretis, vnguibus duris, ac curuis, talo nec vt corneo, nec nimiũ duro, sed vt fermentato, ac molli, à fœminibus summis corpore suppresso, spina neq; eminula, neq; curua, cauda crassa, latratu graui, hiatu magno, colore potissimũ albo, qđ in tenebris specie leonina. Prętera fœminas volũt esse mammosas æqualibus papillis. Itẽ videndũ, vt boni feminij sint. Itaq; à regionibus appellantur lacones, epirotici, salentini. Videndũ ne à venatoribus, aut lanijs canes emas. Alteri, qđ ad pecus sequendũ inertes. alteri si viderint leporẽ, aut ceruũ, qđ eũ potius q̃ oues sequẽtur. Quare aut à pastoribus empta melior, quę oues sequi consueuit, aut sine vlla consuetudine quæ fuerit, canis enĩ facilius qđ assuescit, eaq; firmior consuetudo, quę sit ad pastores, q̃ quę ad pecudes. Publius Aufidius Pontianus amiternin?, cũ greges ouiũ emisset in Vmbria vltima, qbus gregibus sine pastoribus canes accessissent, pastores, vt deduxerũt in metapontinos saltus, et Heracleę emporiũ, inde cũ domũ redissent, q̃ ad locũ deduxerant, è desyderio hoĩm diebus paucis postea canes sua sponte, cũ dierũ multorũ via interesset, sibi ex agris cibaria quęsierũt, atq; in Vmbriã ad pastores redierũt, neq; eorũ quisq̃ fecerat, quod in agricultura Saserna prędicit. Qui vellet se à cane sectari, vti ranã obijciat cocta. Magni interest ex semine esse canes eodẽ, qđ cognati maxime inter se sunt prędidio. Sequitur quartũ de emptione, id fit alterius, quod à priore dño secundo traditũ est. De sanitate, & noxa stipulationes fiũt eædẽ, quæ in pecore, nisi quod hic vtiliter exceptũ est. Alij pretiũ faciũt in singula capita canũ. Alij vt catuli sequantur matrẽ. Alij vt bini catuli vnius canis numerũ obtineãt, vt solent bini agni vnius ouis. Plericq; vt accedant canes, qui consueuerunt esse vnà. Cibatus canis propior

hoïs, q̃ ouis. Pascitur enī è culina, & ossibus non herbis, aut frondibus. Diligenter vt habeãt cibaria prouidendũ. Fames enī hos ad querendũ cibũ ducet, si nõ prębebitur, & à pecore abducet. Nisi si (vt putãt quidã) etiã illuc peruenerint, prouerbiũ vt tollũt antiquũ, Βουλιμιᾶ κύων aperiãt, de Actæone, atq; in dominũ afferãt dentes. Nec nõ ita panẽ ordeaceũ dandũ, vt nõ potius eũ in lacte des intritũ, quod eo consueti cibo vti, à pecore non cito desiscũt. Morticinę ouis nõ patiuntur vesci carne, ne ducti sapore minus se abstineãt. Dant etiã ius ex ossibus, & ea ipsa ossa contusa, dentes enī facit firmiores, & os magis patulũ. Propterea q̃ vehemẽtius diduciuntur malę, acrioresq; fiunt propter medullarũ saporẽ. Cibũ capere consueścũt interdiu, vbi pascuntur. vesperi, vbi stabulantur. De fœtura, principiũ admittendi faciũt veris principio, tũc enī dicuntur catulire, ideſt oſtendere ſe velle maritari. Quæ cũ admisse, pariunt circiter solstitio, prægnantes enī solẽt esse ternos menses. In fœtura dandũ potius ordeaceos q̃ triticeos panes. magis enī eo aluntur, & lactis prębẽt maiorẽ facultatẽ. In nutricatu secũdũ partũ si plures sunt, statim eligere oportet quos habere velis, reliquos abijcere. Quàm pauciſſimos reliqueris, tã optimi in alendo fiũt propter copiã lactis. Substernitur eis acus, aut quid aliud, quod meliore cubili facilius educantur. Catuli diebus viginti videre incipiũt. Duobus mensibus primis à partu nõ disiunguntur à matre, sed minutatim desuefiũt. Educũt eos plures in vnũ locũ, & irritãt ad pugnandũ quo fiãt acriores, neq; defatigari patiuntur, quo fiãt segniores. Consuefaciũt quoq; vt possint alligari primum leuibus numellis, quas si abrodere conantur, ne id consueścãt facere, verberibus deterrere solẽt. Pluuijs diebus cubilia substernenda fronde, aut pabulo duabus de causis, vt ne oblinantur, aut perfrigescant. Quidã eos castrãt, quod eo minus putãt relinquere gregẽ. Quidã non faciũt, quod eos credũt minus acres fieri. quidã nucibus grecis in aqua tritis pungũt aures, & inter digitos, quod



musceæ, & ricini, & pulices soleant (si hoc vnguine non sis vsus) ea exulcerare. & ne vulnerentur à bestijs, imponuntur his collaria, quæ vocantur millum, ideſt cingulum circum collum ex corio firmo cum clauulis capitatis, quæ intra capita insuitur pellis mollis, ne noceat collo duritia ferri. Quod si lupus, aliusúe quis his vulneratus est, reliquos quoq; canes facit, qui id non habent. vt sint in tuto. Numerus canum pro pecoris multitudine solet parari. Ferè modicum esse putant, vt singuli sequãtur singulos opiliones, de quo numero alius aliũ modũ cõstituit. Qũ si sunt regiones vbi bestiæ sint multæ, debent esse plures, quod accidit ijs, qui percalles syluestres longinquos solent comitari in æstiua, & hyberna. Villatico vero gregi in fundum satis esse duos, & id marem, & fœminam. Ita enim sunt assiduiores, quod cum altero idẽ fit acrior, & si alter indesinenter æger est, ne sine cane grex sit. Cum circumspiceret Atticus hequid præteriisset, hoc silentium inquam vocat aliũ ad partes. Cap. X.

RELIQVVM enim est in hoc actu quot, & quod genus sint habendi pastores. Cossinius ad maiores pecudes ætate superiores, ad minores etiã pueros, & vtroq; horũ firmiores, qui in collibus versantur, q̃ eos, qui in fundo, & quotidie ad villã redeunt. itaq; in saltibus licet videre iuuentutẽ, & eã ferè armatam, cum in fundis nõ modo pueri, sed etiã puellæ pascant. Qui pascunt in saltibus, greges cogere oportet, in pastione diẽ totũ esse pascere communiter. Contra, pnoctare ad suũ quẽq; gregẽ esse oẽs sub vno magistro pecoris, eũ esse maiorẽ natu potius q̃ alios, & peritiorẽ q̃ reliquos, quod ijs, q ætate, & scientia præstant, aïo æquiore reliqui parẽt. Ita tamẽ oportet ætate præstare, vt ne propter senectutẽ minus sustinere possit labores. Neq; n. senes, neq; pueri colliũ difficultatẽ, aut mõtiũ arduitatẽ, atq; asperitatẽ facile ferũt quod patiendum illis, qui greges sequuntur, præsertim armentitios, ac caprinos, quibus rupes, ac syluæ ad pabulandum cordi. Formæ hominum legẽdæ, vt sint firmæ.

Universidade de Coimbra Biblioteca



ac veloces, mobiles, expeditis membris, qui nõ solũ pecus sequi possint, sed etiã à bestijs, ac prædonibus defendere, qui onera extollere in iumenta possint, qui excurrere, qui iaculari. Non oĩs apta natio ad pecuariã, qđ neq; basculus, neq; turdus idonei, galli appositi, sed maxime ad iumenta. In emptionibus dñm legitimũ sex ferè res perficiunt, si hæreditatẽ iustã adijt, si, vt debuit, mãcipio ab eo accepit, à quo iure ciuili potuit, aut si inire cessit cui potuit cedere, et id vbi oportuit. aut si vsu cepit, aut si è præda sub corona emit. Tumúe cũ in bonis sectionẽue cuius publice venit. In horũ emptione solet accedere peculiũ, aut si excipiet stipulatio, intercedere sanũ eũ esse, furtis, noxisq; solutũ. Aut si mãcipio nõ datur, dupla promitti. aut si ita pacti, simpla. Cibus eorũ debet esse interdiu separatĩ vniuscuiusq; gregis. Vespertinus in cœna, qui sunt sub vno magistro, communis. Magistrũ prouidere oportet, vt oĩa sequantur instrumenta, quæ pecori, & pastoribus opus sunt, maxime ad victũ hoĩm, & ad medicinã pecudũ. Ad quã rẽ habent iumenta dossuariã dñi, alij equas. Alij pro his quid aliud, quod onus dorso ferre possit. Quod ad fœturã humanã pertinet pastorũ, qui in fundo perpetuo manent, facile est, quod habeant conseruã in villa. neq; hac venus pastoralis longius quid quærit. Qui aũt sunt in saltibus, & syluestribus locis pascunt, & nõ villa, sed casis repentinos imbres vitant, his mulieres adiungere, quæ sequantur greges, ac cibaria pastoribus expediant, eosq; assiduiores faciant, vtile arbitrati multi. Sed eas mulieres firmas esse oportet, non turpes, quæ in opere, vt in multis regionibus non cedant viris (vt in illyrico passim videre licet) quæ vel pascere pecus, vel ad focum afferre ligna, ac cibũ concoquere, vel ad casas instrumentum seruare possint. De nutricatu hoc dico, easdem ferè & nutrices, & matres. Tremellius, simul aspicit ad me, & vt te audiui dicere inquit, cum in Lyburniam venisses, te vidisse matres familias earum, asferre ligna, & simul pueros, quos alerent, alias singulos,



alias binos, quæ ostenderent fœtas nostras, quæ in conopeis iacent dies aliquot, esse luridas mucidas, & contemnendas. Cui ego, Certe inquam. Nam in Illyrico hoc amplius, prægnantem sæpe, cum venit pariendi tempus, non longe ab opere discedere, ibiq; enixam puerum referre, quem non peperisse, sed inuenisse putes. Necnon etiam hoc quas virgines ibi appellant, nonnunquam annorum viginti, quibus mos eorum non denegauit ante nuptias, vt succumberent quibus vellent, & incomitatas vt vagari liceret, & filios haberent è quibus vellent. Quæ ad valetudinem pertinent hominum, ac pecoris, vt sine medico curari possint, magistrum scripta habere oportet. Is enim sine literis idoneus non est, quòd rationes dominicas pecuarias conficere, nec quicquam recte potest. De numero pastorum alij angustius, alij laxius constituere solent. Ego in octogenas hirtas oues singulos pastores constitui. Atticus in centenas. In gregibus ouium, sed magnis quos miliarios faciunt quidam, facilius de summa hominum detrahere possunt, quàm de minoribus, vt sunt Attici.

Tremellius. Septingenarij. n. mei, vt opinor, tu octingenarios habuisti. Nec tamen non vt nos arietum decimam partem. Ad equarum gregem quinquagenariũ bini homines, vticq; vterq; horũ vt secum habeat equas domitas singulas in ijs regionibus, in quibus stabularij solent equas abigere, vt in Appulia, & in lucanis accidit sæpe.

## Cap. XI.

QVONIAM promissa absoluimus, eamus inquit. Sed inquã si quid adieceritis de extra ordinario pecudũ fructu, de lacte in eo, & tonsura lanæ. Est enim lac oĩm rerum, quas cibi causa capimus, liquentiũ maxime alibile, & id ouillũ, inde caprinũ. Quod aũt maxime perpurget est equinũ, tũ asininũ, deinde bubulũ, tũ caprinũ. Sed horũ sunt discrimina quędã, et à pastionibus, et à pecudũ natura, et à mulctu. A pastiõibus, qđ fit ab ordeo, et stipula, et oĩno arido, et firmo cibo pecude pasta, id alibile ad

perpurgandum, id quod à viridi pascuo, & eo magis flu
xe ex herba, quæ eadem ipsa sumpta perpurgare cor pora nostra solet. A pecudum natura, quod lac melius est à valentibus, & ab ijs, quæ nondum veteres sunt, q̃ si est contra. A mulgendo, atq; ortu optimũ est id, quod neq; emunctum longe abest à mulso, neq; à partu conti nuo est sumptum. Ex hoc lacte casei qui fiunt maximi cibi sunt bubuli, & qui difficilime transeant sumpti. Se cundo ouilli minimi cibi, & qui facillime deijciantur, ca prini. Est etiam discrimen, vtrum casei molles, ac recen tes sint, an aridi, & veteres. Cum molles sunt, magis ali biles, in corpore non residés, veteres & aridi contra. Ca seũ facere incipiũt à vergilijs vernis exortis ad æstiuas vergilias. Mulgent vere ad caseũ faciundũ mane, alijs tẽ poribus, meridianis horis, tametsi propter loca, & pabu lum disparile, non vsquequaq; idẽ fit. Lactis duobus cõ gijs addũt coagulum magnitudine oleæ, vt coeat. quod melius leporinum, & hœdinũ q̃ agninum. Alij pro coa gulo addunt defici ramo lac, & acetum, & aspergunt itẽ alijs aliquot rebus, quod græci appellant alij ὀπὸν, alij δροσκόντιον. Non negari inquã ideo apud diuæ Rumię sacellum, à pastoribus satam ficum. Ibi enim solent sacri ficare lacte pro vino, & prò lactentibus. mammæ enim rumis, siue Rumæ, vt ante dicebant, à rumi. & inde dicũ tur subrumi agni lactentes, à lacte. Quin aspergi so lent sales, melior fossilis quam marinus. De tonsura oui um primũ animaduerto ante quàm incipiam facere, nũ scabiem, aut vlcera habeant, vt, si opus est, ante curentur quam tondeantur. Tonsuræ tempus inter æquinoctium vernum, & solstitium cum sudare cœperint oues. à quo sudore recens lana tonsa succida est appellata. Tonsas re cẽtes eodẽ die perungunt oleo, & vino, nõ nemo admi sta cera alba, et adipe suillo. Et si ea tecta solet esse, quam habuit pellem iniectam eam intrinsecus eadem re perũ gũt, & tegunt rursus. Siqua in tonsura plagam accepit, eum locum obliniunt pice liquida. Oues hirtas tondẽt



circiter ordeaceam messem, in alijs locis ante fœnisicia. Quidã has in anno bis tõdẽt, vt in Hispania citeriore, ac semestres faciunt tonsuras. duplicẽ impendunt operã, quod sic plus putant fieri lanæ, quo nomine quidã bis se cãt prata. Diligentiores tegeticulis subiectis oues tonde re solent, ne flocci intereant. Dies ad eã rẽ sumuntur se reni, & ijs id faciunt ferè à quarta ad decimã horã, quo niã sole calidiore tonsa, ex sudore eius lana fit mollior, & ponderosior, & colore meliore. Quã demptã, & con globatã alij vellera, alij velumia appellant. ex quorũ vo cabulo animaduerti licet, prius lanæ vulsurã q̃ tonsurã inuentã. Qui etiã nunc vellunt, ante triduo ieiunas ha bent, quod languidæ minus radices lanæ retinent. Om nino tonsores in Italia primũ venisse ex Sicilia dicũtur post Romã conditã anno quadringẽtesimo quinquage simoquarto, vt scriptũ in publico ardeæ in literis extat eosq; adduxisse Publiũ Ticiniũ Menã. Olim tonsores nõ fuisse ad significant antiquorũ statuæ, quod, pleræq; habent capillũ, & barbã magnã. Suscipit Cossinius. Vt fructum ouis è lana ad vestimentũ, sic capra pilos mini strat ad vsum nauticũ, & ad bellica tormenta. & fabri lia vasa. Neq; nõ quædã nationes harũ pellibus sunt ve stitæ, vt in Getulia, & Sardinia. Cuius vsum apud anti quos quoq; græcos fuisse apparet, quod in tragœdijs se nes ab hac pelle vocantur διφθερίαι, & in comœdijs, q̃ in rustico opere morantur, vt apud Ceciliũ in hypobo limæo habet adolescens, apud Terentiũ in heautõtimo rumeno senex. Tõdẽtur, qd magnis villis sunt in magna parte Phrygię, vñ cilicia, et cętera ei⁹ generis ferri solẽt. Sed qd primũ ea tõsura in Cilicia sit instituta, nomẽ id ci licas adiecisse dicũt. Illi hoc, Neq; ab hoc, qd mutaret Cos sinius, & simul Vituli libertus in vrbẽ veniẽs ex hortis diuertitur ad nos, & ego ad te missus inquit ibã, domũ rogatũ, ne diẽ festũ faceres breuiorẽ, & mature venires. Itaq; discedimus ego, & Scrofa in hortos ad vitulũ Ni grũ Turanniũ. Mox illi partĩ domũ, partim ad lenatẽ,

# M. TERENTII VARRONIS DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS, ET VLTIMVS.

## Caput I.

CVM duæ vitæ traditæ sint hominum, rustica, & vrbana Q. Pinni, dubium non est, quin hæ non solum loco discretæ sint, sed etiam tempore diuersam originem habeant, antiquior enim multo rustica, quod fuit tempus, cum rura colerent homines, neq; vrbem haberent. Etenim vetustissimum oppidum cum sit traditum græcũ, Beotiæ Thebæ, quod rex Ogyges ædificarit, in agro romano Roma, quam Romulus rex. Nã in hoc nunc denicq; est, vt dici possit, non cum Ennius scripsit.

Septingenti sunt paulo plus, aut minus anni,
Augusto augurio postquam inclyta condita Roma est.

Thebæ, quæ ante cataclysmon Ogygi conditæ dicuntur, eæ tamen circiter duo millia annorũ & centũ sunt. Quod tempus si referas ad illud principiũ, quo agri coli sunt cœpti, atq; in casis, & tugurijs habitabant, nec murus, nec porta quid esset sciebant, immani annorum numero vrbanis agricolæ præstant. Nec mirum, quod diuina natura dedit agros, ars humana ædificauit vrbes. Cum artes omnes dicantur in Græcia intra mille annorũ tempora repertæ, agri nunquam non fuerunt in terris, qui coli possint. Neq; solum antiquior cultura agri, sed etiã melior. Itaq; non sine causa maiores nostri ex vrbe in agris redigebant suos ciues, quod & in pace à rusticis romanis alebantur, & in bello ab his tuebantur. Nec sine causa terram eandem appellabant matrem, & cererem, & qui eam colerent, piam, & vtilem agere vitam credebant, atq; eos solos reliquias esse ex stirpe Saturni regis. Cui consentaneum est, quod initia vocantur potissimũ ea, quæ Cereri fiunt sacra. Nec minus oppidi quoq; no-



mẽ Thebę indicãt antiquiorẽ esse agrũ, quod ab agri genere nõ à conditore ei nomẽ est impositũ. Nam lingua prisca & in Græcia æoles Bœotij sine affiatu vocãt æolis Thebas, & in Sabinis quò è Græcia venerũt Pelasgi, etiã nunc ita dicũt. Cuius vestigiũ in agro sabino via salaria nõ longe à Reate milliarius cliuus appellantur Thebæ. Cũ agricolturã primo propter pauptatẽ maxime indiscreta haberẽt, qđ à pastoribus, q erãt orti in eodẽ agro & serebãt, & pascebãt, qui postea creuerũt peculia diuiserũt, ac factũ vt dicerẽtur alij agricolæ, alij pastores. Quę ipsa pars duplex est, tametsi ab nullo satis discreta, quod altera est villatica pastio, altera agrestis. Hæc nota & nobilis, quod & pecuaria appellatur, & multũ homines locupletat. & ob eam rem aut conductos, aut emptos habent saltus. Altera villatica, quod humilis videtur, à quibusdã adiecta ad agriculturã cum esset pastio neq; explicata tota separatim, quod sciam ab vllo. itaq; cum putarẽ esse rerum rusticarum, quæ constituta sunt fructus causa tria genera, vnum de agricultura, alterum de re pecuaria, tertium de villaticis pastionibus, tres libros instituti. E queis duos scripsi. primũ ad Fundaniã vxorẽ de agricultura, secundũ de pecuaria ad Turranniũ Nigrũ. Qui reliquus est tertius de villaticis fructibus in hoc ad te mitto, quod visus sum debere pro nostra vicinitate, & amore scribere potissimũ ad te. Cum enĩ villam haberes opere tectorio, & intestino, ac pauimentis nobilibus lithostrotis spectandã, parum putasses esse, ni tuis quoq; literis exornati parietes essent. Ego quoq;, quo ornatior ea esse posset fructu quàm factu, quoad facere possem, hæc ad te misi, recordatus de ea re sermones, quos de villa perfecta habuissemus. Cap. II.

COMITIIS ædilicijs cum sole caldo ego, atq; Axius senator tribulis suffragium tulissemus, & candidato, cui studebamus, vellemus esse præstò, cum domum rediret, Axius mihi dũ dirimuntur inquit, suffragia, vis potius villæ publicę vtamur vmbra, q̃ priuati candidati tabella,

dum ita ædificemus nobis? Opinor inquam non solum quod dicitur, Malum consilium consultori esse pessimū, sed etiam bonum consilium, qui consulit & qui consulitur, bonum habendum. itaq; imus, venimus in villam. Ibi Appium Claudium augurem sedentem inuenimus in subsellijs, vt consuli, si quid vsus popoſciſſet esſet prę sto. Sedebat ad siniſtram eius Cornelius Merula consulari familia ortus, & Fircellius Pauo reatinus, ad dextram Minutius Pica, & M. Petronius Passer. Ad quem cum accessissemus, Axius Appio subridens, recipis nos inquit, in tuū ornithona, vbi sedes inter aues? Ille, Ego inquit te, præsertim cuius aues hospitales etiam nunc ructor, quas mihi apposuisti paucis ante diebus in villa reatina ad lacum Velini cunti de controuersijs Interamnatium, & Reatinorū cogniturо. Sed non hęc inquit villa, quan quam ædificarint maiores nostri, frugalior, & melior est, quam tua illa perpolita in Reatino. Nunc vbi hic vides citrum, aut aurum? num minium aut armeniū? num aliquod emblema, aut lithostrotum? quæ illic omnia cōtra. Et cum hæc sit communis vniuersi populi, illa solius tui. Hæc quò succedant è campo ciues, & reliqui omnes, illa quo equæ, & asini. Præterea cum ad remp. administrandam hæc sit vtilis, vbi cohortes ad delectum consuli adductæ considant, vbi arma ostendant, vbi censores censu admittant populum.

Tua inquit Axius, hęc in campo Martio extremo vtilis, & non delitijs sumptuosior, quàm omnes omnium reatinæ, tum & oblita tabulis est pictis, nec minus signis ornata. At meam vestigium vbi sit nullum Lysippi, aut Antiphyli videbis, sed crebrum satoris, & pastoris, & cū villa non sit sine fundo magno, et eo polito cultura, tua ista neq; agrum habet vllum neq; bouem, nec equā. Denicq; quid tu habes simile villæ illius, quam tuus auus, & proauus habebat? Nec enim hæc vt illa fœnificia videt arida in tabulato, nec vindemiam in cælla, neq; in granario messem. Nam quod extra vrbem est ædificium,



nihilo magis, ideo est villa, quàm eorum ædificia, qui habitant extra portam fiumentanam, aut in æmilianis. Appius subridēs. Quoniam ego ignoro inquit, quid sit villa, velim me doceas, ne labar in imprudentiam, quod volo emere à M. Seio in hostiensi villā. Quod si ea ædificia villæ non sunt, quæ asinum tuum, quem mihi quadraginta millibus emptum ostendebas apud te, non habent, metuo ne pro villa emam ostiæ in litore seianas ædes. Quod ædificium hic me Lucius Merula impulit, vt cuperem habere, cum diceret nullam se accepisse villam, qua magis delectatus esset, cum apud eum, dies aliquot fuisset. Nec tamen ibi se vidisse tabulam pictam, neq; signum æneum, aut marmoreum vllum, nihilo magis torcula vasa vindemiatoria, aut serias olearias, aut trapeta. Axius respicit Merulā. & quid igitur inquit est ista villa? si nec vrbana habet ornamenta, neq; rustica membra. Cui ille.

Non minus villa tua erit villa ad angulum Velini, quam neq; pictor, neq; tector vidit vnquam, quam illa in rosea, quæ est polita opere tectorio eleganter, quam dominus habes communem cum asino. Cum significasset nutu, nihilo minus esse villam eam, quę esset simplex rustica, quàm eam, in qua esset vtrunq; et rustica scilicet, & vrbana, & rogasset quid ex his rebus colligeret. Quid inquit, si propter pastiones tuus fundus in rosea probandus sit, et quod ibi pascitur pecus, ac stabulatur, recte villa appellatur. Hęc quoq; simili de causa debet vocari villa, in qua propter pastiones fructus capiuntur magni. Quid enim refert vtrum propter oues, an propter aues fructus capias? án ne dulcior est fructus apud te ex bubulo pecore, vnde apes nascuntur, quàm ex apibus, quæ ad villam, in aluearijs opus faciunt? & num pluris nunc tu è villa illic naros verres lanio vendis, quàm hic apros milliarios emis? Qui minus ego inqt Axius istas habere possum in reatina villa. Nisi si apud Seium Siculum fit mel corsicum in reatino, et hic aprum glans cū pascit

empticia facit pinguem, illic gratuita exilem. Appius, Posse apud te fieri inquit scianas pastiones non negauit Merula, ego non esse ipse vidi. Duo enim genera cum sint pastionum. Vnum agreste, in quo pecuariæ sunt, alterum villaticum, in quo sunt gallinæ, ac columbæ, & apes, & cætera, quæ in villa solent pasci, de quibus & pœnus Mago, & Cassius Dionysius, & alij quid seperatim, ac dispersim in libris reliquerunt, quos Seius legisse videtur, & ideo ex his pastionib⁹ ex vna villa maiores fructus capere, quàm alij faciunt ex toto fundo. Certe inquit Merula. Nam ibi vidi greges magnos anserum, gallinarum, columbarum, gruum, pauonum, nec non gliriũm, piscium, aprorum, & cæteræ venationis. ex quibus rebus scriba libratius libertus eius, qui apparuit Varroni, & me absente patrono, hospitio accipiebat, in annos singulos plus quinquagena milia HS è villa capere dicebat. Axio admiranti, certe nosti inquam materteræ meæ fundum in Sabinis, qui est ad quartũ & vicesimũ lapidem via salaria à Roma. Quidni inquit? vbi æstate diem meridie diuidere soleam, cũ eo Reate ex vrbe, aut cũ inde venio hyeme noctu ponere castra. Atq; in hac villa qui est ornithon, ex eo vno quinquemillia scio venisse turdorũ denarijs ternis, vt HS sexginta millia ea pars villæ reddiderit eo anno, bis tantũ quã tuus fundus ducentorum iugerũ Reatæ reddit. Quid sexaginta millia inquit Axius? LX. LX. derides? sexaginta millia inquam. Sed vt ad hunc bolũ peruenias, opus erit tibi aut epulum, aut triumphus alicuius, vt tunc fuit Scipionis Metelli, aut collegiorum cœnę, quæ tunc innumerabiles, excandefaciebant annonã macelli. Reliquis annis oĩbus & hanc expectabis summã spero non tibi decoquet nõ ornithon. Nec hoc accedit his moribus, nisi raro, ne decipiaris. Quotus enim quisq; est annus, quo non videas epulum, aut triumphum, aut collegia non epulari, quæ nunc innumerabiles incendunt annonam. Sed propter luxuriam inq;, quodammodo epulum quotidianum est



intra ianuas Romæ, Nonne item L. Albutius homo (vt scitis) apprime doctus, cuius luciliano charactere sunt libelli, dicebat in Albano fundum suum pastionibus semper vinci à villa? agrum enĩ minus denamillia HS reddere, villam plus vicena. Idem secundum mare quo loco vellet, si parasset villam, se supra centum millia è villa recepturum. Age non M. Cato nuper cum Luculli accepit tutelam, è piscinis eius quadraginta millibus sexterti⁹ vendidit pisces? Axius, Merula inq; recipe me quæso discipulum villaticæ pastionis. Ille. Quin simul ac promiseris minerual, incipiam inquit. Axius. Ego vero non recuso, vel hodie & ex ista pastione crebro. Appius. Credo simulac primum ex isto villatico pecore mortui erunt anseres, aut pauones. Cui ille. Quid enĩ interest vtrũ morticinas editis volucres, an pisces, quos nisi mortuos estis nunquam? Sed oro te inquit, induce me in viam disciplinæ villaticæ pastionis, ac vim, formamq; eius exponere Merula non grauare. Cap. III.

PRIMVM inquit dominũ scientem esse oportet eorum aĩalium, quæ in villa, circũmue eam ali, ac pasci possunt, ita vt dño sint fructui, ac delectationi. Eius disciplinæ genera sunt tria, ornithones, leporaria, piscinę. Nunc ornithonas dicã oĩm alitũ, q̃ intra parietes villæ solẽt pasci. Leporaria te accipere volo, nõ ea, q̃ tritaui nostri dicebãt, vbi soliti lepores sint, sed oĩa septa affixa villę quę sunt, & habẽt inclusa aĩalia, quæ pascãtur. Similiter pisci nas dico eas, quæ in aqua dulci, aut salsa inclusos habent pisces ad villã. Harũ singula genera minimum in binas species diuidi possunt. In prima parte vt sint, q̃ terra mõ sunt cõtenta, vt sunt pauones, turtures, turdi. Altera species eorũ sunt, quæ nõ sunt cõtenta terra solum, sed etiã aquã requirunt, vt sunt anseres, querquedulæ, anates. Sic alterũ genus illud venaticũ duas habet diuersas species. Vnã, in qua est aper, capręa, lepus. Altera itẽ extra villã, quæ sunt, vt apes, cocleæ, glires. Tertij generis aquatilis item species duæ, partim q̃ habent pisces in aqua dulci,

partim ꝙ in marina. De his sex partibus adhuc ista tria genera artificum comparanda aucupes, venatores, piscatores, vt ab his emenda, quæ tuorum seruorum diligentia tuearis in fœtura ad partus, & nata nutricare, saginareꝙ, in macellum vt perueniant. Neꝙ non etiam quędā assumēda in villā sine retibus aucupis, venatoris, piscatoris, vt glires, cocleæ, & gallinę. Earū rerū cultura īstituta prima, ea, quæ in villa habentur, non solum augures Romani ad auspicia primum pararunt pullos, sed etiam patresfamiliæ rure. Secunda, quæ maceriæ ad villam venationis causa cluduntur, & propter aluearia. Apes enim subter subgrundas ab initio villatico vsæ tecto. Tertia piscinæ dulces fieri cœptæ, & è fluminibus captos recepere ad se pisces. Omnibus tribus his generibus sunt bini gradus, superiores, quos frugalitas antiqua, inferiores, quos luxuria posterior adiecit. Primus enim ille gradus antiquus maiorum nostrorum erat, in quo essent auiaria, duo duntaxat, in plano cohors in qua pascebantur gallinæ, & earum fructus erant oua, & pulli. Alter sublimis, in quo erant columbæ in turribus, aut summa villa. Contra nunc auiaria sunt nomine mutato, quod vocantur ornithones, quæ palatum suaue domini parauit, vt tecta maiora habeant, quàm tum habebāt totæ villæ, in quibus stabulentur turdi, ac pauones. Sic in secunda parte, ac leporario pater tuus Axi præterquam lepusculum è venatione vidit nunquam. Neque enim erat magnum id septum, quod nunc vt habeant multos apros, ac capras, complura iugera macerijs concludunt. Non tum inquit mihi, cum emisti fundum thuscu lanum à M. Pisone in leporario apri fuerunt multi. In tertia parte quis habet piscinam, nisi dulcē? & in ea duntaxat squalos, ac mugiles pisces? Quis contra nunc rhyton non dicit sua nihil interesse, vtrum his piscibus stagnum habeat plenum an ranis? Non Philippus cum ad Minidium hospitem cassini diuertisset, & ei è vicino flumine lupū piscē formosum apposuisset, atꝙille gustasset



& expuisset, dixit. Pereā ni piscem putaui esse? Sic nostra ętas inquā, luxuria propagauit leporaria, ac piscinas protulit ad mare, & in eas pelagios greges piscīū reuocauit. Nō propter hos appellati Sergius Orata, & Lucius Murena? Quis enī propter nobilitatē ignorat piscinas Philippi, Hortensij, & Lucullorū? Quare vnde velis me incipere Axi dic. Cap. IIII.

ILLE ego vero inquit (vt aiūt post principia in castris) idest ab his potius incipiendū temporibus, q̄ superioribus, quod ex pauonibus fructus capiuntur maiores, q̄ è gallinis. Atꝙ adeo nō dissimulabo, quod volo de ornithone primū, quod lucrifecerūt hoc nomē turdi. HS enī sexaginta millia fircellina excandere me fecerūt cupiditate. Merula: Duo sunt inquit ornithonis genera. Vnū delectationis causa, vt Varro hic fecit noster sub casino, qđ amatores inuenit multos. Alterū fructus causa, quo genere macellarij, & in vrbe quidā habēt loca clausa, & rure maxime conducta in Sabinis, quod ibi propter agri naturā frequentes apparēt turdi. Ex his tertij generis volui esse Lucullus coniunctū auiariū, quod fecit in Thusculano, vt in eodē tecto ornithonis inclusum triclinium haberet, vbi delicate cœnitaret, & alios videret in mazonomo positos coctos, alios volitare circa fenestras captos. Quod inutile inuenerūt. Nā nō tantū in eo oculos delectant intra fenestras aues volitantes, quantū offendit, quod alienus odor oppłet nares. Cap. V.

SED quod te malle arbitror Axi dicā, de hoc ornithone, quod fructus causa faciūt. vnde nonnulli sumuntur pingues turdi. Igitur testudo (vt peristylū tectū tegulis, aut rete) fit magna, in qua millia aliquot turdorū, ac merularū includere possint. Quidā cū eo adijciūt prēter eas aues, alias quoꝙ, quę pingues veneūt care, vt milliariæ, ac coturnices. In hoc tectū aquā venire oportet p̄ fistulā, & eā potius per canales angustas serpere, quę facile extergeri possint. Si enī late ibi aqua diffusa, & inquinatur facilius, et bibitur inutilius, & ex eis caduca, quę abundat

& exit per fistulã, facit, vt luto aues laborẽt. Ostiũ habere humile, & angustũ, et potissimũ eius generis, quod cochleã appellãt, vt solet esse in cauea, in qua tauri pugnare solẽt, Fenestras raras, per quas nõ videantur extrinsecus arbores, aut aues, quod earũ aspectus, ac desyderium macrescere facit volucres inclusas. Tantũ luminis habere oportet, vt aues videre possint, vbi assidãt, vbi cibus, vbi aqua sit. Tectorio tecta esse leui circũ ostia, ac fenestras, ne qua intrare mus, aliaue quæ bestia possit. Circũ huius ædificij parietes intrinsecus multos esse palos, vbi aues assidere possint. Præterea & perticas inclinatas ex humo ad parietẽ, & in eis transuersas alias gradatim modicis interuallis annexas ad speciẽ cancellorũ scenicorũ, ac theatri. Deorsum in terrã esse aquã, quã bibere possint. Cibatui offas positas, eæ maxime glomerantur ex ficis, & farre misto. Diebus viginti aũ quis tollere velit turdos largius dat cibũ, & aquę plus ponit, & farre subtiliore incipit alere. In hoc tecto, caueaq; tabulata habeãt aliquot ad perticę supplementũ. Contra hoc auiariũ est aliud minus, in quo quę mortuę ibi sunt aues, vt dño numerũ reddat, curator seruare solet. Cum opus sunt ex hoc auiario, vt sumantur idoneę, excluduntur in minusculum auiariũ, quod est coniunctũ cũ maiore ostio, & lumine illustriore, quod seclusoriũ appellãt. Ibi cũ eũ numerũ habet exclusum, quem sumere vult, oẽs occidit. Hoc ideo in seclusorio clàm, ne reliqui, si videãt, despondeãt aĩm, atq; alieno tempore venditori moriantur. Nõ enĩ vt adueng volucres faciũt pullos, vt in agro ciconię, in tecto hirundines, sic aut hic, aut illic turdi, quã cũ sunt noĩe mares, reuera fœminę quoq; sunt, neq; id nõ secutũ vt esset in merulis, quę noĩe fœminino mares quoq; sunt. Præterea volucres cũ partim aduenę sint, vt hirundines, & grues, partim vnaculę, vt gallinę, ac columbę. De illo genere sunt turdi aduenticio, ac quot annis trans mare in Italiã aduolãt circiter æquinoctiũ autumnale, & eodem reuolãt ad æquinoctiũ vernũ. Et alio tempore turtures, ac coturnices immani numero. Hoc ita fieri apparet in insulis propinquis Pontia, Palmaria, Pandataria. Ibi enĩ in prima volatura cũ veniũt, morantur dies paucos requiescendi causa. Idemq; faciunt cum ex Italia trans mare remeant. Appius Axio: Si quinq; millia hic conieceris inquit, & erit epulũ, ac triumphus, sexaginta millia quæuis statim in fœnus des licebit. Tum mihi, tu dic illud alterũ genus ornithonis, qui animi causa constitutus à te sub Cassino fertur, in quo diceris longe vicisse nõ modo archetypon inuentoris nostri ἀρνιθοτροφεῖον M. Lenij Strabonis, qui Brundusij hospes noster primus in peristylo habuit ex hedra conclusas aues, quas pasceret obiecto rete, sed etiã Thusculanũ magnũ ædificiũ Luculli. Cui ego, cum habeã sub oppido casinio flumen, quod per villam fluat liquidũ, & altum, marginibus lapideis, latum pedes. Ivij. et è villa in villã pontibus transeatur, longum pedes. D. CCCC. L. directum ab insula ad Museum, quæ est à Vinio fluuio, vbi confluit alter amnis ad summum flumẽ, vbi est Museum, circum huius ripas ambulatio est sub diuo. pedes lata denos. Ab hac ambulatione in agrum versus, ornithonis locus ex duabus partibus dextra, & sinistra macerijs altis conclusus. Inter quas locus, qui est ornithonis, patet in latitudinem ped. XLVIII. deformatus ad tabulæ literariæ speciẽ cũ capitulo forma, quæ est quadrata. patet in longitudinẽ pedes, LXXII. qua ad capitulum rotundus est ped. XXVII. Ad hęc, ita vt in margine quasi in fimo tabulæ descripta sit ambulatio, ab ornithone plumula, in qua media sunt caueæ, qua iter in areã est. In limine in lateribus dextra, & sinistra porticus sunt primoribus columnis lapideis intermedijs arbusculis humilibus ordinatæ, cũ à summa macerie ad epistylium recta porticus sit rete canabina, & ab epistylio ad stilobatem hæ sunt auibus omne genus oppleræ, quibus cibus administratur per rete, & aqua riuulo tenui affluit, secundum stilobatis interiorẽ partem dextra, ac sinistra ad summam aream quadratam è medio diuersæ duæ

nõ late, sed oblonge sunt piscinę ad porticus ὑσus. Inter eas piscinas tantummodo accessus semita in tholũ, q est vltra rotundus columnatus, vt est in æde Catuli. si pro parietibus feceris columnas. Extra eas columnas est syl ua manu sata, grandibus arboribus tecta, vt infima p'u ceat, tota septa macerijs altis. Intra tholi columnas exte riores lapideas, et totidẽ interiores ex abiete tenues locus est pedes quinq; latus. Inter columnas exteriores pro pa riete reticuli è neruis sunt, vt perspici in sylua possit, & quę ibi sunt, neq; auis ea transire. Intra interiores colum nas pro pariete rete auiariũ est obiectũ. Inter has, & exte riores gradatim sunt structa (vt διατρίβωμ) auiũ mutu lis crebris in oĩbus columnis impositis sedilia auiũ. Intra rete aues sunt omne gen⁹, maxime cantrices, vt luscinio lę, ac merulę, quibus aqua ministratur per canaliculũ, ci bus obijcitur sub rete. Subter columnarũ stilobatẽ est la pis à falere pedẽ, & dodrantẽ altus, ipsum falere ad duos ped. altũ à stagno, latũ ad quinq;, vt in culcitas, & colum nellas conuiuę pedibus circumire possint. In fimo intra falere est stagnũ cũ margine pedali, & insula in medio parua. Circũ falere & natatilia sunt excauata anatũ stabu la. In insula est columnella, in qua intus axis, q pro men sa sustinet rotã radiatã, ita vt ad extremũ vbi orbile so let esse acutũ, tabula cauata sit, vt tympanũ in latitudinẽ duo pedes, & semipedẽ. in altitudinẽ palmũ. Hęc ab vno puero, q ministrat ita vertitur, vt oĩa vnà ponantur, & ad bibendũ, & ad edendũ, & admoueantur ad oẽs conui uas. Ex suggesto faleris, vbi solẽt esse περιπετάσμα τα, prodeũt anates in stagnũ, ac nant, è quo riuus perue nit in duas, quas dixi, piscinas, ac pisciculi vltro, ac citro commeãt, cum & aqua calida, & frigida ex orbe ligneo, mensaq; quã dixi, in primis radijs esse epistomijs versis ad vnumquenq; factũ, sic vt fluat in conuiuã. Intrinse cus sub tholo stella lucifer interdiu, noctu hesperus, ita circumeũt ad infimũ hemisperiũ. ac mouentur, vt indi cẽt quot sint horæ. In eodẽ hemisperio medio circũ car



dinem est orbis ventorum octo, vt Athenis in horologio, quod fecit Cyprestes. Ibiq; eminens radius à cardine ad orbem, ita mouetur, vt eum tangat ventum, qui flet, vt intus scire possis. Cum hæc loqueremur, clamor fit in campo. Nos Athlætæ comitiorum vnà cum id fieri nõ miraremur propter studia suffragatorũ, & tamen scire vellemus, quid esset, venit, ad nos Pãtulæius Patra. Nar rat ad tabulã, cũ decũberet, quẽdã deprehẽsum tesserulas conijciẽtem in loculum, eum ad cõsulem tractum à fau toribus competitorum. Pauo surgit, quod eius cãdidati custos dicebatur deprehensus. Cap. VI.

AXIVS de pauone inquit libere licet dicas, quoni am discessit Fircellius, qui secus siquid diceret de his gen tilitatis causa, fortasse ante eum duceret serram. Cui me rula de pauonibus nostra memoria inquit, greges habe re cœpit, & venire magno. Ex his M. Aufidius Lurco HS. sexagena millia numum in anno dicitur capere. Ex his aliquanto pauciores esse debent mares, quàm fœmi næ, si ad fructum spectes, si ad delectationem contra. for mosior enim mas. Pauonum greges agrestes transnari ni esse dicuntur in insulis Sami in luco Iunonis. Item in planasia insula M. Pisonis. Hi ad greges constituendos parantur bona ætate, & bona forma. Huic enim natura, formæ è volucribus dedit palmam. Ad admissuram hæ minores bimæ non idoneæ, nec iam maiores natu. Pas cuntur omne genus obiecto frumento, maxime ordeo. Itaq; Scius his dat in mẽses singulos, ordei singulos mo dios, ita vt in fœtura detur vberius, & ante quàm salire incipiant. Is à procuratore ternos pullos exigit, eosq;, cũ creuerint, quinquagenis denarijs vendit vt nulla ouis hũc assequatur fructũ. Præterea oua emit, ac supponit gallinis, ex quibus ex his excussos pullos refert in id tectũ, in quo pauones habet, qđ magnũ pro multitudine pauonũ fieri debet, & habere cubilia discreta, tectorio le uata, quo neq; serpẽs, neq; bestia vlla accedere possit. Præterea locũ habere ante se, quò pastũ exeãt dieb⁹ apricis.

Vtrunq; locum purum esse volunt hæ volucres. Itaq; pastorem earum cum batillo circumire oportet, ac stercus tollere, ac conseruare, quod & ad agriculturam idoneum est, & ad substramen pullorum. Primus hos Q. Hortensius auguralj cœna posuisse dicitur, quod protinus factum tam luxurioſi, quam seueri boni viri laudabant. Quem cito secuti multi extulerunt eorũ pretia, ita vt oua eorũ denarijs veneant quinis, ipsi facile quinquagenis, grex centenarius facile quadragena millia sextertia vt reddat, vt quidam Albutius aiebat, si in singulos ternos exigeret pullos, perfici sexagena posse. VII.

columbis. INTEREA venit apparitor Appij à consule, & augures ait citari, Ille foras exit è villa. At in villam intro inuolant columbæ, de quibus Merula, Axi. Si vnquàm περιστροτροφεῖον constituisses, has tuas esse putares, quamuis feræ essent. Duo enim genera earum in περιστροτροφείῳ esse solent. Vnum agreste, vt alij dicunt laxatile, quod habetur in turribus, ac columinibus villæ, à quo appellatę columbæ, quæ propter timorem naturalem summa loca in tectis captant. Quo fit, vt maxime agrestes sequantur turres, in quas ex agro euolant suapte sponte, ac remeant. Alterum genus columbarum est clementius, quod cibo domestico contentũ intra limina ianuæ solet pasci. Hoc genus maxime est colore albo. Illud alterum agreste sine albo, vario. Ex his duabus stirpibus fit miscellum tertium genus fructus causa atq; incedunt in locũ vnũ, qđ alij vocant περιστερῶνας alij περιστροτροφεῖον, in quo vno sæpe, vel quinq; milia sunt inclusæ. περιστερεών fit, vt testudo magna camera tectus, vno ostio angusto, fenestris punicanis, aut latioribus, reticulatis vtrinq;, vt locus omnis sit illustris, néue serpens, aliudue qđ animal maleficũ introire queat. Intrinsecq; quã leuissimo marmorato toti parietes, ac cameræ oblinũtur, & extrinsecus circũ fenestras, ne mꝰ, aut lacerta, qua adrepere ad colũbaria possit. Nihil enĩ timidius colũba. Singulis paribus colũbaria fiunt rotũda

columba vn. Lirta.



in ordine crebra. Ordines quãplurimi possunt à terra vsq; ad camerã. Colũbaria singula esse oportet, vt os habeant, quo introire, & exire possint. Intus ternorũ palmorũ ex oĩbus partibus sub ordines singulos tabulæ fictæ, vt sint bipalmes, q̃ vtantur vestibulo, ac prodeãt. Aquã purã esse oportet, quæ influat, vnde & bibere, & vbi se lauare possint. Permundæ sunt enĩ hæ volucres. Itaq; pastorẽ colũbaria quotquot mẽsibus crebro oportet euerrere. Est enĩ qđ eũ inquinat locũ appositũ ad agricultur̃. ita vt hoc optimũ esse scripserint aliquot, siue si colũbã quid offenderit, vt medeatur, siqua perierit, vt efferatur. Si qui pulli idonei sunt ad vẽdendũ, promat. Itẽ quæ fœtæ sunt, vt certũ locũ diſclusum ab alijs rete habeant, quo transferantur, è quo foras euocare possint matres. Quod quid ẽ faciunt duabus de causis. Vna si fastidiunt aut inclusæ consenescunt, quo libero aere cũ exierint in agros redintegrentur. Altera de causa propter illiciũ. Ipsæ enĩ propter pullos, quos habent, vtiq; redeunt, nisi à coruo occisæ, aut ab acciptire interceptæ. Quos colum- accipitor barij interficere solent, duabus virgis viscatis defixis in modo rapi terram inter se curuatis, cũ inter eas posuerint obligatũ animal, quod intercipere soleant accipitres, qui ita decipiuntur, cũ se obleuerint visco. Colũbas redire solere ad locũ licet animaduertere, qđ multi in theatro è sinu missas faciunt, atq; ad locũ redeũt, quæ nisi reuerterentur, non emitterẽtur. Et cibus apponitur circũ parietes in canalibus, quas extrinsecus per fistulas supplent. Delectantur milio, tritico, ordeo, piso, faseolis, eruo. Itẽ feras has in turribus, ac summis villis, qui habẽt agrestes colũbas, quoad possunt immittunt in περιστερῶνας æstate bona, parãtq; vt nec pullos, necq; vetulas, totidẽq; mares quot fœminas habeãt. Nihil colũbis fœcũdius. Itaq; diebꝰ quadragenis cõcipit, & parit & incubat, & educat, & hoc ferè totũ annũ faciunt. Tantũmodo interuallũ faciunt à bruma ad æquinoctiũ vernũ. Pulli nascũtur bini, q simulac creuerũt, & habẽt robur, cum matribus pariunt.

Qui saginare solent pullos columbinos, quo pluris vendant secludunt eos, cū iam pluma sunt tecti. Deinde manducato candido farciunt pane hyeme hoc bis, æstate ter mane, meridie, vesperi, hyeme demunt cibum medium. Qui iam pinnas habere incipiunt, in nido relinquūt illis cruribus, & matribus, verius vt cibo vti possint, obijciūt. Eo enim totum diem se, & pullos pascunt. Qui ita educantur, celerius piguiores quam alij fiunt, & candidiores, parentes eorum Romæ, si sunt formosi, bono colore, integri, boni seminis, paria singula vulgo veneunt ducenis numis, nec non eximia singulis millibus numū, quas nuper cum mercator tanti emere vellet à L. Axio equite romano, minoris quadringentis denarijs daturū negauit. Axius, Si posse ingt, emere περιστερῶνα factū, quēadmodū in ædibus eū habere vellē, fictilia columbaria, iā ijssem emptū, & misissem ad villā. Quasi vero inquit Pica, nō in vrbe quoq; sint multi, colūbaria qui in tegulis habēt. An tibi nō videtur habere περιστερῶνας, cū aliquot supra cētū milliū sextertiū habeāt instrumētū? è queis alicuius totū emas cēseo, & ante q̄ ædifices rure, magnum condiscas hic in vrbe quotidie lucrum ex asse semissem condere in loculos. Cap. VIII.

AXIVS tu Merula deinceps perge. Ille, Turturibus inquit, locū constituēdū proinde magnū, ac multitudinē alere velis. Eūq; itē vt de columbis dictū est, vt habeat ostiū, ac fenestras, & aquā purā, ac parietes, ac cameras munitas tectorio. Sed pro columbarijs in pariete mutulos, aut palos in ordine, supra, quos tegeticulæ canabinę sint impositę. In fimū ordinē oportet abesse à terra non minus tres pedes, inter reliquos dodrantes, à summo ad camerā ad semipedē, æque late mutili à pariete extare possunt, in quibus dies, noctesq; pascūtur. Cibatui quod fit obijciunt triticū siccū in centenos vicenos turtures ferè semodiū quotidie euerrētes eorū stabula, à stercore ne offendantur, quod itē seruatur ad agrū colendū. Ad saginandum appositissimum tempus circiter messem.



Etenim matres eorum tunc optimæ sunt, cum pulli plurimi gignuntur, qui ad farturam meliores. Itaq; eorum fructus id temporis maxime consistit. Cap. IX.

AXIVS. Ego quę requiro farturæ à sura membra de palumbis, de gallinis dic sodes Merula, tum de reliquis, si quid idoneum fuerit, roncinari licebit. Ille. Igitur sunt, gallinæ quæ vocantur. generum trium villaticæ, & rusticę, & africanę. Gallinæ villaticę sunt, quas deinceps rure habent in villis. De his qui ὀρνιθοβοσκεῖον instituere volunt, ijdem adhibita scientia, ac çura, vt capiant magnos fructus (vt maxime factitauerunt deliaci) hæc quinque animaduertant oportet. De emptione, cuiusmodi, & quammultas parent. De fœtura, quemadmodum admittant, & pariant. De ouis, quemadmodum incubent, & excudant. De pullis, quemadmodum, & à quibus educentur. Hisce appendix adijcitur, pars quinta quemadmodum saginentur. E queis tribus generibus proprio nomine vocantur fœminæ, quæ sunt villaticæ, gallinæ, mares galli, capi semimares, quod sunt castrati. Gallos castrant, vt sint capi, candenti ferro inurentes calcaria ad infima crura vsque dum rumpantur, atque extet vlcus, quod obliniunt figlina creta. Qui spectat, vt ὀρνιθοβοσκεῖον perfectum habeat, sint licet ei tria genera, paranda maxime villaticas gallinas oportet. E queis in parando eligat fœcundas, plerunque rubicunda pluma, nigris pinnis, imparibus digitis, magnis capitibus, crista erecta ampla. Hæ enim ad partiones sunt aptiores. Gallos salaces, qui animaduertunt si sunt lacerto si, rubenti crista, rostro breui acuto, oculis rauis, aut nigris, palea rubra subalbicanti. collo vario aut aureolo, fœminibus pilosis, cruribus breuibus, vnguibus longis, caudis magnis, frequentibus pinnis. Item qui elati sunt, ac vociferant sæpe, in certamine pertinaces, & qui animalia, quæ nocent gallinis, non modo non pertimescant, sed etiam pro gallinis propugnent. Nec tamen sequendum in seminio legendo tanagricos, ac medicos,

& chalcidicos, qui sine dubio sunt pulchri, & ad prælian
dum inter se maxime idonei, sed ad partus sunt sterilio
res. Si ducentas alere velis, locus septus attribuendus, in
quo duæ caueæ coniunctæ magnæ cõstituendæ, quę spe
ctent ad exorientem versus, vtræq; in longitudinem cir
citer decem pedes, latitudine dimidio minores, altitudi
ne paulo humiliores. Vtriſq; feneſtræ latitudine tripeda
li, & eo pede altiores è viminibus factę raris, ita vt lumẽ
prębeant multum, neq; per eas quicquã ire intro possit,
quod nocere solet gallinis. Inter duas ostium sit, qua gal
linarius curator earum ire possit. In caueis crebræ per
ticæ traiectæ sint, vt omnes sustinere possint gallinas.
Contra singulas perticas in pariete exculpta sint cubilia
earum, ante sit (vt dixi) vestibulum septum, in quo diur
no tempore esse possint, atq; in puluere volutari. Præte
rea sit cælla grandis, in qua curator habiter, ita vt in pa
rietibus circum oĩa posita sint cubilia gallinarum, aut ex
culpta, aut afficta firmiter. Motus enĩ cum incubant no
cet. Incubilibus, cum parturient, acus substernendum. cũ
pepererint, tollere substramen, & recens aliud subijcere,
quod pulices, & cætera nasci solent, quæ gallinam con
quiescere non patiuntur, ob quam rem oua aut inæqua
biliter matureſcunt, aut conſeneſcunt. Quæ velis incu
bet, negant plus vigintiquinq; oportere oua incubare,
quamuis propter fœcunditatem pepererit plura. Opti
mum esse partum æquinoctio verno, aut autumnali. Ita
q; quæ ante, aut postea nata sunt, & etiam prima eo tem
pore, non supponenda, & ea, quæ subijcias, potius è vetu
lis, quàm è pullastris, & quibus subijcias rostra, aut vn
gues non habeant acutos, quæ debent potius in concipi
endo occupatæ esse quàm in cubando. Apositissimæ ad
partum sunt anniculæ, aut bimæ. Si oua gallinis pauoni
na subijcies, cum iam decẽ dies pauonina fouere cœpit,
tum deniq; gallinacea subijcere, vt vnà excudãt. Gallina
ceis enĩ pullis bis deni dies opus sunt, pauoninis ter no
ueni. Eas includere oportet, vt diẽ, & noctem incubent,



præterq̃ mane & vespere dũ cibus, ac potio his detur. Cu
rator oportet circumeat diebus interpositis aliquot, ad
vertere oua, vt æquabiliter concalefiãt. Oua plena sint, Oua quo
atq; vtilia, necne, animaduerti aiunt posse, si demiseris in bus sint
aquã. quod inane natat, plenũ desidit. Qui (vt hoc intel videndum
ligãt) concutiũt, errare, quod in eis vitales venas confun
dũt. In ijs idẽ aiunt, cũ ad lumẽ sustuleris, quod perlucet,
id esse ob inane. Qui hæc volũt diutius seruare, perfricãt
sale minuto, aut muria, atq; ita sinũt tres, aut quatuor ho
ras, eaq; abluta condũt in furfures, aut acus. In supponen
do oua obseruãt, vt sint numero imparia. Oua, quę incu
bantur, si habeãt in se semẽ pulli, curatur quatriduo post
quã incubari cœperint, intelligere potest, si contra lumẽ
tenuit, & purũ vniusmodi esse animaduerterit, putãt eji-
ciendum, & aliud subijciendum. Excussos pullos subdu-
cendum ex singulis nidis, & subijciendum ei, quæ habeat
paucos. Ab eaq;, si reliqua sint oua pauciora, tollenda, &
subijcienda alijs, quæ nondũ excuderint, & minus habẽt
triginta pullos. Hoc enĩ gregẽ maiorẽ non faciendum. Edocnat
Obijciendum pullis diebus quindecim primis mane sub pullorum
iecto puluere (ne rostris noceat terra dura) polentã mistã
cum nasturtij semine, & aqua aliquanto ante facta intri
ta, & ne tum deniq; in eorum corpore turgescat, aqua
prohibendũ. Quando de clunibus cœperint habere pin
nas, è capite, & è collo eorum crebro eligendi pedes. Sæ
pe. n. propter eos conseneſcunt. Circum caueas eorũ in- Corum c
cendendum cornu ceruinum, ne qua serpẽs accedat, qua- ruinum
rum bestriarum ex odore solẽt interire. Prodigendi in so
lem, & sterquilinium, vt se volutare possint, quod ita
alibiliores fiunt. Neq; pullos tantum, sed omne ὀρνιθο-
βοσκεῖον cum æstate, tum vtiq; cum tempestas est,
molle, atq; apricum eligi debet intento supra rete, quod
prohibeat eas extra septa volare, & in eas inuolare ex
trinsecus accipitrem, aut quid aliud. Euitare item cal
dorem, & frigus oportet, quod vtrunq; his aduersum.
Cum iam pinnas habebunt, consuefaciendum, vt vnam

aut duas gallinas sectentur. Cæteræ vt potius ad parien
dum sint expeditæ quàm in nutricatu occupatæ. Incuba
re oportet incipere secundum nouam lunam, quod ferè
quæ ante, pleraq; non succedunt. Diebus ferè viginti ex
cudunt. De quibus villaticis (quoniam vel nimium di
ctum) breuitate reliqua cõpensabo. Gallinæ rusticæ sunt
in vrbe raræ, nec ferè mansuetæ sine cauea videntur Ro
mæ, similes facie non his villaticis gallinis nostris, sed
Africanis aspectu, ac facie incontaminata. In ornatibus
publicis solent poni cum psittacis, ac merulis albis, item
alijs id genus rebus inusitatis. Neq; ferè in villis oua, ac
pullos faciunt, sed in syluis. Ab his gallinis dicitur insula
Gallinaria appellata, quæ est in mari thusco secundum
Italiam contra montes Ligusticos, viginti milliũ albin
gaunium, alij ab his villaticis inuectis à nautis ibi ferè fa
ctis procreatis. Gallinæ africanæ sunt grandes, varię, gib
beræ, quas μελεαγρίδας appellant græci. Hæ nouissi
mæ in triclinium gancarium introierunt è culina pro
pter fastidium hominum. Veneunt propter penuriam
magno. De tribus generibus, gallinæ faginantur maxi
me villaticæ. Eas includunt in locum tepidum, & angu
stum, & tenebrosum, quod motus earum, & lux pingui
tudini inimica. electis ad hanc rem maximis gallinis,
nec continuo his, quas melicas appellant falsò, quod an
tiqui vt thetin thelim dicebant, sic medicam melicã vo
cabant. Hç primo dicebantur quia ex Media propter ma
gnitudinem erant allatæ, quæq; ex his generatæ postea
propter similitudinem. Amplas omnes ex his, euulsis ex
alis pinnis, & cauda farciunr turundis ordeaceis, partim
admistis ex farina loliacea, aut semine lini ex aqua dulci.
Bis die cibum dant, obseruantes ex quibusdam signis, vt
prior sit concoctus, quàm secundum dent. Dato cibo, tũ
perpurgant caput, ne quos habeant pedes, rursus eas cõ
cludunt. Hoc faciunt vsq; ad dies vigintiquinq;. Tum de
niq; pingues fiunt. Quidam ex triticeo pane intrito in
aquam misto vino bono, & odorato farciunt, ita vt die



bus viginti pingues reddant, ac teneras. Si in farciendo
nimio cibo fastidiunt, remittendum in datione propor
tione, sic vt decem primis processit, in posterioribus, vt
diminuat eadem ratione, vt vigesimus dies, & primus
sit par. Eodem modo palumbes farciunt. ac reddunt
pingues.

Cap. X.

TRANSI inquit Axius nunc in illud genus, qđ vos
philograeci vocatis ἀμφίβιον quod non est vlla villa,
ac terra contentum, sed requirit piscinas, quas, quia ibi
anseres aluntur, nomine χηνοβοσκεῖον appellatis. Ho
rũ greges Scipio. Metellus, et M. Seius habẽt magnos ali
quot. Merula, Seius inquit, ita greges comparauit anserũ,
vt hos quinq; gradus obseruaret, quos in gallinis dixi.
Hi sunt de genere, de fœtura, de ouis, de pullis, de sagina.
Primum iubebat seruum in legendo obseruare, vt essent
ampli, & albi, quod plerunq; pullos similes sui faciunt.
Est enim alterum genus varium, quod ferum vocatur,
nec cum his libenter congregatur, nec æque fit mansue
tum. Anseribus ad admittendum tempus aptissimum est
à bruma, ad pariendum, & incubandũ à Cal. Martij vsq;
ad solstitium. Saliunt ferè in aqua, dum se mergunt in
flumen, aut piscinam. Singulæ non plus quater in anno
pariunt. Singulis vbi pariunt, faciundum haras quadra
tas circum binos pedes, & semipedem. Eis substernendũ
palea. Notandum earum oua aliquo signo, quod aliena
non excudunt. Ad incubandum supponunt plerunq;
nouem, aut vndecim. Qui hoc minus septem, qui hoc
plus quindecim. Incubat tempestatibus dies triginta, te
pidioribus vigintiquinq;. Cũ excudit, quinq; diebus pri
mis patiuntur esse cum matre. Deinde quotidie serenũ
cum est, producunt in pratis iuxta piscinas, aut paludes,
hisq; faciunt haras supra terram aut subtus, in queis non
includant plus vicenos pullos. Easq; cællas prouident
ne habeant in solo humorem, sed habeant molle substra
men è palea, aliáue qua re, néue eò accedere possint mu
stellæ, aliæúe bestiæ, quæ noceant. Anseres pascunt in hu

midis locis, vbi pabulum serunt, quod aliquem fructum ferat, seruntq; his herbã, quę vocatur seris, quod ea aqua tacta etiam cum est arida, fit viridis. Folia eius decerpentes dant, ne si comederint, vbi nascitur, aut obterendo perdant, aut ipsi cruditate pereant. Voraces enim sunt natura. Quo temperandum ijs, qui propter cupiditatem sæpe in pascendo si radicem prenderint, quã educere velint è terra, obrumpunt collum. Perimbecillum enim id, vt caput molle. Si hæc herba non est, dandum ordeum, aut frumentum aliud. Cum est tempus ferraginis, dandũ vt in satis seris dixi. Cum incubant, ordeum his intritũ in aqua apponendum. Pullis primum biduo polenta, aut ordeum apponitur, tribus proximis nasturtium viride consectum minutatim ex aqua in vas aliquod. Cum autẽ sunt inclusi in haras, aut speluncas, vt dixi, victui obijciunt his polentam ordeaceã, aut farraginem, herbámue teneram aliquam concisam. Ad saginandum eligunt pullos circiter sexquimense qui nati sint, eos includunt in saginario, ibiq; polentam, & pollinem aqua madefactã dant cibum, ita vt perinde se saturent. Secundum cibum large vt bibant faciunt potestatem. Sic curati circiter duobus mensibus fiunt pingues quotcunq; sumpserunt. Locus solet purgari, quod ipsi amant locum purũ, neq; ipsi vllũ, vbi fuerint, relinquunt purũ. Cap. XI.

QVI autem volunt greges anatum habere, & constituere νεοσσοτροφεῖον, primum locum, queis est facultas, eligere oportet palustrem, quod eo maxime delectãtur. si id non, potissimum ibi, vbi sit naturalis aut lacus, aut stagnum, aut manufacta piscina, quò gradatim descẽdere possint. Septum altũ esse oportet, vbi versentur, ad pedes quindecim, vt vidistis ad villã Sei, qđ vno ostio claudatur, circum totum parietẽ intrinsecus crepido lata, in qua secundum parietẽ sint tecta cubilia, ante ea vestibulum exæquatum tectorio opere testaceo. In eo ppetua canalis in quã & cibus ponitur, & immittitur aqua sic enim cibũ capiunt. Oẽs parietes tectorio leuigantur,



ne feles, aliáue quæ bestia introire ad nocendum possit. id septum totũ rete grandibus maculis integitur, ne eò inuolare aquila possit, néue ex ea euolare anas. Pabulum his datur triticum, ordeum, vinacei, vuæ, nonnunquam etiam ex aqua cammari, & quædam huiusmodi aquatilia. Quæ in eo sepio erunt piscinæ, in eas aquam large influere oportet, vt semper recens sit. Sunt item non dissimilia alia genera, vt querquedulæ, phalarides, sic perdices, quæ, vt Archelaus scribit, voce maris audita, concipiunt. Quæ vt superiores, neq; propter fœcunditatem, neq; propter suauitatem saginantur, sed sic pascendo fiunt pingues. Quod ad villaricarum pastionum primum actum pertinere sum ratus, dixi. Cap. XII.

INTEREA redit Appius, et percunctati nos ab illo, et ille à nobis quid esset dictum, ac factum, Appius sequitur inquit, actus secundi generis, affictitius ad villam qui solet esse, ac nomine antiquo à parte quadam leporariũ appellatum. Nam neq; solum lepores in eo includuntur sylua, vt olim in iugero agelli, aut duobus, sed etiam cerui, aut capreæ in iugeribus multis. Quintus Fuluius leporarium dicitur habere in Tarquinienſi septum, iugerum XL. in quo sunt inclusa non solum ea, quæ dixi, sed etiã oues ferę, etiã hoc maius hic in statonensi, et quidam in locis alijs. In Gallia vero transalpina T. Pompeius tantũ septũ venationis, vt circiter trigintamillia passuũ locũ inclusum habeat. Præterea in eodẽ consepto habere solet, de animalibus cochlearia, atque alucaria, atque etiam dolia, vbi habeat glires conclusos. Sed horum omnium custodia incrementum, & pastio aperta, præterquam de apibus. Quis enim ignorat septa è macerijs, ita esse oportere in leporario, vt tectorio tecta sint, & sint alta. Alterum ne feles, aut meles, aliáue quæ bestia intrare possit, alterum ne lupus transilire. Ibiq; esse latebras, vbi interdiu lepores delitescant in virgultis, atque herbis, & arbores patulis ramis, quæ aquilæ impediant conatus. Quis item nescit, paucos si lepores mares in fœmi

nas intromiserit, breui tempore fore vt impleatur? tanta fœcunditas huius quadrupedis. Quatuor enim modo si intromiseris in leporariũ, breui solet repleri. Fit enĩ sæpe cũ habẽt catulos recentes, alios vt in vẽtre habere reperiantur. Itaq; de his Archelaus scribit, annorum quot sint si quis velit scire, inspicere oportere foramina naturæ, quot sine dubio alius habet alio plura. Hos quoq; nuper institutum vt saginarent pleraq;, cum exceptos è leporario concludant in caueis, & loco clauso faciant pingues. Eorũ ergo tria genera ferè sunt. Vnũ Italicum hoc nostrum pedibus primis humilibus, posterioribus altis, superiore parte pulla, ventre albo, auribus longis. qui lepus dicitur cum prægnans sit, tamen concipere. In Gallia transalpina, et Macedonia fiunt permagni. In Hispania, & in Italia mediocres. Alterius generis est, quod in Gallia nascitur ad alpes, qui hoc ferè mutant, quod tori candidi sunt. Hi raro perferũtur Romam. Tertij generis est, quod in Hispania nascitur, similis nostro lepori ex quadam parte, sed humile, quem cuniculum appellant. Lucius Aelius putabat ab eo dictum leporem à celeritudine, quod leuipes esset. Ego arbitror à græco vocabulo antiquo, quod eũ Aoeles Bœotiæ leporem appellabât. Cuniculi dicti ab eo, quod sub terra cuniculos ipsi facere solent, vbi lateant in agris. Horum omnium tria genera, si possis, in leporario habere oportet, duo enim vtiq; te habere puto, et quod in Hispania annis ita fuisti multis, vt inde te cuniculos persecutos credam. Cap. XIII.

APROS quidem habere posse in leporario, nec magno negotio tibi est, captiuos, & cicures, qui ibi nati sint, & pingues solere fieri scis inquam Axi. Nam quem fundum in Thusculano emit hic Varro, à M. Pisone vidisti ad buccinam inflatam certo tempore apros, & capreas conuenire ad pabulum, cum è superiore loco è palæstra effunderetur apris glans, capreis vicia aut quid aliud. Ego vero inquit ille apud Q. Hortensium cũ in agro laurẽti essem, ibi istuc magis τραγικῶς fieri vidi.



Nã sylua erat (vt dicebat) supra quinquaginta iugerũ maceria septa, quod nõ leporariũ, sed θηριοτροφεῖον appellabat. Ibi erat locus excelsus, vbi triclinio posito cœnabamus. Quintus Orphea vocari iussit, qui cum eò venisset cũ stola, & cithara, & cantare esset iussus, buccinã inflauit, vbi tanta circunfluxit nos ceruorũ, aprorũ, & cæterarum quadrupedũ multitudo, vt nõ minus formosum mihi visum sit spectaculũ, q̃ in circo maximo ædiliũ nõ sine africanis bestijs cũ fiũt venationes. Cap. XIIII.

AXIVS tuas partes (inquit) subleuauit Appius ò Merula noster. Quod ad venationẽ pertinet, breuiter secundus transactus est actus. Nec de cocleis, ac gliribus quæro, quod reliquũ est. neq; enĩ, magnũ emolumentũ esse potest. Nõ istuc tã simplex est inquit Appius, q̃ tu putas ò Axi noster. Nam & idoneus sub dio sumendus est locus cochlearijs, quẽ totũ circũ aqua claudas, ne quas ibi posueris ad partũ, nõ liberosearũ, sed ipsas quæras. Aqua inquã cludendę, ne fugitiuarius sit parãdus locus. Is melior, quẽ & nõ coquit sol, & tangit ros. Qui si naturalis nõ est, vt ferè nõ sunt in aprico loco, neq; habeas in opaco, vbi facias, vt sunt sub rupibus, ac montibus, quorũ alluãt radices lacus, ac fluuij, manu facere oportet rosidũ, q̃ fit, si ad duxeris fistulã, & in eã papillas imposueris tenues, quæ eructẽt aquã, ita vt in aliquẽ lapidẽ incidat, ac late dissipetur. Paruus his cibus opus est, & is sine administratore. Et hũc, dũ serpit, nõ solũ in area reperit, sed etiã si riuus nõ prohibet in parietes stantes inuenit. Deniq; ipsæ ex gruminantes ad propalã vitã diu producũt, cũ ad eã rẽ pauca laurea folia interiiciãt, et aspergãt furfures nõ multos. Itaq; cocus has viuas an mortuas coquat, plerũq; nescit. Genera cochlearũ sunt plura, vt minutę albulę, quę asseruntur è reatino, & maxime quę de illyrico apportantur, & mediocres, quę ex Africa afferuntur. Nõ quod in his regionibus q̃busdã locis, eæ magnitudinibus nõ sint dispariles, nã & valde amplę sunt, quædã ex Africa, quæ vocantur solitanę, ita vt carũ calices quadrãtes octogin

ta capere possint, & sic in alijs regionibus eædē inter se collatę & minores sunt, & maiores. Hę in fœtura pariūt innumerabilia. Earū semē minutū, ac testa molli, diutur nitate obdurescit, magnis insulis in areis factis, magnum bolum deferunt æris. Has quoq; saginare solent ita, vt ollam cum foraminibus incrustent sapa, & farre, vbi pascantur, quæ foramina habeat, vt intrare aer possit. Viuax. n. hæc natura. Cap. XV.

De gliribus. Simile lib. 2. cap. 4.

GLIRARIVM aūt dissimili ratione habetur, quod nō aqua, sed maceria locus sepitur. Tota leui lapide, aut tectorio intrinsecus incrustatur, ne ex ea erepere possit. In eo arbusculas esse oportet, q̄ ferāt glandē. quæ, cū fructū nō ferūt, intra maceriā iacere oportet glandē, et castaneā vnde saturi fiant. Facere his caueas oportet laxiores, vbi pullos parere possint. Aquā oportet esse tenuē, quod ea nō vruntur multū, & aridū locū quærūt. Hi saginantur in doliis. quæ etiā in villis habēt multi, quæ figuli faciūt multo aliter, atq; alia, quod in lateribus eorū semitas faciūt, et cauū, vbi cibū constituāt. In hoc doliū addūt glandē, aut nuces iuglandes, aut castaneā. Quibus in tenebris, cū cumulatim positū est in dolijs, fiūt pingues. Ca. XVI.

De apibus.

APPIVS igitur relinquitur, inquit, de pastione villatica tertius actus de piscinis. Quid tertius inquit Axius? An quia tu solitus es in adolescentia tua domi mulsum non bibere propter parsimoniā, nos mel negligemus? Appius nobis, verū dic inquit. Nā cū pauper cū duobus fratribus, & duabus sororibus essem relictus, quarū alterā sine dote dedi Lucullo, à quo hæreditate mi cessa primū, & primus mulsum domi meæ bibere cœpi ipse, cum interea nihilo minus penè quotidie in conuiuio omnibus darē mulsum. Præterea meū erat nō tuū, eas nouisse volucres, quibus natura plurimum ingenij, atq; artis tribuit, itaq; eas melius me nosse, q̄ te, vt scias, de incredibili earū auium natura audi. Merula, vt cætera fecit ἰσοχρώμους, quæ sequi meliturgi soleāt, demonstrabit. Primum apes nascuntur partim ex apibus, partim ex bubulo corpore putrefacto, Itaq; Archelaus ī epigrāmate ait eas esse βοὸς φθινομένης πεποικμένα τέκνα. Idem.

ἵππων μὲν σφῆκες γενιὰ μόχθων δὲ μέλισσαι.
ἵππου μὲν σφηκῶν γένεσις. μόχθοι δὲ μελισσῶν.

Hæ apes nō sunt solitaria natura, vt aquilę, sed vt hoies. Quod si hoc faciunt etiā graculi, at nō idē, quod hic, societas operis, & ædificiorū, quod illic non est. Hic ratio, atq; ars, ab his opus facere discūt, ab his ædificare, ab his cibaria condere. Tria enī harū, cibus, domus, opus, neq; idē quod cibus cera, neq; quod ea mel, nec quod mel domus, nā in fauo cælla ex angulis totidē, quot habet ipsa pedes (quod geometræ ἐξάγωνον fieri in orbi rotundo ostendūt) vt plurimū loci includant. Foris pascuntur, intus fauos melle farciunt, quod dulcissimum quidē est & dijs, & hominibus acceptum, quod fauus venit in altaria, & mel ad principia conuiuij, & in secundam mensam administratur. Hæ vt hominum ciuitates, quod hic est & rex, & imperiū, & societas, quod sequuntur omnia pura. Itaq; nulla harum assidit in loco inquinato, aut eo, qui male oleat, neq; etiā in eo, qui bona olet vnguenta, itaq; his vnctus qui accesserit, pungunt. Nō vt muscæ liguriunt, quod nemo has videt (vt illas) in carne, aut sanguine, aut adipe. Ideo modo confidunt, in quo est sapor dulcis. minime malefica, quod nullius opus vellicās facit deterius. Neq; ignaua, vt nō ei, qui eius opus conetur disturbare, resistat. Neq; tamen nescia suæ imbecillitatis, quæ cum causa musarum esse dicantur volucres, φ & si quando displicatæ sunt, cymbalis, & plausibus, numero reducunt in locum vnum. Et vt his dijs Helicona, atq; olympon attribuerūt homines, sic his floridos, & incultos natura attribuit montes. Regem suum sequuntur quocunq; it, & fessum subleuant, & si nequit volare, sub volant, quod eum seruare volunt. Neq; ipsæ sunt inficiantes, nec non oderunt inertes. Itaq; impetentes à se ciciunt fucos, quod hi neq; adiuuant, & consumunt mel. Quos vociferantes plures psequuntur. Etiā paucæ extra

ostiũ aluei obthurãt oĩa, qua venit inter fauos spũs, quã ἐρίθακον appellãt græci. Oẽs vt in exercitu viuunt, atq; alternis dormiũt, & opus faciunt pariter, & vt colonias mittũt. Hiq; duces conficiũt quędã ad vocẽ vt imitatione tubę. tũ id faciũt, cũ inter se signa pacis, ac belli habeãt Sed ò Merula Axius noster ne, dũ hęc audit, physicã addiscat, quod de fructu nihil dixi, nũc cursu lampãda tibi trado. Merula, de fructu inquit, hoc dico, quod fortasse an tibi satis sit Axi, authorẽ habeo nõ solũ, q aluearia sua locata habet quotannis quinis millibus pondo mellis, sed etiã hũc Varronẽ nostrũ, quẽ audiui dicentẽ, duos milites se habuisse in Hispania fratres veianios ex agro falisco locupletes, quibus cũ à patre relicta esset parua villa, & agellus nõ sanè maior iugero vno, hos circũ villã totã aluariũ fecisse, et hortũ habuisse, ac reliquũ thymo, et cythiso obseuisse, & apiastro, quod alij μελίφυλλον, alij μελισσόφυλλον, qdã μέλινον appellãt. Hos nunq; minus, vt per æque ducerẽt dena millia sextertia ex melle recipere esse solitos, tũ eos et velle expectare, vt suo potius tpe mercatorem admitterẽt, quã celerius alieno. Dic igitur inquit Merula, vbi & cuiusmodi facere me oporteat aluariũ, vt magnos capiã fructus. Ille. μελιτῶνας ita facere oportet, quos alij μελιτοτροφεῖα appellant, candẽ rẽ quidã mellaria. Primũ secundũ villã, potissimũ vbi nõ resonẽt imagines. Hic enĩ sonus harũ fugæ causam existimatur esse. Præterea procerũ esse oportet aere temperato, neq; æstate feruido, neq; hyeme nõ aprico, vt spectet potissimũ ad hybernos ortus, quæ propè se loca habeat ea vbi pabulũ sit frequẽs, & aqua pura. Si pabulũ naturale nõ est, ea oportet dñm serere, quæ maxime sequuntur apes, ea sunt, rosa, serpyllũ, apiastrũ, papauer, faba, lens, pisum, cyperũ, medica, & maxime cythisum, qd̃ valentibus vtilissimũ est. Etenim ab æquinoctio verno florere incipit, & pmanet ad alterũ æquinoctiũ autũni. Sed vt hoc aptissimũ ad sanitatẽ apiũ, sic ad mellificium thymũ. Propter hoc siculũ mel fert palmã, quod ibi thymũ bonũ, & frequens est. Itaq; quidã thymũ contũdũt in pila, & diluunt in aqua tepida, ea conspergunt oĩa seminaria consita apiũ causa. Quod ad locũ pertinet, hoc genus potissimũ eligendũ iuxta villã, nõ quod nõ in villæ porticu quoq; quidã (quo tutius essent) aluearia collocarint. Aluos vbi sint, alij faciunt ex viminibus rotundas, alij è ligno, ac corticibus, alij ex arbore caua, alij fictiles, alij etiam ex ferulis quadratas longas pedes circiter ternos, latas pedem, sed ita vti cum parum sit qua compleant, eas coangustent, ne in vasto loco, & inani despõdeant animum. Hæc omnia vocant à mellis alimonio, aluos, quas ideo medias videntur facere angustissimas, vt figuram imitentur earum. Fictiles fimo bubulo oblíniunt intus, & extra ne asperitate absterreantur, easq; aluos ita collocant in mutilis parietis, vt ne agitentur, nẽue inter se contingant. Cũ in ordinem sint positæ, sic interuallo interposito, alterum, & tertium ordinem infra faciunt, & aiunt potius hinc demi oportere, quàm addi quartum. Media aluo, in qua introeant apes, faciunt foramina patua dextra, ac sinistra. Ad extrema, qua mellarij fauum eximere possint, opercula imponunt aluis. Optimæ fiunt cortice, deterrimæ fictiles, quod & frigore hyeme, & æstate calore vehementissime commouẽtur. Vere tempore, & æstiuo ferè ter in mense mellarius inspicere debet fumigans leuiter eas, & à spurcitijs purgare aluum, & vermiculos eijcere. Præterea vt animaduertat, ne reguli plures existant. inutiles enim fiunt propter seditiones, &, vt quidam dicunt, tria genera cum sint ducũ in apibus, niger, ruber, varius (vt scribit Menecrates) duo niger, & varius, qui ita melior, vt expediat mellario cũ duo sunt eadem aluo, interficere nigrum, quem scit cum altero rege esse seditiosum, & corrumpere aluum, quod fuget, aut cum multitudine fugetur. De reliquis apibus optima est parua, varia, rotunda. Fur, qui vocatur ab alijs fucus, alter est lato ventre. Vespa, quæ similitudinẽ habet apis, neq; socia est operi, & nocere solet morsu,

quã apes à se secernũt. Eæ differũt inter se, quę ferę, et cicures sunt. Nũc feras dico, quæ in syluestrib⁹ locis pasci tant, cicures, quæ in cultis. Syluestres minores sunt magnitudine, & pilosæ, sed opifices magis. In emendo emptorem videre oportet valeant, an sint ægræ. Sanitatis signa, si sunt frequentes in examine, & si nitidæ, & si opus, quod faciunt, est æquabile, ac leue. Minus valentiũ signa si sunt pilosæ, & hortidæ, vt puluerulentæ, nisi opificij eas vrget tempus. Tum enim propter laborem asperantur, & macescunt. Si transferendæ sunt alui in alium locum, id facere diligenter oportet & tempora, quibus id potissimum facias animaduertendum, & loca, quò tranferas, idonea prouidendum. Tempora, vt verno potius quàm hyberno, quòd hyeme difficulter consuescũt, quo sunt translatę manere, itaq; fugiunt plerunq;. Si è bono loco transtuleris eo, vbi idonea pabulatio non est, fugitiuæ fiunt. Nec si ex aluo in aluũ in eodem loco traijcias, negligenter faciendũ. Sed si trãsituræ sunt apes ea, apiastro perfricandũ, quod illiciũ hoc illis, & faui melliti intus ponendi, à faucibus non longe, ne cũ animaduerterint aut inopiam escæ habuisse dicantur, aut cũ sunt apes morbidæ propter primores vernos pastus, qui ex floribus nucis græcæ, & cornu fiunt, cæliacas fieri, atq; vrina pota refici. De his propolim vocant, è quo faciũt ad foramen introitus protectũ in aluũ maxime æstate. Quam rem etiam nomine eodem medici vtũtur in emplastris. Propter quam rem etiam carius in sacra via, q̃ mel venit. Erythacen vocãt, quo fauos extremos inter se cõglutinant, qđ est aliud melius propoli, itaq; in hoc vim esse illiciendi. Quo circa examen vbi volũt cõsidere, eũ ramũ, aliamue quam rem obliniũt hoc admisto apiastro. Fauus est, quem fingũt multicauatũ è cera, cũ singula caua sena latera habeant, quot singulis pedes dedit natura. Neq; quæ afferuntur ad quatuor res faciendas propolim, erythacen, fauũ, mel, ex ijsdem omnibus rebus carpere dicũtur simplex ministeriũ, qđ è malo pu



nico, & asparago cibũ. carpant solũ, ex olea arbore ceram, è fico mel, sed non bonũ. Duplex ministeriũ præberi, vt è faba, apiastro, cucurbita, brassica ceram, & cibũ. Nec non aliter duplex, quod fit è malo, & pyro syluestri, ceram, & mel. Item aliter duplex, q̃ è papauere ceram, & mel. Triplex ministeriũ quoq; fieri vti ex nuce græca, & è lapsana cibũ, mel, ceram. Itẽ ex alijs floribus ita carpere, vt alia ad singulas res sumant, alia ad plures. Nec nõ etiã aliud discrimen sequantur in carptura, aut eas sequatur, vt in melle, qđ ex alia re faciũt liqdũ mel, vt ex siseris flore, ex alia cõtra, spissum, vt è roremarino sic ex alia re, vt è fico mel insuaue, è cythiso bonũ, è thymo optimũ. Cibi pars quoq; potio, & ea his aqua liquida, vnde bibant, esse oportet. eãq; propinquã, quæ præterfluat, aut in aliquẽ locũ influat, ita vt ne altitudine descẽdat duos, aut tres digitos, in qua aqua iaceãt testæ, aut lapilli, ita vt extent paulũ, vbi assidere, & bibere possint. In qua diligenter habenda cura, vt aqua sit pura, qđ ad mellificiũ bonũ vehementer prodest. Quod non omnis tempestas ad pastũ prodire longius patitur, præparãdus his cibus, ne tũ melle solo cogantur viuere, aut relinquere exinanitas aluos. Igitur ficorũ pinguiũ circiter decem pondo decoquunt in aquæ congijs sex, quas coctas in offas propè apponũt. Alij aquam mulsam in vasculis propè vt sit curant. In quam addunt lanam purpuream, per quam fugant vno tenore, ne potu nimiũ impleãtur, aut ne incidant in aquam. Singula vasa ponũt ad aluos singulas, & hac supplentur. Alij ficum, & vuam passam cũ pinserunt, affundunt sapa, atq; ex eo factas offas apponunt. Id tempestatibus, & hyeme cũ in pabulũ procedere non possunt. Cũ examen exiturũ est, qđ fieri solet, cũ adnatæ prospere sunt multæ, ac progeniẽ veteres emittere volunt in coloniã. vt olim crebro Sabini factitarũt propter multitudinẽ liberorũ, duo solẽt præire signa. Vnũ. qđ superioribus diebus maxime vespertinis multæ ante foramẽ (vt vuę) alię ex alijs pẽdẽt cõglobatæ. Alte-

rũ,ꝙ cũ iã euolaturę ſunt,aut etiã inceperũt,cõſonãt ve
hemẽter,perinde vt milites faciunt,cum caſtra mouẽt,
quæ primo tum,exierunt in conſpectu volitãt,reliquas
quæ non dum congregatæ ſunt expectantes, dũ conue-
niant.Cum à mellario id feciſſe ſunt animaduerſæ,iaciũ-
do in eas puluerem,& circum tinniendo ære,perterritas
quò voluerit perducet.Nõ longe inde ramũ,vel quid a-
liud obliniũt erithace,atꝙ apiaſtro,cæterisꝙ rebus, qui
bus delectãtur. Vbi cõſederũt, afferũt aluũ propè eiſdẽ
illicijs illitam intus,& propè appoſita,fumo leui circue-
undo cogũt eas intrare. Vt in nouã coloniã cũ introie-
rint,permaneãt adeo libẽter, vt etiã ſi proximã poſue-
ris illã aluũ,vnde exierũt, tñ nouo domicilio potiꝰ ſint
cõtẽtæ.Quod ad paſtiones pertinere ſum ratus,quoniã
dixi,nũc iã cuius cauſa adhibetur ea cura,de fructu dicã.
Eximendorũ fauorũ ſignũ ſumũt ex ipſis,cũ plenas al-
uos habẽt,& cũ illos geminauerint,ex apibus cõiecturã
capiunt ſi intus faciunt bombũ,& cũ introeũt, ac foras
trepidant,& ſi opercula alui cũ remota ſint.fauorũ fora
mina obducta videntur mellis membranis . Cũ ſint re-
pleti melle,in eximendo quidam dicunt oportere nouẽ
partes tollere,decimam relinquere . Quod ſi omne exi
mas,fore vt diſcedant. Alij hoc plus relinquũt, quàm di
xi, vt in aratis qui faciunt reſtibiles ſegetes , plus tollũt
frumenti ex interuallis,ſic in aluis,ſi non quotannis exi
mas,aut non quoꝙ multum,& magis his aſſiduas habe
as apes,et magis fructuoſas. Eximendorum fauorñ pri
mum tempus eſſe putant vergiliarum exortu.Secundũ
æſtate exacta, ante quàm totus exoriatur arcturus.Ter-
tium poſt vergiliarum occaſum, & ita ſi fœcunda ſit alu
us,vt ne plus tertia pars eximatur mellis,reliquum hy
emationi relinquatur . ſi vero aluus non ſit fertilis vbi
quid eximatur,exemptio cũ eſt maior,neꝙ vniuerſam,
neꝙ palàm facere oportet , ne deficiant animum fauo-
rũ,qui eximuntur,ſiqua pars mellis nihil habet, aut ha-
bet in quinatũ,cultello præſecatur . Prouidẽdũ ne infir-



miores à valentioribus opprimantur. Eo enim minuꝰ
tur fructus.Itaꝙ imbecilliores ſecretas ſubijciunt ſub al-
terum regem.Quæ crebrius inter ſe pugnabunt,aſpergi
eas oportet aqua mulſa. Quo facto non modo deſiſtunt
pugna,ſed etiã conferciũt ſe lingentes , eo magis ſi mul-
ſo ſunt aſperſæ,quo propter odorẽ auidius applicant ſe,
atꝙ obſtupeſcunt potantes. Si ex aluo minus frequen-
tes euadunt,ac ſubſidit aliqua pars,ſuffumigãdũ,& pro-
pè fumus apponẽdus bene olẽtiũ herbarũ maxime api
aſtri,& thymi.Prouidendũ vehemẽter ne propter æſtũ
aut propter frigus diſpereãt.Siquãdo ſubito imbri in pa
ſtu ſunt oppreſſæ,aut frigore ſubito ante quàm ipſe pro
uiderint(id ferè quod accidit raro,vt decipiantur)& im
bris guttis vberius offenſæ iacent proſtratæ,& afflictæ,
colligendum eas in vas aliquod,& reponendum in tecto
loco,ac tepido prono ad meridiẽ quàmmaxime tempe
ſtate bona , & vas ipſum cinere facto è ſilcuneis lignis
infricandum paulo plus caldo quàm tepidiore.Deinde
concutiendum leuiter,vt manu non tangas,& ponendę
in ſole.Quæ.n.ſic concinnatæ concaluerunt,reſtituũt,ſe
ac reuiuiſcunt, vt ſolet ſimiliter fieri in muſcis aqua ne-
catis.Hoc faciundum ſecundũ aluos, vt recõcinnatæ ad
ſuum quæꝙ opus,& domicilium redeant. Cap. XVII.
INTEREA redit ad nos Pauo,& ſi vultis inquit an
choras tollere,latis tabulis ſortitio fit tribuum , ac cœpti
ſunt à præcone renuntiari quem quæꝙ tribus fecerint
ædilẽ.Appius confeſtì ſurgit,vt ibidẽ candidato ſuo gra
tularetur,ac deſcenderet in hortos.Merula, Tertiũ actũ
de paſtionibus villaticis poſtea inquit tibi reddam Axi.
Conſurgentibus illis,Axius mihi,reſpectantibus nobis,
quòd & candidatum noſtrum venturum ſciebamus,Nõ
labores inquit hoc loco diſceſſiſſe Merulam.Reliqua.n.
ferè mihi ſunt nota . Quod cum piſcinarum genera ſint
duo,dulcium,& ſalſarum,alterum apud plebem, & ſine
fructu, vbi lymphæ aquam piſcinis noſtris villaticis mi
niſtrant.Illæ autem maritimæ piſcinæ nobilium,quibus

Neptunus, vt aquã, sic & pisces ministrat, magis ad ocu los pertinent, quàm ad vesicam, & potius marsupiũ domini exinaniunt, quàm replent. Primum.n. ædificantur magno, secundo implentur magno, tertio aluntur magno. C. Hirrius circum piscinas suas, ex ædificijs duodena millia sextertia capiebat. Eam omnem mercedẽ escis, quas dabat piscibus, consumebat. Non mirũ. Vno tempore.n. memini hunc Cæsari sex millia murenarum mutua dedisse in pondus, & propter piscium multitudinem quadragies sextertio villam venisse. Quare nostra piscina ac mediterranea plebeia recte dicitur dulcis, & illa amara. Quis enim nostrũ non vna contentus est hac piscina? Quis contra, maritimas nõ ex piscinis singulis plures coniunctas habet? Nam vt Pausias, & cæteri pictores eiusdem generis loculatas magnas habẽt arculas, vbi diuersi colores sint certas, sic hi loculatas habent piscinas, vbi dispares discluſos habeant pisces, quos perinde vt sacri sint, ac sanctiores quàm illi in Lydia, quos sacrificanti tibi Varro ad tibicinem græcum gregatim venisse dicebas ad extremum litus, atq; aram, q; eos capere auderet nemo, cum eodem tempore insulas ludinorum ibi corrosas vidisses. Sic hos pisces nemo coquus in ius vocare audet. Quintus Hortensius familiaris noster, cum piscinas haberet magna pecunia ædificatas ad baulos, ita sæpe cum eo ad villam fui, vt illum sciam semper in cœnam pisces puteolos mittere emptum solitum. Neq; satis erat eum non pasci piscinis, nisi eos ipse pasceret vltro. Ac maiorem curam sibi haberet, ne eius esurirent mulli, quàm ego habeo, ne mei in rosea esuriant asini. et quidem vtraq; re, & cibo, & potione, cũ non paulo sumptuosius, quàm ego his ministret victum. Ego enĩ vno seruulo, ordeo non multo, aqua domestica, meos multinumos alo asinos. Hortensius primũ qui ministrarent piscatores habebat cõplures, qui pisciculos minutos aggerebant frequenter, vt à maioribus absumerentur. Preterea fulsamenta in eas piscinas emptitia conijciebat, cũ



mare turbaretur, vti per tempestatem suis piscibus è macello cætariorum vti è mari obsonium præberet, cum neq; cuerriculo illi in litus educere possent viuam fagi nam plebeiæ cœnæ pisces. Celerius voluntate Hortensij ex equili educeres rhedarios, vt tibi haberes, mulos. quã è piscina barbatum mullum. At inquit ille: Non minor cura eius erat de ægrotis piscibus, quàm de minus valentibus seruis. Itaq; minus laborabat, ne seruus æger, quàm aquam frigidam biberent sui pisces. Etenim hac incuria laborare aiebat M. Lucullũ, & piscinas eius despiciebat, q; æstiuaria idonea non haberet, ac in residem aquam, & locis pestilentibus habitarent pisces eius. Contra ad Neapolim L. Lucullus, posteaquam perfodisset montem, ac maritima flumina immisisset in piscinas, quæ reciprocæ fluerent, ipse Neptuno non cederet de piscatu, factũ esse enim vt amatos pisces suos videatur propter æstus eduxisse in loca frigidiora, vt appuli solent pecuarij facere, q; propter calores in montes sabinos pecus ducunt. In Baiano autem tanta ardebat cura, vt architecto permiserit, vt suam pecuniam cõsumeret, dummodo perduceret specus è piscinis in mare, obiectaculo quo æstus bis quotidie ab exorta luna ad proximam nouam introire, ac redire rursus in mare posset, ac refrigerare piscinas.

Nos hæc. At strepitus à dextra, & eccum recta candidatus noster designatus ædilis. Cui nos occurrimus, & gratulati in capitoliũ prosequimur, ille inde eundo suam domũ, nos nostram. Opinionis nostræ sermonem de pastione villatica summatim hunc, quem exposui, habeto.

FINIS.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER PRIMVS.

SAEPENVMERO ciuitatis nostrę principes audio culpantes modo agrorum infœcunditatem, modo cœli permulta iam tempora noxiam frugibus intemperiem, quosdam etiam prædictas querimonias velut ratione certa mitigantes, qđ existiment vbertate nimia prioris æui defatigatum, & effœtum solum nequire pristina benignitate præbere mortalibus alimẽta. Quas ego causas Publi Siluine procul à veritate abesse certum habeo, quod neq; fas est existimare humi naturam, quam primus ille mundi genitor ꝑpetua fœcunditate donauit, quasi quodam morbo sterilitate affectā, neq; prudentis est credere tellurem, quæ diuinā, & æternam iuuentam sortita communis omnium parens dicta sit, quia & cuncta peperit semp, & deinceps paritura sit, velut hominem consenuisse. Nec posthæc reor intẽperātia cœli nobis ista, sed nostro potius accidere vitio, qui rem rusticam pessimo cuiq; seruorum velut carnifici noxiæ dedimus, quam maiorum nostrorum optimus quisq; optime tractauerit. Atqui ego satis mirari non possum, quid ita dicendi cupidi seligant oratorem, cuius imitentur eloquentiā, mensurarum, & numerorum modum rimantes placitæ disciplinę consectentur magistrũ vocis, & cantus modulatorem, nec minus corporis gesticulatorẽ scrupulosissimæ requirant saltationis, ac musicę rationis studiosi. Iamq; qui ædificare velint, fabros, & architectos aduocent, qui nauigia mari concedere, gubernandi peritos, qui bella moliri, armorum, & militiæ gnaros, &, ne singula persequar, ei studio, quod quis agere velit, consultissimum rectorem adhibeat. Denicq; animi sibi quisq; formatorẽ, præceptoremq; virtutis è cœtu sapientium arcessat. Sola res rustica, quæ sine dubitatione proxima, & quasi consanguinea sapientię est, tam discentibus egeat, quàm magistris. Adhuc enim scholas Rhetorum, & (vt dixi) geometrarum, musicorumq;, vel quod magis mirandum est, contemptissimorum vitiorum officinas gulosius condiendi cibos, & luxuriosius fercula struendi, capitumq;, & capillorum concinnatores non solum esse audiui, sed & ipse vidi. Agricolationis neq; doctores qui se profiterentur, neq; discipulos cognoui. Cum etiam si prædictarum artium professoribus ciuitas egeret, tamen sicut apud priscos florere posset resp. Nam sine ludicris artibus, atq; etiam sine causidicis olim satis fœlices fuere, futuręq; sunt vrbes. At sine agricultoribus nec consistere mortales, nec ali posse manifestum est. quo magis prodigij simile est, quod accidit vt res corporibus nostris, vitæq; vtilitati maxime cõueniens minimam vsq; in hoc tempus consumationẽ haberet, idq; sperneretur genus amplificandi, retinendiq; patrimonij, quod omni crimine caret. Nam cætera diuersa, & quasi repugnantia dissident à iustitia. Nisi equidem existimamus cepisse prædam ex militia, quæ nobis nihil sine sanguine, & cladibus alienis affert. An bellum perosis, maris, & negotiationis alea sit optabilior, vt rupto naturæ fœdere, terrestre animal homo, ventorũ, & maris obiectus iræ, se fluctibus audeat credere, sempeiq; ritu volucrum, longinqui litoris peregrinus, ignotum pererret orbem? An fœneratio probabilior sit etiam his inuisa, quibus succurrere videtur? Sed ne caninum quidem (sicut dixere veteres) studium præstantius locupletissimum quenq; adlatrandi, et contra innocentes, ac pro nocentibus neglectum à maioribus, à nobis etiam concessum intra mœnia, et in ipso foro latrocinium? An honestius duxerim mercenarij salutatoris mendacissimum aucupium circumuolitantis limina potentiorum, summumq; regis sui rumoribus augurantis, neq; enim roganti quid agitur intus, respondere serui dignantur. An putem fortunatius à cathenato repulsum ianitore sæpe

Universidade de São Paulo Biblioteca



nocte sera foribus ingratis adiacere, miserrimoq; famu latu per dedecus, fascium decus, & imperium profuso ta men patrimonio mercari? Nam nec gratuitæ seruituti, sed donis rependitur honor. quæ si & ipsa, & eorum si milia bonis fugienda sunt, superest (vt dixi) vnũ genus liberale, & ingenuum rei familiaris augendæ, quod ex a gricolatione contingit. Cuius præcepta si vel temere ab indoctis, dum tamen agrorũ possessoribus, antiquo mo re administrarentur, minus iacturæ paterentur res rusti cæ. Nam industria dominorum cum ignorantiæ detri mentis multa pensaret. Nec quorum commodum age retur, tota vita vellent imprudentes negotij sui conspi ci, eoq; discendi cupidiores agricolationem pernosceret. Nunc & ipsi prædia nostra colere dedignamur, & nullius momenti ducimus peritissimum quenq; villicum fa cere, vel si nescium, certe vigoris experrecti, quo celeri us, quod ignoret, addiscat. Sed siue fundum locuples mer catus est, è turba pediſequorũ, lecticariorumq; defectis simum annis, & viribus in agrum relegat (cum istud o pus non solum scientiam, sed et viridem ętatem cum ro bore corporis ad labores sufferendos desyderet) siue me diarum facultatum dominus ex mercenarijs aliquẽ iam recusantem quotidianum illud tributum, qui vectigalis esse non possit, ignarum rei, cui prefuturus est, magistrũ fieri iubet. Quæ cum animaduertam sæpe mecum retra ctans, ac recogitans, quàm turpi consensu deserta exole uerit disciplina ruris, vereor, ne flagitiosa, & quodãmo do pudenda, aut inhonesta videatur ingenuis. Verum cum plurimis monimentis scriptorum admonear apud antiquos nostros fuisse gloriæ curam rusticationis (ex qua Quintius Cincinnatus obsessi consulis, & exercitus liberator, ab aratro vocatus ad dictaturã venerit. ac rur sus fascibus depositis, quos festinantius victor reddide rat, quàm sumpserat imperator, ad eosdem iuuencos, & quatuor iugerum auitum hærediolum redierit. Itemq; C. Fabritius, & Curius Dentatus, alter Pyrrho finibus



Italiæ pulso, domitis alter Sabinis accepta, quæ viritim diuidebantur captiui agri, septem iugera, non minus in dustrie coluerit, quàm fortiter armis quæsierat. Et ne singulos intempestiue nunc persequar, cum tot alios Romani generis intuear memorabiles duces hoc sem per duplici studio floruisse, vel defendendi, vel colendi, patrios, quæsitosue fines) intelligo luxuriæ, & delitijs nostris pristinum morem, virilemq; vitam displicuisse. Omnes enim (sicut M. Varro iam temporibus auorum conquestus est) patres familiæ falce, & aratro relictis in tra murum correpsimus, & in circis potius, ac theatris, quàm in segetibus, & vinetis manus mouemus, attonia tiq; miramur gestus effœminatorum, quod à natura se xum viris denegatum muliebri motu mentiantur, decia piantq; oculos spectantium. Mox deinde vt apri venia mus ad ganeas, quotidianam cruditatem laconicis exco quimus, & exucto sudore sitim quærimus, noctesq; libi dinibus, & ebrietatibus, dies ludo, vel somno consumi mus. Ac nosmetipsos ducimus fortunatos, quod nec ori entem solem videmus, nec occidentem, itaq; istam vi tam socordem persequitur valetudo. Nam sic iuuenum corpora fluxa, & resoluta sunt, vt nihil mors mutatura videatur. At mehercule vera illa Romuli proles assidu is venatibus, nec minus agrestibus operibus exercita ta, firmissimis prævaluit corporibus, ac militiam belli, cum res postulauit, facile sustinuit durata pacis labori bus, sempérque rusticam plebem præposuit vrbanæ. Vt enim qui in villis intra consepta morarentur, quàm qui foris terram molirentur, ignauiores habitos, sic eos, qui sub vmbra ciuitatis intra mœnia desides cunctarentur, quàm qui rura colerent, administrarentur opera colonorum segniores visos. Nundinarum etiam conuẽtus manifestum est propterea vsurpatos, vt nonis tantummodo diebus vrbanæ res agerentur, reliquis adminiſtrarentur rusticæ. illis enim temporibus (vt ante iã dixi mus) proceres ciuitatis in agris morabãtur, et cũ consiliũ

publicum desyderabatur, à villis arcessebantur in senatum. Ex quo q eos euocabant, viatores nominati sunt. isq; mos dum seruatus est perseuerantissimo colendorũ agrorum studio, vetereș illi Sabini Quirites, atauiq; Romani, quanquam inter ferrum, & ignes hosticisq; incursionibus vastatæ fruges, largius tamen condidere, quàm nos, quibus diuturna permittente pace prolatare licuit rem rusticam. Itaq; in hoc Latio et saturnia terra, vbi dij cultus agrorum progeniem suam docuerãt, ibi nunc ad hastam locamus, vt nobis ex transmarinis prouincijs aduehatur frumentum, ne fame laboremus, & vindemias condimus ex insulis Cycladibus, ac regionibus beticis, gallicisq;. Nec mirum cum sit publice concepta, & confirmata iam vulgaris existimatio rem rusticam sordidũ opus, et id esse negotium, quod nullius egeat magisterio præceptoris. At ego, cum aut magnitudinem totius rei quasi quandam vastitatem corporis, aut partiũ eius velut singulorum membrorum numerum recenseo, vereor, ne supremus ante me dies occupet, quàm vniuersam disciplinam ruris possim cognoscere. Nam qui se in hac scientia perfectum volet profiteri, sit oportet rerum naturæ sagacissimus, declinationum mundi non ignarus, vt exploratum habeat, quid cuiq; plagæ conueniat, quid repugnet, syderum ortus, & occasus memoria repetat, ne imbribus, ventisq; imminentibus opera inchoet, laboremq; frustretur. Cœli, et anni presentis mores intuetur. neq; enim semper eundem velut ex præscripto habitum gerunt, nec omnibus annis eodem vultu venit æstas, aut hyems, nec pluuium semper est ver, aut humidus autumnus. Quæ prænoscere sine lumine animi, & sine exquisitissimis disciplinis non quenquam posse crediderim. Iam ipsa terræ varietas, & cuiusq; soli habitus, quid nobis neget, quid promittat paucorum est discerne re. Contemplatio vero cunctarum in ea disciplina partium quando cuiq; contingit, vt et segetum, arationumq; perciperet vsum, & varias, dissimillimasq; terrarum spe



cies pernosceret, quarũ nonnullę colore, nonnullæ qualitate fallũt, atq; in alijs regionibus nigra terra, quã pullã vocãt, vt in Campania, est laudabilis, in alijs pinguis rubrica melius respondet, quibusdã (sicut in Africa Numidia) putres arenę fœcunditate vel robustissimũ solũ vincunt. In Asia, Mysiaq; densa, & glutinosa terra maxime exuberat, atq; in his ipsis habere cognitũ qd recuset collis, qd campestris positio, qd cultus, qd syluester ager, qd humidus, & graminosus, quid siccus, & spurcus, ratione quoq; dispicere, & in arboribus, vinetisq;, quorũ infinita sunt genera, conserẽdis, ac tuendis, & in pecoribus parandis, conseruandisq;, quoniã & hanc adsciuimus quasi agriculturæ partẽ, cũ separata sit ab agricolatione pastoralis scientia. nec ea tñ simplex. Quippe aliud exigit equinũ, atq; aliud bubulũ armentũ, aliud pecus ouillũ. & in eoipso dissimilẽ rationẽ postulat tarentinũ, atq; hirtum, aliud caprinũ. & id ipsum aliter curatur mutilũ, & raripilũ, aliter cornutũ, & setosum, quale est in Cilicia. Porcula toris vero, & subulci diuersa professio, diuersę pastiones, nec eundẽ glabrę sues, densęq; cœli statũ, nec eandẽ educationẽ, cultũmue querũt. Et vt à pecoribus recedã, quorũ in parte auiũ cohortaliũ, & apiũ cura posita est, quis tanti studij fuit, vt super ista, quæ enumerauimus, tot nosset species insitionũ? tot putationũ? tot pomorũ, holerũq; cultus exercere? tot generibus ficorũ, sic vt rosarijs impẽderet curã, cũ à pleriscq; etiã maiora negligantur? quanq; & ista iam nõ minima vectigalia multis esse cœperunt. Nã prata, & salicta, genistæq;, & arundines quamuis tenuẽ nihilo minus aliquã desyderãt industriã. Post hanc tã multarũ, tamq; multipliciũ rerũ prædicationẽ nõ meręterit, si quẽ desyderamus agricolã, quẽq; describimus, exegero à participibus agrestiũ operũ tardatũ tri studia discentiũ, qui tã varię, tamq; vastę scientię desperatione conterriti nolẽt experiri, quod se assequi posse diffident. Veruntamẽ quod in oratore iã M. Tullius rectissime dixit, par est eos, q generi humano res vtilissimas conqui-

rere, & perpensas, exploratasq; memoriæ tradere concu-
pierint, cuncta tentare. Nec si vel illa præstantis ingenij
vis, vel inclytarũ artiũ defecerit instrumentũ, confestim
debemus ad otiũ, & inertiã deuolui, sed quod sapienter
sperauimus, perseueranter consectari. Summũ enĩ culmẽ
affectantes satis honeste vel in secundo fastigio consp-
ciemur. An latię musę nõ solos adytis suis Acciũ, et Vir
giliũ recepere, sed eorũ & proximis, & procul à secundis
sacras concessere sedes? Nec Brutũ, aut Cœliũ, Pollionem
tse cũ Messala, & Catulo deterruere ab eloquentię studio
fulmina illa Ciceronis. Nam neq; ille ipse Cicero territus
cesserat tonantibus Demosthenj, Platoniq;. nec parẽs elo
quentiæ deus ille Mœonius vastissimis fluminibus facun-
dię suę posteritatis studia restinxerat. Ac ne minoris qui
dẽ famę opifices per tot iã secula videmus laborẽ suũ de-
stituisse, q Protogenẽ, Apellemq; cum Parrhasio mirati
sunt. Nec pulchritudine Iouis olympij, Minerueq; phidia
cæ sequentis ætatis attonitos piguit experiri Bryaxim,
Lysippũ, Praxitelẽ, Polycletũ, quid efficere, aut quousq;
progredi possent. Sed in omni genere scientię, et summis
admiratio, veneratioq;, & inferioribus merita laus con-
tingit. Accedit huc quod ille, quẽ nos perfectũ esse volu-
mus agricolã, siquidẽ artis consumatæ nõ sit, nec in vni-
uersa rerũ natura sagacitatẽ Democriti, vel Pythagoræ
nõ fuerit consecutus, & in motibus astrorũ, ventorũq;
Metonis prouidentiã, vel Eudoxi, & in pecoris cultu do
ctrinã Chironis, ac Melampodis, & in agrorũ, soliq; mo
litione Triptolemi, aut Aristei prudentiã, multũ tñ pro-
fecerit, si vsu Tremellios, Sasernasq;, et Stolones nostros
æquauerit. Potest enim nec subtilissima, nec rursus, quod
aiũt, pingui Minerua res agrestis administrari. Nã illud
procul vero est, quod pleriq; crediderunt, facillimã esse,
nec vllius acuminis rusticationẽ. De cuius vniuersitate
nihil attinet plura nunc disserere, quandoquidẽ cunctæ
partes eius destinatis aliquot voluminibus explicandæ
sunt, quas ordine suo tũc demũ persequar, cum præfatus



fuero quę reor ad vniuersam disciplinã maxime ptinere.

## Præcepta, quæ sequantur qui rusticari uelint. Cap. I.

QVI studium agricolationi dederit, antiquissima sciat
hęc sibi aduocanda, prudentiã rei, facultatẽ impendendi,
voluntatẽ agendi. Nam is demũ cultissimũ rus habebit
(vt ait Tremellius) qui & colere sciet, & poterit, & volet,
neq; enĩ scire, aut velle, cuiq; satis fuerit sine sumptibus,
quos exigunt opera. Nec rursus faciendi, aut impenden-
di voluntas profuerit sine arte, quia caput est in omni
negotio nosse, quid agendũ sit, maximeq; in agricultura
in qua voluntas, facultasq; citra scientiã sæpe magnã do
minis afferunt iacturam, cum imprudenter facta opera
frustrantur impensas. Itaq; diligẽs paterfamilias, cui cor-
di est ex agri cultu certam sequi rationem rei familiaris
augendæ, maxime curabit, vt ætatis suæ prudentissimos
agricolas de quaq; re consulat, et commentarios antiquo
rũ sedulo scrutetur. atq; æstimet quid eorũ quisq; sen se-
rit, quid præceperit. An vniuersa quæ maiores prodide-
runt, huius temporis culturæ respondeãt, an aliqua disso-
nent. Multos enim iam memorabiles authores comperi
persuasum habere longo æui situ qualitatẽ cœli, statũq;
mutari, eorumq; consultissimũ astrologiæ professorem
Hipparchũ prodidisse, tempus fore, quo cardines mundi
loco mouerentur. idq; etiã nõ spernendus author rei ru-
sticæ Saserna videtur adcredidisse. Nam eo libro, quẽ de
agricultura scriptum reliquit, mutatum cœli statum sic
colligit, quod quę regiones antea propter hyemis assidu-
am violentiã nullã stirpẽ vitis, aut oleæ depositã custo-
dire potuerint, nũc mitigato iã, & intepescente pristino
frigore largissimis oliuitatibus, liberiq; vindemijs exu-
berẽt. Sed hæc siue falsa, seu vera ratio est, literis astrolo-
giæ concedatur. Cætera non dissimulanda erunt agrorũ
cultori præcepta rusticationis, quæ cum plurima tradi-
derint Pœni ex Africa scriptores, multa tamen ab his fal
sõ prodita coarguunt nostri coloni, sicut Tremellius, qui

querẽs id ipsum tñ excusat, ꝓ Italiꝫ, et Africꝫ solũ, cœlũq; diuersꝫ naturꝫ nequeat eosdẽ prouẽtus habere. Quęcũq; sunt aũt, quę propter disciplinã ruris nostrorũ temporũ cũ priscis discrepet, nõ deterrere debẽt à lectione discentẽ. Nã multo plura reperiuntur apud veteres, quæ nobis probanda sint, q̃ quę repudianda. Magna porrò & græcorũ turba est de rusticis rebus præcipiẽs, cuius princeps celeberrimus vates nõ minimũ professioni nostrę contulit Hesiodus bœotius. Magis deinde eã iuuere fontibus orti sapientię Democritus Abderites, Socraticus Xenophon, Tarentinus Architas, peripatetici magister, ac discipulus Aristoteles cũ Theophrasto. Siculi quoq; nõ mediocri cura negotiũ istud prosecuti sunt Hieron, & Epicharmus discipulus, Philometor, & Attalus. Athenę vero scriptorũ frequentiã pepererũt, è queis probatissimi authores Chęreas, Aristãdros, Amphilochus, Euphron, Chrestus Euphronis, nõ, vt multi putãt, Amphipolites, qui & ipse laudabilis habetur agricola, sed indigena soli attici. Insulę quoq; curã istam celebrauerunt, vt testis est Rhodius Epigenes, Chius Agathocles, Euagon, et Anaxipolis Thasij. Vnius quoq; de septẽ Biantis illius popularis Mænander, & Diodorus in primis sibi vendicauerũt agricolationis prudentiã. Nec his cessere Milesij Bacchius, & Mnasseas, Antigonus Cymæus Pergamenus, Apollonius, Dion colophonius, Hegesias maronites. Nã quidẽ Diophanes bithynius vticensem totũ Dionysiũ Pœni Magonis interpretẽ per multa diffusum volumina, sex epitomis circunscripsit. Et alij tñ obscuriores, quorũ patrias non accepimus, aliquod stipendiũ nostro studio contulerũt. Hi sunt Androtion, Aeschrion, Aristomenes, Athenagoras, Crates, Dadis, Dionysius περὶ φυτῶν, Euphorion. Nec minori fide pro virili parte tributũ nobis intulerũt Lysimachus, & Cleobolus, Menestratus, Pleuriphanes, Persis, Theophilus. Et vt agricolationẽ romana tandẽ ciuitate donemus, nã adhuc istis authoribus grẽce gentis fuit, iam nũc M. Catonẽ Censoriũ



illum memoremus, qui eam latine loqui primus instituit, Post hunc duos Safernas patrem, & filium, qui eam diligentius erudierunt, ac deinde Scrofam Tremillium, qui eam eloquentem reddidit. & M. Terentium, qui expoliuit, mox Vergilium, qui carmine quoq; potentem fecit. Nec postremo quasi pædagogi eius meminisse dedigne mur Iulij Higinij. Verumtamen, vt Carthaginiensem Magonem rusticationis parentem maxime veneremur. Nam huius octo, & viginti memorabilia illa volumina ex senatusconsulto in latinum sermonem cõuersa sunt. Non minorem tamen laudem meruerunt nostrorũ tẽporum viri Cornelius celsus & Iulius Atticus. Quippe Cornelius totum corpus disciplinæ quinque libris complexus est. Hic de vna specie culturæ pertinentis ad vites singularem librum edidit. Cuius velut discipulus duo volumina similiũ præceptorũ de vineis Iulius Græcinus composita facetius, & eruditius posteritati tradenda curauit. Hoș igitur Publi Siluine prius q̃ cũ agricolatione contrahas, aduocato in consiliũ, nec tamen sic mente dispositus velut summã totius rei sentẽtijs eorũ consecuturus, q̃ppe eiusmodi scriptorũ monimenta magis instruũt, q̃ faciũt artificem. Vsus, & experientia dominantur in artibus. neq; est vlla disciplina, in qua non peccando discatur, nam vbi quid perperam administrarit cesserit in prospere, vitatur quod fefellerat, illuminatq; rectam viam docentis magisteriũ. Quare nostra præcepta non consumare scientiam, sed adiuuare promittũt nec statim quisquam compos agricolationis erit his perlectis rationibus, nisi & obire eas voluerit, & per facultates potuerit. Ideoq; hęc velut adminicula studiosis pro mittimus, non profutura per se sola, sed cum alijs. Ac ne ista quidem præsidia, vt diximus, non assiduus labor, & experientia villici, non facultates, ac voluntas impendendi tantum pollent, quantum vel vna præsentia domini. quæ nisi frequens operibus interuenerit, vt in exercitu cum abest imperator, cuncta cessant officia. maxi

mecq; reor hoc significantem pœnum Magonem suo-
rũ scriptorũ primordiũ talib⁹ auspicatũ sententijs. Qui
agrũ parabit, domũ vendat, ne malit vrbanũ, quàm ru
sticũ larẽ colere. cui magis cordi fuerit vrbanũ domici-
liũ, rustico prædio non erit opus. quod ego præceptũ, si
posset his temporibus obseruari, non immutarem. Nũc
quoniam plerosq; nostrũ ciuilis ambitio sæpe euocat,
ac sæpius detinet euocatos, sequitur, vt suburbanũ præ-
diũ commodissimũ esse putẽ, quo vt occupato quotidia
nus excursus facile post negotia fori contingat. Nã qui
longinquã ne dicã transmarina rura mercãtur, velut hę
redibus patrimonio suo, & qđ graui⁹ est viui cedũt ser-
uis suis, quoniã quidẽ et illi tã lõga dn̄orũ distãtia corrũ
pũtur, & corrupti post flagitia, quę commiserũt, sub ex
pectatione successorũ rapinis magis, q̃ culturæ studẽt.

*Qualiter dispositus fundus maxime probetur. Cap. II.*

CENSEO igitur in propīquo agrũ mercari, quò et
frequenter dn̄is veniat, & frequentius se venturũ, q̃ sit
venturus, denũciet. Sub hoc enim metu cũ familia villi
cus erit in officio. Quicquid vero dabitur occasionis ru
ri moretur, quæ non sit mora segnis, nec vmbratilis, nã
diligentem patremfamilias decet agri sui particulas om
nes, & omni tempore anni frequentius circumire, quo
prudentius naturam soli siue in frondibus, & herbis si-
ue iam maturis frugibus contempletur. nec ignoret qo
quid in eo recte fieri poterit. nam illud vetus est, & Ca
tonis, agrũ pessime multari, cuius dn̄is, quid in eo facien
dũ sit, non docet, sed audit villicũ. quapropter vel à ma
ioribus traditũ possidenti, vel empturo fundũ præcipua
cura sit scire, qđ maxime regionis gen⁹ probetur, vt vel
careat inutili, vel mercetur laudabilem. Qđ si voto for
tuna subscripserit, agrũ habebimus salubri cœlo, vberi
gleba, parte campestri, parte alia collibus vel ad orientẽ,
vel ad meridiem molliter deuexis, terrisq; alijs cultis
atq; alijs syluestrib⁹, & asperis, nec procul à mari, aut na



uigabili flumine, quò deportari fruct⁹, & per quod mer-
ces inuehi possint. Cãpus inprata, et arua, salictaq; et arũ
dineta digestus, ædificio subiaceat. Colles alij vacui arbo
ribus, vt solis segetibus seruiant, quæ tñ modice siccis, ac
pinguibus campis melius, q̃ præcipitibus locis prouenia-
unt. Ideoq; etiã celsiores agri frumentarij planicies habe
re, & quã mollissime deuexi, ac simillimi, debẽt esse cam-
pestri positioni, alij deinde colles oliueris, vinetisq;, et ea
rũ futuris pedamentis vestiantur. materiam, lapidemq;
si necessitas ædificãdi coegerit, nec minus pecudibus pa-
cua præbere possint. Tũ riuos decurrẽtes in prata, & hor
tos, & salicta, viuæ aquę saliẽtes demittãt. nec absint gre
ges armentorum, cæterorumq; quadrupedum culta &
dumeta pascentium. sed hæc positio, quam desidera-
mus, difficilis, & rara paucis contingit. Proxima est
huic, quæ plurima ex his habet, tolerabilis, quæ non
pauciss̃ima.

*Quæ præcipue respiciendo agro, ante quàm ematur, notanda sunt. Cap. III.*

PORCIVS quidem Cato censebat in emendo, inspi
ciendoq; agro præcipue duo esse consideranda, salubrita
tem cœli, & vbertatem loci. quorũ si alterũ deesset, ac ni
hilo minus quis vellet incolere, mente esse captũ, atq; eũ
ad agnatos, & gentiles deducendũ. Neminem enim sa-
nũ debere facere sumptus in cultura sterilis soli. nec rur-
sus pestilenti quamuis feracissimo, pinguiq; agro dom
ad fructus peruenire. Nam vbi sit cũ orco ratio ponen-
da, ibi non modo perceptionem fructuũ, sed & vitã co-
lonorũ esse dubiam, vel potius mortem quęstu certiorẽ.
Post hæc duo principalia, subiũgebat illa non minus in
tuenda, viam, & aquam, & vicinũ. Multum conferre a-
gris iter commodum, primum, quod est maximum, ip-
sam præsentiam domini, qui libentius commeaturus
sit, si vexationem viæ non reformidet, deinde ad vehen
da, & exportanda vtensilia, quæ res frugibus condi-

tis auget pretiũ, & minuit impensas rerũ inuectarũ, qa minoris apportentur eo, quo facili nisu peruenia tur. Nec non nihil esse etiam paruo vehi, si conductis iumẽtis iter facias, qđ magis expedit, q̃ tueri propria. Seruos quoq;, qui secuturi patremfamilias sint, non ęgre iter pedibus ingredi. de bonitate aquæ ita omnibus clarũ est, vt plurib⁹ non sit disserendũ. Quis enim dubitet eam maxime probatam haberi, sine qua nemo nostrũ vel prosperæ, vel aduersæ valetudinis vitã proroget? de vicini cõmodo non est qdem certũ, quem nonnũq̃ mors, aliæq; nobiscũ diuersæ causæ mutant. Et ideo quidam respuũt Catonis sententiam, qui tamen multũ videntur errare. nam quemadmodũ sapientis est fortuitos casus magno aĩo sustinere, ita dementis est ipsum sibi malam facere fortunam, qđ facit, qui nequã vicinũ suis numis parat, cũ à primis cunabulis (si modo liberis parentibus est ortus) audisse potuerit.

μήδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ', εἰ μὴ γειτόνων κακὸς εἴη.

quod non solũ de boue dicitur, sed etiã de omnibus partibus rei nostræ familiaris, adeo quidem, vt multi prætulerint carere penatibus, propter iniurias vicinorũ sedes suas profugerint. nisi aliter existimamus diuersum orbẽ gentes vniuersas petijsse relicto patrio solo. Achæos dico, & Hiberos, Albanos quoq;, nec minus Siculos, et, vt primordia nostra cõtingã, Pelasgos, Aborigines, Arcadas, q̃ quia malos vicinos ferre non potuerant. Ac ne tã tũ de publicis calamitatibus loquar, priuatos quoq; memoria tradidit, & in regionib⁹ Græciæ, & in hac ipsa hesperia detestabiles fuisse vicinos, nisi Autolicus ille cuiq̃ potuit tolerabilis esse conterminus, aut Auentini mõtis incola, Palatinis vllũ gaudiũ finitimis suis Cacus attulit. Malo. n. præteritorũ, q̃ præsentiũ meminisse, ne vicinũ meũ nominem, qui nec arborẽ prolixiorẽ stare nostræ regionis, nec inuiolatũ seminariũ, nec pedamẽti quicq̃ adnexũ vineæ, nec etiã pecudes negligẽtius pasci finit. Iure igitur (q̃tũ mea fert opinio) M. Porcius talẽ pestẽ vi



tare cẽsuit. Et in primis futurũ agricolã præmonuit, ne sua spõte ad eã peruenire t. Nos ad cætera præcepta illud adijcimus, qđ sapiens vnus de septem in perpetuum posteritati pronuntiauit μέτρον ἄριστον, Adhibendũ modum, mensuramq; rebus, idq; vt non solũ aliud acturis, sed & agrũ paraturis dictũ intelligatur, ne maiorem q̃ ratio calculorũ patiatur, emere velit. nam huc pertinet præclara nostri poetæ sententia:

Laudato ingentia rura. Exiguum colito.

Quod vir eruditissimus (vt mea fert opinio) traditũ vetus præceptũ numeris signauit. quippe acutissimam gentem Pœnos dixisse conuenit. Imbecilliorem agrũ, q̃ agricolam esse debere, quoniam cũ sit colluctandũ cũ eo, si fundus præualeat, allidi dñm. Nec dubiũ quin minus redat laxus ager nõ recte cultus, q̃ angust⁹ eximie. Ideoq; post reges exactos liciniana illa septena iugera, quæ plebis triuiritim diuiserat, maiores quæstus antiquis retulere, q̃ nũc nobis præbent amplissima veruacta, tanta quidem Curius Dentatus, quem paulo ante retulimus, prospero ductu parta victoria ob eximiam virtutem deferente populo præmij nomine quinquaginta soli iugera supra consularem, triũphalemq; fortunam putauit esse. Repudiatoq; publico muner populari, hac plebeia mẽsura contentus fuit. Mox etiam cũ agrorũ vastitatem victoriæ nostræ, & internitiones hostiũ fecissent, crimino sum tamen senatori fuit, supra quinquaginta iugera possedisse. Suaq; lege C. Licinius damnatus est quod agri modũ, quem in magistratu rogatione tribunitia promulgauerat, immodica possidendi libidine transcendisset, nec magis quia superbũ videbatur tantũ loci detinere, q̃ quia flagitiosum quos hostis profugiendo desolasset agros, nouo more ciuem romanũ supra vires patrimonij possidendo deserere. Mod⁹ ergo qui in omnib⁹ rebus, etiã parandis agris adhibebitur, tantũ. n. obtinẽdũ est, q̃to est op⁹, vt emisse videamur, q̃ potiremur, nõ q̃ oneraremur ipsi, atq; alijs fruẽdũ eriperemus, more prę

potentium, qui possident fines gentiũ, quos ne circumire equis quidem valent, sed proculcandos pecudibus, & vastandos, ac populandos feris derelinquunt, aut occupatos nexu crurum, & ergastulis tenent. Modus autem erit sua cuiq; moderata voluntas, facultasq;. Neq; enim satis est, vt iam prius dixi, possidere velle, si colere nõ possis.

## De salubritate regionum. Caput. IIII.

SEQVITVR deinceps cæsonianum præceptum, quo fertur vsus etiam Cato, mercaturis agrum esse reuisendum sæpius eum, quem velint mercari. Nam prima inspectione neq; vitia, neq; virtutes abditas ostẽdit, quæ mox retractantibus facilius apparẽt. Inspectionis quoq; velut formula nobis à maioribꝰ tradita est. Agri pĩguis, ac læti, de cuius qualitate dicemus suo loco, cum de generibus terræ disseremus. In vniuersum tamen quasi testificandum, atq; sæpius prædicandum habeo, quod primo iam punico bello dux inclytissimus M. Attilius Regulus dixisse memoratur, fundum, sicuti ne fœcundissimi quidem soli, cum sit insalubris, ita nec effœti, si vel salubertimus sit, parandũ. quod Attilius ætatis suæ agricolis, maiore cum authoritate suadebat peritus vsu. Nam pupiniæ pestilentis simul, & exilis agri cultorem fuisse eum loquuntur historiæ. Quapropter cum sit sapientis non vbiq; emere, nec aut vbertatis illecebris, aut delitiarum concinnitati decipi, sic vere industrij patrisfamilias est quicqd aut emerit, aut acceperit, facere fructuosum, atq; vtile, quoniam & grauioris cœli multa remedia priores tradiderunt, quibus mitigetur pestifera lues, & in exili terra cultoris prudentia, ac diligentia maciem soli vincere potest. Hęc autem consequemur, si verissimo vati, velut oraculo crediderimus dicenti.

Ventos, & varium cœli prædiscere morem
Cura sit, ac patrios cultusq;, habitusq; locorum.
Et quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recusет.
Nec contenti tamen authoritate vel priorum, vel præ-



sentiũ colonorũ nostra prętermiserimus exempla, nouaq;, quę temptauerimus, experimenta. Quod etsi per partes nonnunquã damnosum est, in summa tñ fit compendiosum, quod nullus ager sine profectu colitur, simul attentando possessor efficit, vt in id formetur, quod maxime prestare possit. ea res etiã feracissimos agros vtiliores reddit. Itaq; nusquã experimentorũ varietas o bmittenda est. Longeq; etiã in pingui solo magis audendũ, quoniã nec laborẽ, nec sumptũ frustratur effectus. Sed quoniã refert qualis fundus, & quomodo colatur, tum villa qualiter ædificetur, & q̃ vtiliter, disponatur. Multos enĩ decerrasse, memoria prodidit, sicut prestantissimos viros L. Lucullum, & Q. Scæuolã, quorum alter maiores, alter minus amplas, q̃ postulauit modus agri, villas extruxit, cum vtrunq; sit contra rem familiarẽ. Diffusiora enim cõsepta nõ solum pluris ædificamus, sed etiã impensis maioribus tuemur at minora cum sunt, q̃ postulat fundus, dilabitur fructus. nam & humidæ res, & siccæ, quas terra progenerat, facile vitiantur, si aut nõ sunt, aut propter angustias, incommoda sunt tecta, quibus inferantur. Pro portione etiã facultatum, quamoptime paterfamilias debet habitare, vt & libentius rus veniat, & degat in eo. Iucundus vtiq; viro si etiã matrona comitabitur, cuius vt sexus, ita animus est delicatior. quamobrẽ amœnitate aliqua demerenda erit, quo pacientius moretur cũ viro. Eleganter igitur ædificet agricola, nec sit tñ ædificator, atq; areæ idem tantum complectatur, quod ait Cato, quantum ne villa fundũ quęrat, néue fundus villam, cuius vniuersum situm qualẽ oporteat esse, nunc explicabimus. quod inchoatur ędificiũ, sicut salubri regione, ita saluberrima parte regionis debet constitui. nã circunfusus aer, atq; corruptus plurimas affert corporibus nostris causas offensarum. Sunt quædã loca, quæ solstitijs minus concalescunt, sed frigoribus hyemis intolerabiliter horrent, sicut Thebas ferunt Bœotias. Sunt quę tepẽt hyeme, sed æstate sæuissime candent, vt affirmãt euboi-

cam Calcidem. Petatur igitur aer calore, & frigore temperatus, quem ferè medius obtinet collis, quod neq; depressus hyeme pruinis torpet, aut torret æstate vaporibus, neq; elatus in summa montium perexiguis ventorum motibus, aut pluuijs omni tempore anni sæuit. Hęc igitur est medij collis optima positio, loco tamen ipso paululum intumescente, ne cum à vertice torrens imbribus conceptus effluxerit, fundamenta conuellat.

## De *aqua*. Caput. V.

SIT aũt vel intra villam, vel extrinsecus inductus fons perennis, lignatio, pabulumq; vicinum. Si deerit fluens vnda, putealis quæratur in vicino, quæ non sit hausfus profundi, non amari saporis, aut salsi. hæc quoq; si deficient, & spes arctior aquæ manantis coegerit, vastæ cisternæ hominibus, piscinæq; pecoribus instruantur, colligendæ aquæ tandem pluuiali, quæ salubritati corporis est accommodatissima. sed ea sic habetur eximia, si fictilibus tubis in contectam cisternam deducatur. huic proxima fluens aqua è montibus oriunda, si per saxa præceps deuoluitur, vt est in guarceno campaniæ. Tertia putealis, vel collina, vel quæ nõ infima valle reperitur. De terrima palustris, quæ pigro lapsu repit. Pestilens, quę in palude semper consistit. Hic idem tamen humor quamuis nocentis naturæ, temporibus tamen hyemis edomitus imbribus mitescit, ex quo cœlestis aqua maxime salubris intelligitur, quod etiã venenati liquoris eluit perniciem. sed hanc potui probatissimam diximus. Cæterũ ad æstuum temperandos calores, & amœnitatem locorum, plurimum conferunt salientes riui, quos (si conditio loci patietur) qualescunq; dũmodo dulces, vtiq; perducendos in villam censeo. Sin summotus longius à collibus erit amnis, & loci salubritas, editiorq; situs ripæ permittet superponere villam profluenti, cauendum tamen erit, vt à tergo potius, quàm prę se flumen habeat, & vt ædificij frons auersa sit ab infestis eius regionis



ventis, & amicissimis aduersa, cumplericq; amnes æstate vaporatis, hyeme frigidis nebulis caligent, quæ nisi vi maiore inspirantium ventorum submouentur, pecudibus hominibusq; conferunt pestem. Optime autem salubribus, vt dixi, locis ad orientem, vel ad meridiem, gra uibus ad septentrionem villa conuertitur. eademq; semper mare recte conspicit, cum pulsatur, ac fluctures pergitur, nunquam ex ripa, sed paulum summota à litore. Nam præstat à mari longo potius interuallo, quàm bre ui refugisse, quia media sunt spatia grauioris halitus, nec paludem quidem vicinam esse oportet ædificijs, nec iun ctam militarem viam, quod illa caloribus noxiũ virus eructat, & infestis aculeis armata gignit animalia, quę in nos densissimis examinibus inuolant. Tum etiam natricum, serpentiumq; pestes hyberna destitutas vligine, cœno, & fermentata colluuie venenatas emittit, ex quibus sæpe contrahuntur cæci morbi, quorum causas ne medici quidem perspicere queunt. sed & anni toto tempore situs, atq; humor instrumentum rusticum, supellectilemq;, & inconditos, conditosq; fructus corrũpit. Hæc autem prætereuntium viatorum populationibus, & assiduis diuertentium hospitijs infestat rem familiarẽ, propter quæ censeo eiusmodi vitare incommoda, villamq; nec in via, nec pestilenti loco, sed procul, & editiore situ condere, vt frons eius ad orientem æquinoctialem directa sit. Nam eiusmodi positio medium, temperatumq; libramentum ventorum hyemalium, & æstiuorum tenet, quantoq; fuerit ædificij solum pronius orienti, tanto & æstate liberius capere perflatus, & hyemis procellis minus infestari, & matutino regelari ortu poterit, vt concreti rores liquescant, quoniam ferè pestilens habetur, quod est remotum, ac sinistrum soli, & apricis flatibus, quibus si caret nulla alia vis potest nocturnas pruinas, & quodcunq; rubiginis. aut spurcicię resedit, siccare, atq; detergere. hæc autem cum hominibus afferant perniciem, tum & armentis, & virentibus, eorumq; fructi-

bus. Sed quisquis ædificia volet in decliuib⁹ areis extruere, semper ab inferiore parte auspicetur, quia cum ex depressiore loco fuerint orsa fundamenta, non solū superficiē suā facile sustinebunt, sed & pro fultura, & substructione fungentur aduersus ea, quæ mox si forte villam prolatare libuerit, ad superiorem partem applicabūtur, quippe ab imo præstructa valenter resistent contra ea, quæ postmodum superposita incumbent. at si summa pars cliui fundata, propriā mollem susceperit, quicquid ab inferiore mox apposueris, fissum erit, rimosumq;. Nam nouum cū veteri adstruitur, rimosoq; recens, ædificium quasi surgenti reluctans oneri cedit, & quod prius extructum imminebit cedenti paulatim degrauatum pondere suo præceps attrahetur. Igitur id structurę vitiū cū primū statim fundamenta iaciuntur, euitandum est.

## De positione uillæ. Caput. VI.

MODVS autem, membrorumq; numerus aptetur vniuerso consepto, & diuidatur in tres partes, vrbanā, rusticam, & fructuariam. Vrbana rursus in hyberna, & æstiua sic digeratur, vt spectent hyemalis temporis cubicula brumalem orientem, cœnationes, æquinoctialem occidentem. Rursus æstiua cubicula spectent meridiē æquinoctialem, sed cœnationes eiusdem temporis prospectēt hybernum orientem, Balnearia occidenti æstiuo aduertantur, vt sint post meridiem, & vsq; in vesperum illustria. Ambulationes meridiano æquinoctiali subiectæ sint, vt & hyeme plurimum solis, & æstate minimū recipiant. At in rustica parte magna, & alta culina ponetur, vt & contignatio careat incendij periculo, & in ea commode familiares omni tempore anni morari queant. Optime solutis seruis cællæ meridiem æquinoctialē spectantes fient, vinctis q̄ salubertimum subterraneum ergastulum, plurimis sitq; id angustis illustratum fenestris, atq; à terra sic editis, ne manu contingi possint. Pecudibus fiant stabula, quæ neq; frigore, neq; calore infestentur, domitis armentis duplicia bubilia sint, hyberna, atq; æstiua. Cæteris aūt pecoribus, quæ intra villam esse conuenit, ex parte tecta loca, ex parte sub dio parietibus altis circunsepta, vt illic per hyemem, hic per æstatē sine violentia ferarum conquiescant. Sed oīa stabula sic ordinentur, nequis humor influere possit, et vt quisq;, qui ibi conceptus fuerit, q̄ celerrime dilabatur, vt nec fundamēta parietum corrumpantur, nec vngulæ pecudum. Lata bubilia esse oportebit pedes. X. vel minime nouem, quę mensura & ad procumbendū, pecori, et iugario ad circūeundū laxa ministeria præbeat. Non altius edita esse prę sepia conuenit, q̄ vt bos, aut iumentum sine incōmodo stans vesci possit. Villico iuxta ianuam fiat habitatio, vt intrantium, exeuntiumq; conspectum habeat. Procuratori supra ianuā ob easdē causas, & is tamē villicū obseruet ex vicino. Sitq; vtriq; proximū horreū, quò cōferatur oē rusticū instrumentū, & intra ad ipsum clausus locus, quò ferramēta cōdantur. Bubulcis, pastoribusq; cęlę ponātur iuxta sua pecora, vt ad eorū curā sit opportunus excursus. Oēs tamen q̄proxime alter ab altero debēt habitare, ne villici diuersas ptes circūeuntis sedulitas distēdatur, & vt inter se diligētię, & negligentię cuiusq; testes sint. Pars aūt fructuaria diuiditur in cęllā olearia, torcularia, cællā vinariam, defrutariā, fœnilia, palearia q̄, & apothecas, et horrea, vt ex ijs, quę sunt ī plano, custodia recipiant humidarū rerū tanq̄ vini. aut olei venaliū. Sic cæ aūt res cōgerantur tabulatis, vt frumenta, fœnū, frondes, paleæ, cęteraq; pabula. sed granaria, vt dixi scalis adeantur, & modicis fenestellis aquilonibus inspirētur. Nā ea cœli positio maxime frigida, & minime humida est, quæ vtraq; perennitatē conditis frumentis afferunt. Eadē ratio est in plano sitæ vinariæ cællæ, quæ summota procul esse debet à balneis, furno, sterquilinio, reliquisq; immundicijs tetrū odorē spirantibus, nec minus à cisternis, aquisue saliētibus, ex quibus q̄ extrahitur humor, vinū corrumpit. Neq; me præterit sedē frumentis optimā

quibusdam videri horreum camera contectum, cuius solum terrenum prius, quàm consternatur perfossum, & amurca recenti non salsa madefactum, velut signinum opus pauiculis condensatur. Tum deinde cum exaruit simili modo pauimenta testacea, quæ pro aqua receperint amurcam mistam calci, & arenæ supersternuntur, et magna vi pauiculis inculcantur, atq; expoliuntur, omnesq; parietum, & soli iuncturæ testaceis puluinis fibulantur. Nam ferè cum his partibus ædificia rimas egerunt, caua præbent, & latebras subterraneis animalibus. Sed & lacubus distinguntur granaria, vt separatim quæq; legumina ponantur. Parietes oblinuntur amurca subacto luto, cui pro paleis admista sunt arida oleastri, vel si ea nõ sunt, oleæ folia. Deinde cum prædictum tectorium inaruit, rursus amurca respergitur, qua siccata, frumentum infertur. Ea res ab noxa curculionum, & similium animalium commodissime videtur conditas fruges defendere, quę nisi diligenter repositæ sint, celeriter ab ijs consumuntur. Sed id genus horrei, quod scripsimus, nisi sit in sicca positione villæ, quamuis granum robustissimũ corrumpit situ, qui si nullus adsit. possunt etiam defossa frumenta seruari, sicut transmarinis quibusdam prouincijs, vbi puteorum in modum, quos appellant Syros, exhausta humus, editos à se fructus recipit. Sed nos in nostris regionibus, quę redundant vligine, magis illam positionem pensilis horrei, et hanc curam pauimentorum, & parietum probamus, quoniam (vt retuli) sic emunita sola, & latera horreorum prohibent curculionem, quod genus exitij cum incidit, multi opinantur arceri posse, si exesæ fruges in horreo ventilentur, & quasi refrigerentur. Id autem falsissimum est. neq; enim hoc facto expelluntur animalia, sed immiscentur totis aceruis, qui si maneant immoti, summis tantũ partibus infestantur, quoniam infra mensuram palmi non nascitur curculio. longeq; præstat id solum, quod iam vitiatum est, quàm totum periculo subijcere. nam cum exiget vsus facile est eo

curculio infra palmũ nascitur.



sublato, quod vitiatũ erit, integro inferiore vti. sed hæc, & si extrinsecus, nõ tñ intempestiue videor hoc loco retulisse. Torcularia præcipue, cælleq; olearię calidę esse debẽt, quia commodius oĩsliquor vapore soluitur, ac frigoribus magis constringitur. Oleũ, quod minus prouenit, si congelatur, fracescet, sed vt calore naturali est opus, q̃ contingit positione cœli, & declinatione, ita nõ est opus ignibus, aut flammis, quoniã fumo, et fuligine sapor olei corrumpitur. Propter quod torcular debet à meridiana parte inlustrari, necesse ne habeamus ignes, lucernãq; adhibere, cũ premetur olea. Cortinale vbi defrutũ fiat, nec angustũ, nec obscurũ sit, vt sine incommodo minister, qui sapã decoquet, versari possit. Fumarium quoq;, quo materia (si nõ sit iampridẽ cæsa, festinato siccetur, in parte rusticę villę fieri potest iunctũ rusticis balneis. nã eas quoq; refert esse, in quibus familia, sed tantũ ferijs lauetur. Neq; enĩ corporis robori conuenit frequẽs vsus carũ. Apothecæ recte superponentur his locis, vnde plerũq; fumus earũ exoritur, quoniã vina celerius vetusteſcũt, quæ fumi quodã tenore præcoquẽ maturitatẽ trahunt. Propter quod & aliud tabulatũ esse debebit, quo admoueantur, ne rursus nimia suffitione medicata sint, quod ad villæ pertinet, partiumq; eius dispositionẽ satis dictũ est. Circa villã deinceps hæc esse oportebit, furnũ, & pistrinũ, quantũ futurus numerus colonorũ postulauerit. Piscinas minimũ duas, alterã, quę anseribus, ac pecoribus seruiat, alterã, in qua lupinũ, vimina, & virgas, atq; alia, quæ sunt vsibus nostris apta maceremus. Sterquilinia quoq; duo sint. vnũ, quod noua purgamenta recipiat, et in annũ conseruet, alterum, ex quo vetera vehantur. sed vtrunq; more piscinarũ deuexũ leni cliuo, & extructũ, pauitumq; solũ habeat, ne humorẽ transmittãt. Plurimũ enĩ refert nõ adsiccato succo fimũ vires continere, & assiduo macerari liquore, vt siqua interiecta sint stramentis, aut paleis, spinarũ, vel graminũ semina intereãt, nec in agrũ exportata, segetes herbidas reddãt. Ideoq; periti

rustici quicquid ouilibus, stabulisq; conuersum progesserũt, superpositis virgeis cratibus tegũt, nec arescere ventis sinũt, aut solis incursu patiuntur exuri. Area, si competit, ita constituẽda est, vt vel à dño, vel certe à procuratore despici possit. Eaq; optima est silice constrata, quod & celeriter frumenta deteruntur, nõ cedente solo pulsibus vngularũ, tribularũq;, & eadẽ euentilata mundiora sunt, lapillisq; carẽt, & glebulis, quas per triturã ferè terrena remittit area. Huic aũt nubilarium applicari debet, maximeq; in Italia propter inconstantiã cœli, quo collata semitrita frumenta protegantur, si subitaneus imber incesserit. Nã in transmarinis quibusdã regionibus, vbi æstas pluuia caret, superuacuũ est. Pomaria quoq;, et hortos oportet septo circundari, & esse in propinquo, atq; in ea parte, quò possit oĩs stercorata colluuies cortis, balneorumq;, & oleis expressa amurcæ sanies influere. nam eiusmodi quoq; lętatur alimentis, & olus, & arbor.

## De officijs patrisfamilias. Cap. VII.

HIS oĩbus ita vel acceptis, vel compositis præcipua cura dñi requiritur, cũ in ceteris rebus, tũ maxime in hominibus. Atq; hi vel coloni, vel serui sunt soluti, aut vincti. Comiter agat cũ colonis, facilẽq; se præbeat, & auarius opus exigat, q̃ pensiones, quoniã & minus id offendit, & tñ in vniuersum magis prodest. Nã vbi sedulo colitur ager, plerunq; compendium, nunquã (nisi si cœli maior vis, aut prædonis incessit) detrimentũ affert, eoq; remissionẽ colonus petere non audet. Sed nec dominus in vnaquaq; re, cui colonum obligauerit, tenax esse iuris sui debet, sicut in diebus pecuniarũ, vt lignis, & cæteris paruis accessionibus exigendis, quarũ cura maiorẽ molestiã q̃ impensam rusticis affert. Nec sanè est vindicandũ nobis quicquid licet. Nam summũ ius antiqui summã putabant crucẽ. Nec rursus in totum remittendũ, quoniã vel optima nomina nõ appellando, fieri mala fœnerator Alphius dixisse verissime fertur. Sed & ipse nostra memoria veterẽ consularẽ, virumq; opulentissimũ L. Volusiũ asseuerantẽ audiui patrisfamilias, fœlicissimũ fundũ esse, qui colonos indigenas haberet, et tanquã in paterna possessione natos iam inde à cunabulis longa familiaritate retineret, Ita certe mea fert opinio rem malã esse frequẽtem locationẽ fundi, peiorẽ tamen vrbanũ colonũ, qui per familiã mauult agrum, q̃ per se colere, Saserna dicebat ab eiusmodi homine ferè pro mercede litem reddi. Propter quod operã dandã esse, vt & rusticos, & eosdem assiduos colonos retineamus, cũ aut nobismetipsis non licuerit, aut per domesticos colere nõ expedierit, quod tñ nõ euenit, nisi in his regionib⁹, quæ grauitate cœli, soliq; sterilitate vastantur. Cæterũ cum mediocris adest, & salubritas, & terræ bonitas, nunquã nõ ex agro plus sua cuiq; cura reddidit, q̃ coloni, nunquã non etiã villici, nisi si maxima vel negligentia serui, vel rapacitas interuenit. Quæ vtraq; peccata plerunq; vitio domini vel comitti, vel foueri nihil dubiũ est, cum liceat aut cauere, ne talis præficiatur negotio, aut iam præpositus, vt submoueatur, curare. In longinquis tamẽ fundis, in quos nõ est facilis excursus patrisfamilias, cũ omne genus agri tolerabilius sit sub liberis colonis, quàm sub villicis seruis habere, tum præcipue frumentarium, quem minime (sicut vineas, aut arbustum) colonus euertere potest, & maxime vexant serui, qui boues elocant, eosdemq;, & cætera pecora male pascunt, nec industrie terram vertunt, longeq; plus imputant seminis iacti, quàm quod seuerint. Sed nec quod terræ mandauerint sic adiuuant, vt recte proueniat. idq; cũ in areã contulerunt, per triturã quoti die minuũt vel fraude, vel negligentia. Nam & ipsi diripiũt, & ab alijs furibus nõ custodiũt. Sed nec conditum cum fide, rationibus inferũt, ita fit, vt et actor, & familia peccẽt, & ager sæpius infametur, quare talis generis præditũ, si (vt dixi) dñi presentia curaturũ est, censeo locandũ.



## De Pecore, & pecorum magistris. Cap. VIII.

PROXIMA est cura de seruis, cui quenq; officio prę ponere conueniat, quosq;, & qualibus operibus destinare. Igitur præmoneo, ne villicũ ex eo genere seruorũ, qui corpore placuerũt, instituamus, ne ex eo quidẽ ordine, q̃ vrbanas, ac delicatas arteis exercuerit. Socors, & somniculosum genus id mancipiorũ otijs, campo, circo, theatris, aleę, popinę, lupanaribus consuetũ, nunquã nõ easdẽ ineptias somniat, quas cum in agricolturã transtulit, nõ tantũ in ipso seruo, quantũ in vniuersa re detrimenti dominus capit. Eligendus est rusticis operibus ab infante duratus, & inspectus experimentis. Si tñ is nõ erit, de ijs prę ficiatur, qui seruitutẽ laboriosam toleraverũt. Iamq; is transcenderit ætatẽ primę iuuentę, nec dum senectutis attigerit, illa ne & authoritatẽ detrahat ad imperiũ, cum maiores dedignentur parere adolescentulo. Hęc ne laboriosissimo succumbat operi. Medię igitur sit ætatis, & firmi roboris, peritus rerũ rusticarũ, aut certe maxime curę, quo celerius addiscat. Nã nõ est nostri negotij alterũ imperare, & alterũ docere. neq; enĩ recte opus exigere valet, qui quid, aut qualiter faciendũ sit, ab subiecto, discit. Potest etiã illiteratus, dummodo tenacissimæ sit memorię, rem satis commode administrare. Eiusmodi villicũ Cornelius Celsus ait, sæpius numos dño, q̃ libru asserre, quia nescius literarũ, vel ipse minus possit rationes confingere, vel per aliũ propter conscientiã fraudis timere. Sed qualicunq; villico contubernalis mulier assignanda est, quę contineat eũ, & in quibusdã rebus tamẽ adiuuet. Idẽq; actori præcipiendũ est, ne conuictũ cũ domestico, multoq; minus cũ extero habeat. Nonnunq; tñ eum, quẽ assidue sedulũ, & fortẽ in operibus administrãdis cognouerit, honoris causa mensę suę die festo dignetur adhibere. Sacrificia nisi ex præcepto dñi ne fecerit. Aruspices, fagasq;, quæ vtraq; genera vana superstitione rudeis animos ad impensas, ac deinceps ad flagitia compellunt, ne admiserit. neq; vrbem, neq; villas nundinas nouerit, nisi emendæ, vendendæue ptinentis ad se rei causa. Villicus



enim (quod ait Cato) ambulator esse non debet, nec egredi terminos, nisi vt addiscat aliquã culturam, & hoc si ita in vicino est, vt cito remeare possit. Semitas, nouosq; limites in agro fieri ne patiatur, néue hospitẽ nisi amicum, familiaremq; dñi necessariũ receperit. vt ab his arcendus, ita exhortandus est instrumentorũ, ferramentorumq; curã, vt duplicia, q̃ numerus seruorũ exigit, refecta, & reposita custodiat, nequid à vicino petendum sit, quia plus in operis seruorũ, q̃ in pretio rerum eiusmodi consumitur. Cultam vestitamq; familiam magis vtiliter q̃ delicate habeat, munitamq; diligenter à vento, frigore, pluuiaq;, quæ cuncta prohibentur pellibus manicatis centonibus confectis, vel sagis cucullis. id si fiat, nullus dies tam intolerabilis est, quo non sub diuo moliri aliquid possit. Nec tantum operis agrestis sit, artifex, sed & animi, quantum seruile patitur ingenium, virtutibus instructus, vt neq; remisse, neq; crudeliter imperet. Semperq; aliquos ex melioribus foueat, parcat tamẽ etiam minus bonis, ita vt potius timeant eius seueritatem, quàm crudelitatem detestentur. Id contingere poterit, si maluerit custodire subiectos, ne peccẽt, quàm negligentia sua cõmittere, vt puniat delinquentes. Nulla est autem maior vel nequissimi hominis custodia, quàm operis exactio, vt iusta reddantur, vt villicus semper se repræsentet. Sic enim & magistri singulorum officiorum sedulo munia sua exequentur, & cæteri post fatigationem operis quieti, ac somno potius, quàm delitijs operam dabunt. Iam illa vetera, sed optimi moris, quæ nunc exoleuerunt, vti nam possint obtineri, ne conseruo ministro quoquam nisi in re domini vtatur, ne cibum nisi in conspectu familiæ capiat, néue alium, quàm qui cæteris præbetur. sic enim curabit, vt & panis diligenter confiat, & reliqua salubriter apparentur. Ne extra fines nisi à se missum, progredi sinat. Sed nec ipse mittat nisi magna necessitate cogente. Néue negotietur sibi, pecuniamq; domini aut animalibus, aut rebus alis promercalibus occupet.

Hęc enim negotiatio, curam villici auocat, nec vnquam patitur eum cum rationibus domini paria facere. Sed vbi numeratio exigetur, rem pro numis ostendit. In vniuersum tamen hoc maxime obtinendum ab eo est, ne quid se putet scire, quod nesciat, quæratq; semper addiscere, quod ignorat. Nam cum multum prodest perite quid facere, tum plus obest perperam fecisse. Vnum enim, ac solum dominatur in rusticatione, quicquid exigit ratio culturæ semel facere, quippe cum emendatur vel imprudentia, vel negligentia iam res ipsa decoxit. Nec in tantum postmodum exuberat, vt & rem amissam restituat, & quæstum temporum præteritorum resarciat.

In cæteris seruis hæc ferè præcepta seruãda sunt, quæ me custodisse non pœnitet, vt rusticos, qui modo nõ incommode se gessissent, sæpius q̃ vrbanos, familiariusq; alloquerer, & cũ comitate dñi leuari perpetuũ laborẽ eorũ intelligerem. Nonnũquam etiam iocarer, & plus ipsis iocari permitterem. Iam illud sæpe facio, vt quasi cũ peritioribus de aliquibus operibus nouis deliberem, & per hoc cognoscam cuiusq; ingenium quale, quamq; sit prudens. Tum etiam libẽtius eos vt opus aggredi video, de quo secum deliberatum, & consilio ipsorum susceptũ putant. nam illa solennia sunt omnibus circunspectis, vt ergastuli mancipia recognoscant. Vt explorent, an diligenter vincta sint, an ipsæ sedes custodiæ satis tutæ, munitæq; sint, num villicus aut alligauerit quempiam dño nesciente, aut reuinxerit. nam vtrunq; maxime seruare debet, vt & quẽ paterfamilias tali pœna multauerit, villicus nisi eiusdem permissu compedibus non eximat, & quem ipse sua sponte vinxerit ante, quam sciat dominus, non resoluat, tantoq; curiosior inquisitio patrisfamilias debet esse pro tali genere seruorum, ne aut in vestiarijs, aut in cæteris præbitis iniuriose tractentur, quanto & pluribus subiecti, vt villicis operum magistris, vt ergastularijs, magis obnoxij perpetiendis iniurijs, &



rursus sæuitia, atq; auaritia læsi magis timendi sunt. Itaq; diligens dominus cum & ab ipsis, tum & absolutis, quibus maior est fides, quærat an ex sua constitutione iusta percipiant. Atq; ipse panis, potionisq; bonitatem gustu suo exploret, vestem, manicas, pedumq; tegmina recognoscat. Sæpe etiam quærendi potestatem faciat de ijs, qui aut crudeliter eos, aut fraudulẽter insestent. Nos quidem aliquanto iuste dolentes, tam vindicamus, quàm animaduertimus in eos, qui seditionibus familiam concitant, qui calumniantur magistros suos, ac rursus præmio prosequimur eos, qui strenue, atq; industrie se gerunt. Fœminis quoq; fœcundioribus, quarũ in sobole certus fuerit numer⁹ honorari debet, otiũ nõnunquam, & libertatem dedimus, cum complures natos educassent. nam cui tres erant filij, vacatio, cui plures, libertas quoq; contingebat. Hæc enim iustitia, & cura patrisfamilias multum confert augendo patrimonio. Sed & illa meminerit, cum è ciuitate remeauerit, deos penates adorare, deinde, si tempestiuum erit, confestim, si minus, postero die fines oculis perlustrare, & omneis parteis agri reuisere, atq; æstimare, nunquid absentia sua de disciplina, & custodia remiserit. Num aliqua vitis, num arbor, num fruges absint. tum etiam pecus, & familiam recensere, fundiq; instrumentum, & supellectilem, quæ cuncta si per plures annos facere instituerit, bene moratam disciplinam, cum senectus aduenerit, obtinebit. Nec erit vlla eius ętas annis ita confecta, vt spernatur à seruis.

## *Qualis corporaturæ mancipia, cuiq; operi contribuenda sunt.* Cap. IX.

DICENDVM etiam est, quibus operibus, quemq; habitum corporis, aut animi contribuendum putemus. Magistros pecoribus oportet præponere sedulos, ac frugalissimos. ea res vtraq; pluspluã corporis statura, robur & confert huic negotio, quoniã id ministeriũ custodiæ

diligentis, & artis officium est. Bubulco quamuis necessaria, non tamen satis est indoles mentis, nisi cũ vastitas vocis, & habitus inetuendũ pecudibus efficit. Sed tempe ret vires clementia, quoniam terribilior debet esse, quã sæuior, vt & obsequantur eius imperijs, & diutius peren nent boues non confecti vexatione simul operũ, verbe rũq;. Sed quæ sint magistrorũ munia, quæq; bubulco rũ, suo loco repetam. Nũc ammonuisse satis est, nihil in his, in illis plurimũ referre vires, & proceritatem. Nã longissimũ quenq; aratorem (sicut dixi) faciemus, & pro pter id, quod paulo ante retuli, & quod in re rustica nul lo minus opere fatigatur prolixior, quia in arando sti uæ penè rectus innititur. mediastinus qualiscunq; status potest esse, dummodo perpetiendo labori sit idoneus. Vineæ non sic altos, quemadmodũ latos, & lacertosos viros exigunt. nam is habitus fossuris. & putationibus, cæterisq; earum culturis magis aptus. Minus in hoc offi cio, q̃ in cæteris agricolatio frugalitatem requirit, quia & in turba, & sub monitore vinitor opus facere debet. Ac plerũq; velocior animus est improborũ hominũ, q̃ desyderat huius operis condito, non solũ enim fortem, sed & acuminis strenui ministrũ postulat. Ideoq; vine ta plurimũ per alligatos excolũtur. Nihil tamen eius dem agilitatis homo frugi non melius quàm nequam faciet. Hoc interposui, nequis existimet in ea me opinio ne versari, qua malum per noxios, q̃ per innocentes ru ra colere. Sed & illud censeo ne confundantur opera fa miliæ, sic vt omnes omnia exequantur. Nam id minime conducit agricolæ, seu quia nemo suũ propriũ aliquod esse opus credit, seu quia, cũ enixus est non suo, sed com muni officio proficit, ideoq; labori multũ se subtrahit. nec tamen viritim malefactum deprehenditur, quod fit à multis, propter quod separandi sunt aratores à vinito ribus, & vinitores ab aratoribus, iisq; à mediastinis. Clas ses etiam non maiores, quàm denum hominum faciun dæ, quas decurias appellauerunt antiqui, et maxime pro



bauerunt, quod is numeri modus in opere cõmodissi me custodiretur, nec præeuntis monitoris diligentiam multitudo confunderet. Itaq; si latior est ager, in regio nes deducendæ sunt eæ classes, diuidundũq; ita opus, vt neq; singuli, binue sint, quoniam dispersi non facile cu stodiũtur. Nec tamen supra decem, ne rursus vbi nimia turba sit, id opus ad se pertinere singuli non existiment hæc ordinatio non solũ concitat æmulationem, sed & deprehẽdit ignauos. Nam cũ certamine opus excitetur, tũ in cessantes animaduersio iusta, & sine querela vide tur adhiberi. Sed nimirũ dũ quæ maxime prouidenda sunt agricolæ futuro præcipimus, de salubritate, de via, de vicino, de aqua, situ villæ, fundi modo, colonorũ, & seruorum generibus, officiorum, operumq; distributio ne, tempestiue per hæc ad ipsum iam terræ cultũ perue nimus, de quo pluribus libro insequẽte mox disseremꝰ.

# LVCI IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS.

## *Terram nec senescere, nec fatigari, si stercoretur. Cap. I.*

QVAERIS ex me Publi Siluine, quod ego sine cũctatione nõ recuso docere, cur priore li bro veterũ opinionem ferè oĩm, qui de cultu agrorũ locuti sunt, à principio confestim repudiauerim falsamq; sententiã repudiauerĩ cẽsentiũ lõgo æui situ, lon gisq; iã tẽporis exercitatione fatigatã, et effœtã humũ cõ senuisse. Nec te ignoro cũ et aliorũ illustriũ scriptorũ, tũ præcipue Tremellij authoritatẽ reuereri, qui cũ plurima rusticarum rerum præcepta simul eleganter, & scite me moriæ prodiderit, videlicet illectus nimio fauore pris corum de simili materia differentium, falso credidit pa cap. 1.

rentem omnium terram, sicut muliebrem sexum ætate anili iam confectam, progenerandis esse fœtibus inhabilem. Quod ipse quoq; confiterer, si in totum nullæ fruges prouenirent. Nam & hominis tum demum declaratur sterile senium, non cũ definit mulier trigeminos, aut geminos parere, sed cum omnino nullum conceptũ edere valet. Itaq; transactis iuuentæ temporibus, etiã si longa vita supereſt, partus tamen annis denegatus, non restituitur. At è contrario seu sponte, seu quolibet casu destituta humus, cum est repetita cultu, magno fœnore cessationis colono respondet. Non ergo est exiguarum frugum causa terræ vetustas, si modo cum semel inuasit senectus, regressum non habet, nec reuirescere, aut rubescere potest, sed ne lassitudo quidem soli minuit agricolæ fructum. neq; enim prudentis est adduci tanquam in hominibus nimia corporis exercitatione, aut oneris alicuius pondere, sic cultibus, & agitationibus agrorũ fatigationem succedere. Quid ergo est inquis, quod asseuerat Tremellius intacta, & syluestria loca, cum primum cœperint cultu exuberare, mox deinde non ita respondere labori colonorum? Videt sine dubio quid eueniat, sed cur id accidat, non peruidet. neq; enim iccirco rudis, & modo ex syluestri habitu in aruum transducta fœcundior haberi terra debet, quod sit requietior, & iunior, sed quod multorum annorũ frondibus, & herbis, quas suapte natura progenerabat, velut saginata largioribus pabulis facilius edendis, educandisq; frugibus sufficit. At cum perruptæ rastris, & aratris radices herbarũ, ferroq; succisa nemora frondibus suis desierunt alere matrem, quæq; temporibus autumni frutetis, & arboribus delapsa folia superiacebantur, mox conuersa vomeribus, & inferiori solo, quod plerunque est exilius permista, atque absumpta sunt, sequitur, vt destituta pristinis alimentis macrescat humus. Non igitur fatigatione, quemadmodum plurimi crediderunt, nec senio, sed nostra scilicet inertia minus benigne nobis arua respon-



dent. Licet enim maiorẽ fructum percipere, si frequenti & tempestiua, & modica stercoratione terra refoueatur, de cuius cultu dicturos nos priori volumine polliciti iã nunc differemus.

*Quot sint genera terreni, quot deinde species generibus subiungantur, quod solũ maxime probetur.* Cap. II.

CALLIDISSIMI rusticarũ rerũ Siluine genera terreni tria esse dixerũt. campestre, collinũ, montanũ. Campum nõ æquissima situm planicie, nec perlibrata, sed exigue prona. Collem clementer, & molliter assurgentem. Montem nõ sublimem, & asperum, sed nemorosum, & herbidum maxime probauerunt. His autem generibus singulis senæ species contribuuntur. soli pinguis, vel macri, soluti, vel spissi, humidi, vel sicci. quæ qualitates inter se mistæ vicibus, & alternatæ plurimas efficiunt agrorũ varietates. eas enumerare nõ est artificis agricolæ. Neq; enim artis officium est per species, quæ sunt innumerabiles, euagari, sed ingredi per genera quæ possunt, & cogitatione mentis, & ambitu verborũ facile copulari. Recurrendum est igitur ad qualitatum inter se dissidentiũ, quasi quasdã coniunctiones, quas græci συζυγίας ἐναντιοτήτων, nos discordantium comparationes tolerabiliter dixerimus. Atq; etiã significandum est ex omnibus, quæ terra progeneret, plura campo magis, q̃ colle, plura pingui solo, q̃ macro lætari. De siccaneis, & riguis non comperimus vtra numero vincant, cum vtiq; penè infinita sint, quæ siccis, quæq; humidis locis gaudent, sed ex his nihil non melius resoluta humo, quàm densa prouenit. quod noster quoq; Vergilius cum, & alias fœcundi aruì laudes retulisset, adiecit.

Et cui putre solum, nanq; hoc imitamur arando.

Neq; enim aliud est colere, quàm resoluere, & fermentare terram, ideoq; maximos quæstus ager præbet. idẽ pinguis, ac putris, quia cũ plurimũ reddat, minimũ poscit, & quod postulat, exiguo labore, atq; impensa conficitur.

Campus. Collis. Mons.

Præstantissimum igitur tale solum iure dicatur. Proximum deinde huic pinguiter densum, quod impensam coloni, laboremq; magno fœtu remuneratur. Tertia est ratio loci rigui, quia sine impensa fructum reddere potest. Hanc primam Cato esse dicebat, qui maxime reditum pratorum cęteris anteponebat. sed nos de agitatione terræ nunc loquimur, non de situ. Nullum deterius habetur genus, quàm quod est siccum pariter, & densum, & macrum, quia cum difficulter tractetur, tum ne tractatũ quidem gratiam refert, nec relictũ pratis, vel pascuis abunde sufficit. Itaq; hic ager siue exercetur, seu cessat, colono est pœnitendus, ac tanquã pestilens refugiendus. Nã ille mortem facit, hic teterrimam comitẽ mortis famẽ. Si tamen græcis camœnis habemus fidẽ clamitantibus. Λιμῶ δ' ὀικτισον θανέειν. καὶ πότμον ἐπισπεῖν. Sed nunc potius vberioris soli meminerimus, cuius demonstranda est duplex ratio, culti, & syluestris. de syluestri regione in aruorum formam redigenda prius dicemus, quoniam est antiquius facere agrum, quàm colere. Inculum igitur locũ cõsyderemus, siccus, an humidus, nemorosus arboribus, an lapidibus confragosus, iuncó ne sit, an gramine vestitus, ac filictis, alijsúe frutetis impeditus, si humidus erit, abũdantia vliginis, ante siccetur fossis. earum duo genera cognouimus, cæcarum, & patentium, spissis atq; cretosis regionibus apertæ relinquuntur. at vbi solutior humus est, aliquæ fiunt patentes, quædã etiam obcæcantur, ita vt in patentes ora hiantia cæcarũ competant, sed & patentes latius, & apertas summa parte, decliuesq;, & ad solum coarctatas, imbricibus supinis similes facere conueniet. nam quarum recta sunt latera, celeriter aquis vitiantur, & superioris soli lapsibus replẽtur. Opertæ rursus obcæcari debebunt, sulcis in altitudinem trepidaneam depressis, qui cum parte dimidia lapides minutos, vel nudam glaream receperint, æquentur superiecta terra, quæ fuerat effossa. Vel si nec lapis erit, nec glarea, fermentis connexus velut funis informabi-



tur in eam crassitudinem, quam solum fossę possit angustę, quasi accommodatam coarcta tamq; capere. Tum primum contendetur, vt super calcatis cupressinis, vel pineis, aut si eæ non erunt, alijs frondibus terra contegatur, in principio, atq; exitu fossæ more ponticulorum binis saxis tantummodo pilarum vice constitutis, & singulis superpositis, vt eiusmodi constructio ripam sustineat, ne præcludatur humoris illapsu atq; exitu. Nemorosi, fruteto siq; tractus duplex cura est, vel ex stirpandis radicitus arboribus, & remouendis, vel (si raræ sint) tantum succidendis, incendendisq;, & inarandis. at saxosum facile est expedire lectione lapidum, quorum si magna est abundantia, velut quibusdam substructionibus partes agri sunt occupandæ, vt reliquæ emundentur, vel in altitudinem sulco depresso lapides obruendi, quod tamẽ ita faciendum erit, si suadebit operarum vilitas. Iunci, & graminis pernicies repastinatio est, filicis frequẽs extirpatio, quæ vel aratro fieri potest, quoniam intra biennium sæpius conuulsæ moriuntur, celerius etiam si eodem tempore stercores, & lupino, vel faba conseras, vt cum aliquo reditu medearis agri vitio. Nanq; constat filicem sationibus, & stercoratione facilius interimi. Verum & si subinde nascentẽ falce decidas, quod vel puerile opus est, intra prædictũ tempus viuacitas eius absumitur. sed iam expedienti rudis agri rationem sequitur cultorũ noualium cura, de qua mox quid censeã profitebor. si quæ ante discenda sunt aruorum studiosis præcepero. Plurimos antiquorũ, qui de rusticis rebus scripserunt, memoria repeto, quasi confessa, nec dubia signa pinguis, ac frumentorum fertilis agri prodidisse, dulcedinem soli propriam, herbarum, et arborum prouentum, nigrum colorem, vel cinereum. De cæteris ambigo, de colore satis admirari non possum cum alios, tum Cornelium Celsum, non solum agricolationis, sed vniuersæ naturæ prudentem virum, sic & sententia, & visu deerrasse, vt oculis eius tot paludes, tot etiam campi salinarum non occurre-

rent, quibus ferè contribuuntur prædicti colores. Nullū enim temere videmus locum, qui modo pigrum contineat humorem, non eundem vel nigri, vel cinerei, coloris, nisi forte in eo fallor ipse, quod non putem aut in solo limosæ paludis, & vliginis amaræ, aut in maritimis areis salinarum gigni posse iacta frumenta, sed est manifestior hic antiquorū error, quàm vt pluribus argumentis conuincendus sit, non ergo color tanquam certus author, testis est bonitatis aruorum. Et ideo frumentarius ager, idest pinguis magis alijs qualitatibus æstimandus est. Nam vt fortissimę pecudes diuersos, ac penè innumerabiles, sic etiam robustissimæ terræ plurimos, & varios colores sortitæ sunt. Itaq; consyderandum erit, vt solū, quod excolere destinamus, pingue sit. Per se tamē id parum est, si dulcedine caret. quod vtrunq; satis expedita nobis ratione contingit discere. nam per exigua cōspergitur aqua gleba, manuq; subigitur, ac si glutinosa est, & quouis leuissimo tactu pressa inhæresci, & picis in morem ad digitos lentescit habendo, vt ait Virgilius. Eademq; illisa humo non dissipatur. ea res admonet nos inesse tali materiæ naturalem succum, & pinguitudinē. Sed & si velis scrobibus egestam humum recondere, & recalcare, cum aliquo quasi fermento abundauerit, certū erit esse eam pinguem, cum defuerit exilem, cum æquauerit, mediocrem, quanquam ista, quę nunc retuli, non tam vera possunt videri, quàm si sit pullula terra, quę melius prouentu frugum approbatur. Sapore quoq; sic dignoscemus, si ex ea parte agri, quæ maxime displicebit, effossæ glebæ, & in fictili vase madefactæ dulci aqua permisceantur, ac more feculenti vini diligenter colatæ gustu explorentur. Nam qualem traditum ab eis retulerit humor saporem, talem esse dicemus eius soli. sed citra hoc experimentum multa sunt, quæ & dulcem terram, et frumentis habilē significent, vt iuncus, vt calamus, vt gramen, vt trifolium, ebulum, rubi, pruni syluestres, & alia complura, quæ etiam indagatoribus aquarum nota, nō



nisi dulcibus terræ venis educantur. Nec contentos esse nos oportet prima specie summi soli, sed diligenter exploranda est inferioris materiæ qualitas, terrena nécne sit. Frumentis autem sat erit, si æque bona suberit bipedana humus. arboribus altitudo quatuor pedum abunde est. Hæc cum ita explorauerimus, agrum fationibus faciundis expediemus. Is autem non minimum exuberat, si curiose, & scite subigitur. quare antiquissimi ferè omnes formam huius operis conscripsere, quam velut scita legemq; in proscindendis agris sequantur agricolæ. Igitur in opere boues arcte iunctos habere conuenit, quo speciosius ingrediantur sublimes, & elatis capitibus, ac minus colla eorum labefactentur, iugumq; melius aptum ceruicibus insidat. Hoc enim genus iunctura maxime probatum est. Nam illud, quod in quibusdam prouincijs vsurpatur, vt cornibus illigetur iugum, ferè repudiatum est ab omnibus, qui præcepta rusticis conscripserunt, neq; immerito. plus enim queunt pecudes collo, & pectore conari, quàm cornibus. Atque hoc modo tota mole corporis, totoq; pondere nituntur. at illo retractis, & resupinis capitibus excruciantur, ægreq; terrę summam partem leui admodum vomere sauciant. Et ideo minoribus aratris moliuntur, qui non valent alte perfossam noualium terram rescindere, quod cum fit omnibus virentibus plurimum confert. nam penitus aruis sulcatis maiore incremento segetum, arborumq; fœtus grandescunt. Et in hoc igitur à Celso dissentio, qui reformidans impensam, quæ scilicet largior est in amplioribus armentis, censet exiguis vomeribus, & dentalibus terram subigere, quo minoris formæ bubus administrari id possit, ignorans plus esse reditus in vbertate frugum, quàm impendij, si maiora mercemur armenta, præsertim in Italia, vbi arbustis, atq; oleis consitus ager altius resolui, ac subigi desyderat, vt et summę radices vitium, olearumq; vomeribus rescindantur, quæ si maneant, frugibus obsint, et inferiores penitus subacto solo fa

Universidad de Deusto
Biblioteca



cilius capiant humoris alimentum. Potest tamen illa Cel si ratio Numidiæ, & Aegypto conuenire, vbi plerunq; arboribus viduum solũ frumentis seminatur. Atq; eiusmodi terram pinguibus arenis putrem veluti cinerẽ solutam, quamuis leuissimo dente moueri satis est. Bubulcum autem per proscissum ingredi oportet, alternisq; versibus obliquum tenere aratrum, & alternis recto, plenoq; sulcare, sed ita necubi crudum solum, et immmotũ relinquat, quod agricolæ scamnum vocant. Boues, cum ad arborem venerint, fortiter retinere, ac retardare, ne in radicem maiore nisu vomis impactus colla commoueat. néue aut cornu bos ad stipitẽ vehementius offendat, aut extremo iugo truncum delibet, ramumq; deplantet, voce potius, quàm verberibus terreat. Vltimaq; sint opus recusantibus remedia, plagæ, nunquã stimulo lacessat iuuencum, quod retrectantem calcitrosumq; eã reddit nonnunquam tamen admoneat flagello. sed nec in media parte versuræ consistat. Detq; requiem in summa, vt spe cessandi totum spatium bos agilius enitatur. Sulcum autem ducere longiorem, quàm pedum centum viginti, contrarium pecori est, quoniam plus æquo fatigatur, vbi hunc modum excessit. Cum ventũ erit ad versuram, in priorem partem iugum propellat, & boues inhibeat, vt colla eorum refrigescant, quæ celeriter conflagrant (nisi assidue refrigerentur) & ex eo tumor, ac deinde vlcera inuadunt. Nec minus dolabra, quàm vomere bubulcus vtatur, et præfractas stirpes, summasq; radices quibus ager arbusto consitus implicatur, omneis refodiat, ac persequatur.

## *Quæ cura adhibenda sit bubus ab opere disiunctis.* *Caput. III.*

BOVES cum ab opere disiunxerit, substrictos confricet, manibusq; comprimat dorsum, & pellẽ reuellat, nec patiatur corpori adhærere, quia id genus morbi maxime est armentis noxiũ. Colla subigat, merũq; faucibus



(si æstuauerint) infundat. Satis aũt est singulis binos sextarios præbere. Sed ante ad præsepia boues religari nõ expedit, q̃ sudare, atq; anhelare desierint, cũ deinde temperiue potuerint vesci, nõ multũ, nec vniuersum cibũ, sed partibus. et paulatim præbere conuenit. Quẽ cũ assumpserint ad aquam duci oportet, sibiloq; allectari, quo libentius bibant, tum demũ reductos largiori pabulo satiari. Hactenus de officio bubulci dixisse abunde est, sequitur, vt tempora quoq; subigendi arui præcipiamus.

## *Quo anni tpe campi arandi sint, & quomodo. Cap. IIII.*

PINGVES campi, q̃ diutius continẽt aquã, proscindendi sunt anni tempore iã incalescente, cũ omneis herbas ediderint, neq; adhuc earũ semina maturuerint, sed tã frequentibus, densisq; sulcis arandi sunt, vt vix dignoscatur in vtrã partẽ vomer actus sit. quoniã sic oẽs radices herbarũ perruptæ necantur. Sed & compluribus iterationibus sic resoluatur veruactũ in puluerẽ, vt vel nullam, vel exiguã desyderet occationẽ, cũ seminauerimus. nã veteres romani dixerũt male subactũ agrũ, qui satis frugibus occandus sit. eũ porrò an recte aretur, frequenter explorare debet agricola. Nec tantũ visu, qui fallitur nonnunquã, superfusa terra latentibus scamnis, verumetiã tactu. qui minus decipitur, cũ solidi rigoris admota pertica transuersis sulcis inscribitur. ea si æqualiter, ac sine offensione penetrauit. manifestũ est totũ solũ deinceps esse motum. sin aũt subeunti durior aliqua pars obstitit, crudũ veruactũ esse demonstrat. Hoc cũ sæpius bubulci fieri videãt, nõ committũt scamna facere. Igitur vliginosi campi proscindi debent post Idus mensis Aprilis. Quo tempore cũ arati fuerint diebus interpositis circa solstitiũ, quod est nonũ, vel octauũ Calen. Iulias, iteratos esse oportebit, ac deinde circa Septembris Calendas tertiatos. cum id tempus ab æstiuo solstitio conuenit inter peritos rei rusticæ nõ esse arandũ, nisi si magnis (vt fit nonnunquã) ac subitaneis imbribus, quasi hybernis pluuijs terra

pmaduerit. Quod cū accidit, nihil prohibet, quo minus mense Iulio veruacta subigantur. sed quandocūq; arabitur, obseruabimus, ne lutosus ager tractetur, néue exiguis nimbis semimadidus, quā terra rustici variā, catio samq; appellāt. ea est cū post longas siccitates leuis pluuia superiorē partē glebarū madefecit, inferiorē nō attingit. Nā quæ limosa versantur arua, toto anno desinūt posse tractari. nec sunt habilia sementi, aut occationi, aut sationi. At rursus, quæ varia subacta sunt, continuo triennio sterilitate afficiuntur. Medium igitur temperamentū maxime sequamur in arandis agris, vt neq; succo careāt, nec abundēt vligine. Quippe nimius humor (vt dixi) limosos lutososq; reddit. at quę siccitatibus aruerūt, expediri probe non possunt. nā vel respuitur duritia soli dens aratri. vel siqua parte penetrauit, nō minute diffindit humum, sed vastos cespites conuellit, quibus obiacentibus impeditū aruū minus recte potest iterari, quia ponderibus glebarū, sicut aliquibus obstantibus fundamentis vomis à sulco repellitur. quo euenit, vt in iteratione quoq; scamna fiāt, & boues iniquitate operis maxime multentur. Accedit huc, quod oīs humus quamuis lætissima, tñ inferiorē partē ieiuniorē habet, eamq; attrahūt excitatę maiores glebæ. Quo euenit, vt infœcundior materia mista pinguiori segetē minus vberē reddat, tū etiā ratio rustici aggrauatur exiguo profectu operis. Iusta enī fieri nequeūt, cū induruit ager. Itaq; siccitatibus censeo, quod iā prosciſſum est, iterare, pluuiāq; operiri, quæ madefacta terra, facilē nobis culturā præbeat. Sed iugerū talis agri quatuor operis expeditur, nam commode proscinditur duabus. vna iteratur. tertiatur dodrante. in lirā statim redigitur quadrante opere. Liras aūt rustici vocāt easdem porcas, cū sic aratū est, vt inter duos latius distanteis sulcos medius cumulus siccā sedē frumentis prębeat. Colles pinguis soli pacta satione trimestri, mense Martio, si vero tepor cœli, siccitasq; regionis suadebit, Februario, statim proscindendi sunt. Deinde de Aprili medio vsq; in



solstitiū iterandi, tertiādiq;. Septembri, circa æquinoctiū ac totidē operis, quot vliginosi campi excolitur iugerū talis agri. sed in arando maxime est obseruandū, semper vt transuersus mons sulcetur. Nā hac ratione difficultas accliuitatis infringitur, laborq; pecudū, et hoīm commodissime sic minuitur. Paulū tñ quotiescūq; iterabitur, modo in elatiora, modo in depressiora cliui obliquū agi sulcū oportebit, vt in vtranq; partē rescindamus, nec eodē vestigio terrā moliamur. Exilis ager planus, q aquis abūdat, primū aretur, vltima in parte mensis Augusti. Subinde Septembri sit iteratus, paratusq; sementi circa æquinoctiū. Expeditior aūt labor eiusmodi solo est, eo quod pauciores impenduntur operæ, nā tres vni iugero sufficiūt. Itē graciles cliui nō sunt æstate arandi, sed circa Septembres Calendas, quoniā si ante hoc tempus proscinditur, effœta & sine succo humus æstiuo sole peruritur, nullasq; viriū reliquias habet. Itaq; optime inter Calendas, & Idus Septembris aratur, ac subinde iteratur. vt primis pluuiis æquinoctialibus conseri possit. neq; in lira, sed sub sulco talis ager seminandus est.

*Exilis terra quomodo stercoretur.* Cap. V.

PRIVS tñ, q exilē terrā iteremus, stercorare conueniet nā eo quasi pabulo glisscit. In campo rarius, in colle spissius. acerui stercoris instar quinq; modiorū disponentur, atq; in plano pedes interualli quoquoversus octo, in clino duobus minus relinqui sat erit. sed id nobis decrescente luna fieri placet, nā ea res herbis liberat segetes. Iugerū aūt desyderat, quod spissius stercoratur, veheis quatuor, & viginti. quod rarius, duodeuiginti. Dissectum deinde protinus fimū inarari, & obrui conuenit, ne solis halitu vires amittat. & vt permista humus prædicto alimento pingueſcat. Itaq; cū in agro disponentur acerui stercoris, nō debet maior modus eorū dissipari, q quē bubulci eodem die possint obruere.

*De generibus seminum.* Cap. VI.

QVONIAM sementi terrā docuimus prēparare, nūc seminum genera persequemur. Prima, & vtilissima sunt hominibus frumenta triticū, & semē adoreū. Tritici genera complura cognouimus. Verū ex his maxime serendū est, quod robus dicitur, quoniā & pondere, & nitore prēstet. Secunda conditio est habenda siliginis, cuius species in pane prēcipua pondere deficitur. Tertium erit trimestre, cuius vsus agricolis gratissimus. Nā vbi propter aquas, aliámue causam matura satio est omissa, præsidiū ad hoc petitur. Id genus est siliginis. Reliquę tritici species, nisi siquos multiplex varietas frugū, et inanis delectat gloria, superuacuę sunt. Adorei aūt plerunq; vidimus in vsu genera quatuor. Far, quod appellatur clusinū candoris nitidi. Far, quod vocatur vennuculū rutilū, atq; alterū candidū, sed vtrunq; maioris pondesis, q̄ clusinū. Semē trimestre, quod dicitur halicastrū, idq; pondere, et bonitate est prēcipuū. Sed hęc genera tritici, & adorei propterea custodienda sunt agricolis, qđ raro quisq̄ ager ita situs est, vt vno semine contēti esse possimus, interueniēte parte aliqua vel vliginosa, vel arida. Triticū aūt sicco loco melius coalescit. Adoreū minus infestatur humore.

## De *generibus leguminum*. Cap. VII.

LEGVMINVM genera cū sint complura, maxime grata, & in vsu hoīm videntur, faba, lenticula, pisum, phaselus, cicer, cannabis, miliū, panicū, sesama, lupinū, linū etiā, et ordeū, quia ex eo ptisana est. Itē pabulorū optima sunt medica, & fœnū grecū. nec minus vicia. Proxima deinde cicera, & eruū, & farrago, quæ est ex ordeo. Sed de his prius disseremus, quę nr̄a causa seminantur, memores antiquissimi prǽcepti, q̄ monemur, vt locis frigidis nouissime, tepidis celerius, calidis ocyssime seramus. Nūc aūt proinde, acsi tēperatę regioni prǽcepta dabimꝰ.

## *Quod sit seminandi tempus*. Cap. VIII.

PLACET nostro poetæ adoreum, atq; etiā triticū nō



ante seminare, quàm occiderint vergiliæ, quod ipsum numeris sic edisserit.

At si triticeam in messem, robustaq; farra
Exercebis humum, solisq; instabis aristis,
Ante tibi eoæ Atlantides abscondantur.

Abscondūtur autem altero, & trigesimo die post autūnale æquinoctium, quod ferè conficitur nono Calendas Octobris, propter quod intelligi debet tritici satio dierum sex, & quadraginta ab occasu vergiliarum, qui fit ante diē. IX. Calen. Nouemb. ad brumæ tēpora. Sic enī seruant prudentes agricolæ, vt quindecim diebus prius, quàm conficiatur bruma, totidemq; post eam confectā neq; arent, neq; vitem, aut arborem putent. Nos quoq; non ambigimus in agro temperato, & minime humido sementem sic fieri debere. Cæterum locis vliginosis, atq; exilibus, aut frigidis, aut etiam opacis plerunq; citra Calendas Octobris seminare conuenire, dum sicca tellure licet, dum nubila pendent, vt prius conualescant radices frumentorum, quàm hybernis imbribus, aut gelicidijs, pruinisue infestentur. Sed quamuis tempestiue sementis confecta erit, cauebitur tamen, vt patenteis liras, crebrosq; sulcos aquarios, quos nonnulli elices vocant, faciamus, & omnem humorem in colliquias, atq; inde extra segetes deriuemus. Nec ignoro quosdam veteres authores prǽcepisse, ne seminarentur agri, nisi cum terra pluuijs permaduisset. Quod ego, si tempestiue competat, magis conducere agricolæ non dubito. Sed si (quod euenit nonnunquàm) seri sunt imbres, quamuis sitienti solo rectè semen committitur. idq; etiam in quibusdam prouincijs, vbi statꝰ cœli talis est vsurpatur. Nam quod sicco solo ingestum, & inoccatum est perinde ac si repositum in horreo non corrumpitur. Atq; vbi venit imber, multorum dierum sementis vno die surgit. Tremellius quidem asseuerat, prius q̄ impleuerit, ab auibus, aut formicis sata edi, vbi æstiuis serenitatibꝰ ager aret. Idq; etiā sæpius nos experti, verū adhuc esse cōperimus. Ma-

gis apte tñ in eiusmodi agris adoreũ, quã triticũ seritur, quoniã folliculũ, quo continetur, firmũ, & durabilẽ aduersus longioris temporis humorẽ habet.

*Quot seminum modios iugerum postulet, & medicinæ seminum.* Cap. IX.

IVGERVM agri pinguis plerunq; modios tritici quatuor, mediocris quiq; postulat. Adorei medios nouẽ si est lætũ solũ, si mediocre, decẽ desyderat. Nã quãuis de mensura minus authoribus conuenit, hanc tñ videri cõmodissimã docuit noster vsus, quẽ siquis sequi recusat, vtatur præceptis eorũ, qui vberẽ campũ in singula iugera tritici quinq;, & adorei octo modijs obserere præcipiunt. Atq; hac portione mediocribus agris semina præbenda censent. Nobis ne istam quidem, quam prædiximus, mensuram semper placet seruari, quod eam variat, aut loci, aut temporis, aut cœli conditio. Loci, cum vel in campis, vel collibus frumentum seritur, atq; his vel pinguibus, vel mediocribus, vel macris, Temporis, cum autumno, aut etiam ingruente hyeme frumenta iacimus. Nam prima sementis rarius serere permittit, nouissima spissius postulat. Cœli, cum aut pluuium, aut siccum est. Nam illud idem, quod prima sementis, hoc quoq; vltima desyderat. Omne autem frumentum maxime campo patente, & ad solem prono, apricoq;, & soluto lætatur. Collis enim quamuis granum robustius aliquãto, minus tamen tritici reddit. Densa, cretosaq;, & vliginosa humus siliginem, & far adoreum non incommode alit. Ordeum nisi solutum, & siccum locum non patitur. Atq; illa vicibus annorum requietum, agitatũq; alternis, & quàm lætissimum voluntatuum. Hoc nullam mediocritatem postulat, nam vel pinguissima, vel macerrima humo iaciatur, perit. illa post cõtinuos imbres si necessitas exigat, quamuis adhuc limoso, & madente solo sparseris, iniuriam sustinẽt. Hoc si lutuso commiseris, emoritur. Siliginis autem, vel tritici, si modiocriter



cretosus, vliginosusue ager est etiam paulo plus quàm vt prius iam dixi, quinq; modijs ad sationem opus est. at si siccus, & resolutus locus, idemq; vel pinguis, vel exilis est, quatuor, quoniam & è contrario macer tantundem seminis poscit. Nam nisi rare conseritur, vanam, & minutam spicam facit. at vbi ex vno semine pluribus culmis fruticauit, etiam ex rara segete densam facit. Inter cætera quoq; non ignorare debemus quintã partẽ seminis amplius occupare agrũ consitũ arbusto q̃ vacuum, & apertũ. Atq; adhuc de satione autũnali loquimur hanc enĩ potissimã ducim⁹. Sed & est altera, cũ cogit necessitas, trimestrẽ vocant agricolæ. Ea locis prægelidis, ac niuosis, vbi æstas est humida, et siue vaporibus recte cõmittitur, Cæteris admodũ raro respondet, quã tñ ipsam celeriter, & vtiq; ante æquinoctiũ vernũ conueniet peragere. Si vero locorũ, & cœli cõditio patietur, quãto maturius seuerimus, tanto cõmodius proueniet. Neq; enim est vllũ (sicut multi crediderũt) natura trimestre semẽ, quippe idẽ iactũ autũno melius respõdet. Sed sunt nihilo min⁹ quædã alijs potiora, quæ sustinẽt veris tempores, vt siligo, & ordeũ galathicũ, & halicastrũ, granũ q; fabæ marsicæ. Nã cætera robusta frumẽta semper ante hyemẽ seri debent in regionibus tẽperatis. Solet autẽ salsam nonnunq;, & amarã vliginẽ vomere terra, quæ quamuis matura iam sata manante noxio humore corrũpit, & locis glabrentibus sine vlla stirpe seminũ areas reddit. Ea glabreta signis adhibitis notari conuenit, vt suo tempore vitijs eiusmodi medeamur. nã vbi vel vligo, vel aliqua pestis segetẽ enecat, ibi colũbinũ stercus, vel si id non est, folia cupressi conuenit spargi, & inarari. Sed antiquissimũ est oẽm inde humorẽ facto sulco, deducere, aliter vana erũt prædicta remedia. Nonnulli pelle hyænæ satoriam trimodiam vestiũt, atq; ita ex ea, cum paulum immorata sunt semina iaciũt non dubitantes prouentura, quæ sic sata sint. Quædam etiã subterraneq; pestes adultas segetes radicib⁹ subsectis enecãt. Id ne

fiat remedio est aquæ mistus succus hærbæ, quam rustici sedum appellant. nam hoc medicamine vna nocte semina macerata iaciuntur. Quidam cucumeris anguinei humorem expressum, & eiusdem tritam radicem diluũt aqua, similiq; ratione madefacta semina terræ mandant. Alij hac eadẽ aqua, vel amurca insulsa, cũ cœpit infestari seges, perfundunt sulcos, & ita noxia animalia summouent. Illud deinceps præcipiendum habeo, vt demessis segetibus iam in area futuro semini consulamus. Nam qđ ait Celsus, vbi mediocris est fructus, optimam quanque spicam legere oportet, separatimq; ex ea semen reponere. Cum rursus amplior messis prouenerit, quicquid extetur, capisterio expurgandum erit, & semper quod propter magnitudinem, ac pondus in imo subsederit, ad semen reseruandum. Nam id plurimum prodest, quia quãuis celerius locis humidis, tamen etiam siccis frumenta degenerant, nisi cura talis adhibeatur. neq; enim dubiũ est, ex robusto semine posse fieri non robustum. Quod vero protinus exile natum sit, nunquam robur accipere manifestum est. Ideoq; Vergilius cum & alia, tum & hoc de seminibus præclare sic disseruit.

Vidi ego lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret, sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri.

Granum autem rutilum si cum diffissum est eundem colorem interiorem habet, integrum esse non dubitamus. Quod extrinsecus albidum, intus etiam conspicitur candidum. leue, ac vanum intelligi debet. nec nos tanquam optabilis agricolis fallat siligo. Nam hoc tritici vitium est. & quamuis candore præstet, pondere tamen vincitur. Verum in humido statu cœli recte prouenit, & ideo locis manantibus magis apta est. Nec tamẽ ea longe nobis, aut magna difficultate requirenda est. Nam omne triticum solo vliginoso post tertiam sationem conuertitur in siliginem. Proximus est his frumentis vsus ordei, qđ



rustici hexasticum, quidam etiam cantherinum appellant, quoniam & alia animalia, quæ ruri sunt, melius quã triticum, & hominem salubrius, quàm malum triticum pascit. Nec aliud in egenis rebus magis inopiam defendit. Seritur soluta, siccaq; terra, & vel prẽualida, vel exili, quia constat arua segetibꝰ eius, macescere, propter quod pinguissimo agro, cuius nimijs viribus nocere non possit, aut macro, cui nihil aliud committitur. Altero sulco seminari debet post æquinoctium media ferè sementi, si læto solo, si gracili maturius. Iugerum quinq; modijs occupabunt. Idq; vbi paulum maturuerit, festinantius, quã vllum aliud frumentum demerendum erit. Nam & fragili culmo, & nulla vestitum palea granũ eius celeriter decidit, ij sdemq; de causis facilius teritur, quã cætera. Sed cum eius messem sustuleris, optimũ est noualia pati anno cessare, si minus stercore saturare, & omne virus, qđ adhuc inest terræ, propulsare. Alterum quoq; genus ordei est, quod alij distichum, galaticum nonnulli vocant, ponderis, & candoris eximij, adeo vt tritico mistum egregia cibaria familiæ præbeat. Seritur quampinguissimis, sed frigidis locis circa Martium mensem. Melius tamen respondet, si clementia hyemis permittit, cum semi natur circa Idus Ianuarias. Iugerum sex modios postulat. Inter frumenta etiam panicum, & milium ponenda sunt, quamuis iam leguminibus ea contribuerim. Nam multis regionibus cibarijs eorum coloni sustinentur. Leuem, solutamq; humum desyderant. Nec in sabuloso solo, sed in arena quoq; prouenium modo humido cœlo, vel riguo solo (nam siccum, cretosumq; reformidant). Ante ver seri non possunt, quoniam teporibus maxime lætantur, vltima tñi parte Martij mensis cõmodissime terræ cõmittuntur. Nec impẽsa graui sationẽ cultoris onerant, quippe sextarijs fere quatuor iugerũ implent. Frequentem tamen exigunt sarritionem, & runcationẽ, vt herbis liberentur. Ea cũ spicas ediderunt, priusq; semina hient æstibus, manu carpuntur, & suspensa

Universitat de Deusto
Biblioteca



in sole sic assiccata fuerint, reconduntur. Atq; ita reposita, perennant diutius, quàm cætera. Panis ex milio conficitur, qui ante quàm refrigescat, sine fastidio potest absumi. Panicum pinsitum, & euolutum furfure, sed & milium quoq;, pultem, quauis inopia, maxime cum lacte non fastidiendam præbet.

## Quod solum cuiq; leguminiconueniat. Caput. X.

QVONIAM de frumentis abunde præcepimus, de leguminibus disseramus. Lupini prima ratio est, quod et minimũ operarũ absumit, et vilissime emitur, et maxime ex ijs, q̃ seruntur, iuuat agrũ. Nã vineis iã emaciatis, & aruis optimũ stercus præbet, ac vel effœto solo prouenit, vel repositũ in granario patitur æuũ. Boues per hyemẽ coctũ, maceratumq; probe alit. Famem quoq;, si sterilitas annonæ incessit hominibus, commode propulsat. Spargitur statim ex area. Atq; id solum omnium leguminum non desyderat requiem in horreo. siue Septembri mense ante æquinoctium, seu protinus à Calendis Octobris crudis noualibus ingeras. Et qualitercunq; obruas, sustinet coloni negligentiam. Teporem tamen autumni desyderat, vt celeriter confirmetur. Nam si non ante hyemem conualuerit, frigoribus affligitur. Reliquum quod seminis supereſt, in tabulatum, quò fumus peruenit, optime reponis, quoniã si humor inuasit, vermes gignit, qui simulatq; oscilla lupinorum ederunt, reliqua pars enasci non potest. Id, vt dixi, exilem amat terram, & rubricam præcipue. Nam cretam reformidat, limosoq; nõ exit agro. Iugerum decem modij occupant. Ab hoc recte phaselus terrę mãdabitur, vel in veruacto, vel melius pingui, et restibili agro. Nec amplius quatuor modijs iugerum obseritur. Similis quoq; ratio est ipsi, quod tamen facilem, & solutam terram desyderat, tepidumq; locum, & cœlum frequentis humoris. Eadẽ mensura iugerũ, vel modio minus, quàm phaselum licet obserere primo tẽpore sementis ab æquinoctio autumnali.



Fabę pinguissimus locus, vel stercoratus destinatur, & si veruactũ erit in valle situm, quod à superiore parte sucum accipit, prius tamẽ iacienus semina, deinde proscindemus terrã, prosciſſamq; in ſtram reuocabimus, occabimusq;, quo altius largiore humo̊ contegatur. Nã id plurimũ refert, vt radices enatorũ seminũ penitus demersæ sint. Sin aũt proximæ messis, occupandũ erit restibile, desectis stramentis quatuor & viginti vehes stercoris in iugerũ disponemus, dissipabimusq;. Et similiter cum semen crudo solo ingesserimus, inarabimus, imporcatũq; occabimus, quamuis sint, qui negent locis frigidis oportere occari fabam, quia extantes glebæ à gelicidijs adhuc eam tenerã vindicẽt, & aliquẽ teporẽ frigore laboranti præbeãt. Sunt etiã qui putẽt in aruis hãc eandẽ vice stercoris fungi, quod sic ego interpretor, vt existimẽ nõ sationibus eius pinguescere humum, sed minus hãc, q̃ cætera semina vim terræ consumere. Nã certum habeo frumentis vtiliorẽ agrum esse, qui nihil, quã qui istã siliquã proximo anno tulerit. Iugerum agri (vt Tremellio) quatuor (vt nobis videtur) fabæ sex occupãt modijs, si solum pingue sit, si mediocre, paulo amplius. Eaq; nec macrũ, nec nebulosum locum patitur. Densa tamen humo sæpe commode respondet. Media sementi pars seri, & pars vltima debet, quę septimuncialis satio dicitur. Tempestiua, frequentius, nonnunquã tamẽ sera, melior est. Post brumã parum recte seritur, pessime vere, quamuis sit etiam trimestris faba, quæ mense Februario seratur, quinta parte amplius, q̃ natura, sed exiguas paleas nec multã siliquã facit. Veteres itaq; rusticos plerunq; dicenteis audio, male se matura fabalia, q̃ fructum trimestrem. Sed quocunq; tempore anni seritur, opera danda erit, vt quantum destinauerimus in sationem, tantum quintadecima luna, si tamen ea non transcurret eo die solis radios, quod græci ἀπόκαυσιν vocant. Si minus quartadecima vtiq; adhuc crescente lumine spargatur, etiã si confestim totũ semen operiri non poterit. Nihil enim nocebitur ei no-

cturnis roribus, alijsue ex causis, dū à pecore, & auibus vindicetur. Priscis autē rusticis, nec minus Vergilio prius amurca, vel nitro macerari eam, & ita seri placuit.

Lætior vt fœtus siliquis fallacibus esset,
Et quamuis igni exiguo properata maderent.

Nos quoq; sic medicatum comperimus, cum ad maturitatem perducta sit minus à curculione infestari. Sed & illud quod deinceps dicturi sumus experti præcipimus, si lente luna fabam, vellito ante lucē. Deinde cum in area exaruerit, confestim prius quàm luna incrementum capiat, excussam, refrigeratamq; in granarium cōferto. Sic condita à curculionibus erit innoxia. Maximeq; ex legu minibus ea, & sine iumentis teri, & sine vento purgari expeditissime sic poterit. Modicus fasciculorū numerus resolutus in extrema parte areæ collocetur, quē per longissimum eius, mediumq; spatiū tres vel quatuor homines promoueant pedibus, & baculis furcillisue cotundant. deinde cum ad alteram partem areæ peruenerint, in aceruum culmos regerant. Nā semina excussa in area iacebunt, superq; ea paulatim eodem modo reliqui fasciculi excutientur. Ac durissime quidem acus resectæ, sepe ratæq; erunt à cudentibus. minutæ vero quæ de siliquis cum faba resederunt, aliter secernentur. Nam cum acervus paleis, granisq; mistus in vnum fuerit cōgestus, paulatim ex eo ventilabris per longius spatiū iactetur, quo facto, palea, quæ leuior est, citra decidit, faba, quæ longius emittetur, pura eò perueniet, quò ventilator eam iaculabitur. Lentem sementi media, crescente luna vsq; in duodecimam, solo tenui, & resoluto, vel pingui, & sicco maxime loco, seri conuenit. nam in flore facile luxuria & humore corrumpitur, quæ vt celeriter prodeat, & in grandescat, ante quàm seratur, fimo arido permisceri debet, & cū ita quatuor, aut quinq; diebus requieuerit spargi. Sationes eius duas seruamus, alteram maturam p̄ mediam sementim, seriorē alteram mense Februario. Iugerum agri paulo plus, quàm modius occupat. Ea ne cur-



culionibus absumatur (nam etiā dū est in siliqua estur) curandum erit, vt cum extrita sit, in aquam demittatur, & ab inani, quæ protinus innatat, separetur solida. tum in sole siccetur, & radice silphij trita cum aceto aspergatur, defricetur q; atq; ita rursus in sole siccata, & mox refrigerata recōdatur, si maior est modus, in horreo, si minor, in vasis olearijs, salsamentarijsq;. quæ repleta cùm confestim gypsata sunt, quandocunq; in vsus prompserimus, integram lentē reperiemus. Potest tamē etiam citra istam medicationē cineri mista commode seruari. Lini semē, nisi magnus est eius in ea regione, quam colis, prouētus, & pretium proritat, serendum non est. agris enim præcipue noxium est. itaq; pinguissimum locum, & modice humidum possit. Seritur à Calēdis Octobris in ortum aquilæ qui est. VII. Idus Decembris, Iugerū agri octo modijs obseritur. Nonnullis placet macro solo quam spicissimum semē eius committi, quo tenue linum proueniat. Idē etiam si læto solo seratur, mense Februario, decē modios in iugerum iaci oportere dicunt. Sesama, quæ rigantur maturius, quæ carent humore, ab æquinoctio autumnali serenda sunt, in Idus Octobris. putre solum, quod campani pullum vocant, plerunq; deſyderant. non deterius tamen etiam pinguibus harenis, vel congestitia humo proueniunt. tantūq; seminis, quantum milium, panicumq; interdum etiam duobus sextarijs amplius in iugerum spargitur. Sed hoc quidē semen ciliciæ, syriæq; regionibus ipse vidi mense Iunio, Iulioq; conseri, & per autumnum cum permaturuerit, tolli. Cicercula, quæ piso est similis, mense Ianuario, aut Februario fieri debet læto loco, cœlo humido. Quibusdam tamen Italiæ locis ante Calendas Nouembris seritur. Tres modij iugerum implent. Nec vllū legumen minus agro nocet, sed raro respondet, quoniam nec siccitates, nec austros in flore sustinet, quæ vtraq; incōmoda ferè eo tempore anni sunt, quo defloresc it, Cicer, quod arietinum vocatur. item q; alterius generis, quod punicum seri men

se Martio toto potest, cœlo humido, loco quamlætissimo. Nam etiam id terram lædit, atq; ideo improbatur à callidioribus agricolis, quod tamen si seri debeat pridie macerandū erit, vt celerius enascatur. Iugero modij tres abunde sunt. Cannabis solum pingue stercoratumq; & riguum, vel planum, atq; humidum, & alte subactum desicit. In quadratum pedem seruntur grana sex eius seminis arcturo exoriente. quod est vltimo mense Februario circa sextum aut quintum Cal. Martias. Nec tamen vsq; in æquinoctium vernum, si sit pluuius cœli status, improbe seretur. Ab his leguminibus ratio est habenda naporum, raporumq;. nam vtraq; rusticos implent. Magis tamen vtilia rapa sunt, quia & maiore incremento proueniunt, & non hominem solum, verum etiam boues pascunt, præcipue in gallia, vbi hyberna cibaria prædictis pecudibus id olus præbet. solum putre, & solutum res vtraq; desyderat, nec densa nascitur humo. Sed rapa campis, & locis humidis lætantur. Napus deuexā amat, & siccam, tenuiq; propiorem terram. Itaq; glareosis, sabulosisq; aruis melior exit. lociq; proprietatis vtrisq; semen cōmutat. Nanq; in alio solo rapa biennio fata conuertuntur in napum, in alio napus raporum accipit speciem. Riguis locis vtrunq; recte ab solstitio seritur, siccis vltima parte mensis Augusti, vel prima Septēbris. Subactum solum pluribus iterationibus aratri vel rastri, largoq; stercore satiatum postulant. Nam id plurimum refert, non solum ꝙ melius ea proueniunt, sed ꝙ etiā post fructum eorum sic tractatum solum segetes opimas facit. Iugerum agri non amplius quatuor sextarijs raporū seminis obserendū est, quarta parte amplius napis spargendum, quia non in ventrem latescunt, sed tenuem radicem deorsum agunt. Atq; hæc hominum causa serenda censemus, illa deinde pecudum.

Cannabis.

Napus. rapa.

De *genere pabulorum, & de medica, uicia, farragine, auena, fœno græco, eruo, & cicera.* Caput. XI.



PABVLORVM genera complura, sicut medicā, & viciam, farraginem quoq; ordeaceam, & auenam, fœnum græcum, nec minus eruum, & cicera. Nam cætera necq; enumerare, ac minus serere dignamur, excepta tamen cythiso, de qua dicemus in ijs libris, quos de generibus surculorum conscripsimus. Sed ex ijs, quæ placent, eximia est herba medica, quod cum semel seritur, decem annis durat, quod per annum. deinde recte quater, interdum etiā sexies demetitur, quod agrum stercorat, quod omne emaciatum armentū ex ea pinguescit, quod ægro tanti pecori remedium est, quòd iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit. Seritur, vt deinceps præcipiemus. Locum, in quo medicam proximo vere saturus es, proscindito circa Calendas Octobris, & eum tota hyeme putrescere sinito. Deinde Calendis Februarijs diligenter iterato, et lapides omnes egerito, glebasq; offringito. Postea circa Martium mensem tertiato, & occato. Cum sic terram subegeris, in morem horti areas latas pedum denum, longas pedum quinquagenū facito, vt per semitas aqua ministrari possit. Aditusq; vtraq; parte rū cantibus pateat. deinde vetus stercus injcito. atq; ita mē se vltimo Aprilis serito tantum, quantum vt singuli cythi seminis locum occupent decem pedum longum, & quinq; latum. quod vbi feceris ligneis rastris (id enī multum confert) statim iacta semina obruantur, nam celerime sole aduruntur. Post sationē ferro tangi locus non debet. Atq;, vt dixi, ligneis rastris sarriendus, & idētidem runcandus est, ne alterius generis herba inualidā medicā perimat. Tardius messem primam eius facere oportebit, cum iā seminum aliquā partem ieccerit. Posteaq; voles teneram, cum profluerit, defeces licet, & iumentis præbeas. Sed inter initia parcius dum consuescant, ne nouitas pabuli noceat. Inflat enim, & multum creat sanguinē. Cū secueris aūt, sæpius eā rigato. Paucos deinde post dies, vbi cœperit fruticare, omneis alterius generis herbas eruncato. Sic culta, sexies in anno demeti poterit, &

Medica.

permanebit annis decem. Viciæ autẽ duæ sationes sunt. Prima, quam pabuli causa circa æquinoctium autumnale serimus, septem modios eius in vnum iugerum. Secunda, qua sex modios mense Ianuario, vel etiam serius iacimus semini progenerando. Vtraq; satio potest cruda terra fieri, sed melius proscissa, idq; genus præcipue non amat rores, cum seritur. Itaq; post secundam diei horam, vel tertiam spargendum est, cum iam omnis humor solle ventoue detersus est. neq; amplius proijci debet, quàm quod eodem die possit operiri. Nã si nox incessit, quantulocunq; humore prius quàm obruatur corrumpitur. Obseruandum erit, ne ante quintam & vigesimam lunam terræ mandetur. Alter satæ ferè limacem nocere comperimus. Farraginem in restibili stercoratissimo loco, & altero sulco serere conuenit. Ea fit optima, cũ cantherini ordei. X. modijs iugerum obseritur circa æquinoctium autumnale, sed impendentibus pluuijs, vt consita, rigataq; imbribus celeriter prodeat, & confirmetur ante hyemis violentiam. nam frigoribus cum alia pabula defecerunt, ea bubus, cęterisq; pecudibus optime desecta præbetur. & si depascere sæpius voles, vsq; in mensem Maium sufficit. quod si etiam semen voles ex ea percipere, à Calen. Martijs pecora depellenda, & ab omni noxa defendenda est, vt sit idonea frugibus. Similis satio auenæ, quæ autumno sata, partim cæditur in fœnum, vel pabulum, dum adhuc viret, partim semini custoditur. Fœnum græcum (quod siliquam vocant rustici) duo tempora sationum habet, quorum alterũ est Septembris mensis (cum pabuli causa seritur) ijsdem diebus, quibus vicia circa æquinoctium. alterum autem mensis Ianuarij vltimo, vel primo Februarij, cum in messem seminatur. sed hac ratione iugerum sex modijs, illa septem occupamus. Vtraq; cruda terra non incommode fit. daturq; opera, vt spisse aretur, nec tamen alte. nam si plus quatuor digitis adobrutũ est, semen eius nõ facile prodit. propter quod nonnulli prius q̃ serant, minimis aratris proscindunt,



atq; ita iaciũt semina, & sarculis adobruũt. Eruũ aũt lætatur loco macro, nec humido, quia luxuria plerunq; corrumpitur. Potest & autumno seri, nec minus post brumã Ianuarij parte nouissima, vel toto Februario, dũ añ Calẽ. Martias, quẽ mensem vniuersum negant agricolæ huic legumini conuenire, quod eo tempore satũ pecori sit noxiũ, et præcipue bubus, quos pabulo suo cerebrosos reddat. quinq; modijs iugerũ obseritur. Cicera bubus erui loco, fresa datur in Hispania bætica, quę cũ suspensa mola diuisa est, paulũ aqua maceratur, dũ lentescat. Atq; ita mista paleis subtritis pecori præbetur. Sed erui duodecim libræ satisfaciũt vni iugo, cicerę sexdecim. eadem hoĩbus nõ inutilis, neq; iniucũda est. Sapore certe nihilo differt à cicercula, colore tantũ discernitur. Nã est obsoletior, et nigro propior. seritur primo vel altero sulco mense Martio, ita vt postulat soli lætitia, quod eadẽ quatuor modiis, nonnunquam & tribus, interdum etiam duobus, ac semodio iugerum occupat.

*Quemadmodum, & quot operis unumquodq; frumentum, & legumen colatur.* Cap. XII.

QVONIAM qñ quicq; serendũ sit persecuti sumus, nũc quemadmodũ quotq; operis singula eorũ, quę retulimus colenda sint, demonstrabimus. Peracta sementi, seques cura est sarritionis, de qua nõ conuenit inter authores. Quidã negãt, eã quicquã proficere, quod frumenti radices sarculo detegantur, aliquę etiã succidantur, ac si frigora incesserint post sarritionẽ gelu frumenta enecentur. Satius aũt esse ea tempestiue runcari, & purgari. Pluribus tñ sarriri placet, sed neq; eodẽ modo, neq; ijsdẽ temporibus vsquequaq; fieri. Nã in agris siccis & apricis, simulac primũ sarritionẽ pati queat segetes, debere eas promota terra adobrui, vt fruticare possint, quod ipsum añ hyemẽ fieri oportere, deinde post hyemẽ iterari. In locis aũt frigidis, & palustribus plerunq; transacta hyeme sarriri, nec adobrui, sed plana sarritione terram permoueri.

Multis tñ nos regionibus aptã esse hyemalẽ sarritionem comperimus, duntaxãt vbi & siccitas cœli, & tepores permittũt. Sed nec istud vbiq; fieri censemus, verũ incolarũ consuetudine vti. Sũt enĩ regionũ propria munera, sicut Aegypti, & Africæ, quibus agricola post sementẽ, ante messem segetẽ nõ attingit, quoniã cœli conditio, & terræ bonitas ea est, vt vix vlla herba exeat, nisi ex semine iacto, siue quia rari sunt imbres, seu quia qualitas humi sic se cultoribus præbet. In ijs aũt locis, vbi desyderatur sarritio, non ante sunt attingendæ segetes, etiã si cœli status permittit, q̃ cũ sata sulcos contexerint. Triticũq; & adoreũ cũ quatuor fibras habere cœperint, ordeũ cũ quinq; faba & cætera legumina cũ quatuor digitis à terra extiterint, recte sarriẽtur. Excepto tñ lupino, cuius semini contraria est sarritio, quoniã vnã radicẽ habet, quæ siue ferro succisa est, seu vulnerata, totũ frutex emoritur. Quod etiã si nõ fieret, superuacuus tñ esset cultus, cum sola hæc res adeo nõ infestetur herbis, vt ipsa herbas perimat. At aliæ segetes, quæ vel humidæ moueri possunt, melius tñ siccæ sarriuntur, quoniã sic tractatæ nõ infestantur rubigine, hordeum vero nisi siccissimũ tangi nõ debet. Fabã multi ne sarriendã quidẽ putãt, quod & manibus, cũ maturuerit ducta secernatur à cætera runcatione, & interna tæ herbæ fœno reseruentur. Cuius opinionis etiã Cornelius Celsus est, q̃ inter cæteras dotes leguminis hãc quoq; enumerat, quod sublata faba fœnum ex eodẽ loco secari possedicat. Sed mihi videtur pessimi agricolæ, committere, vt satis herba proueniat. Frugibus enĩ plurimũ detrahitur, si relinquitur runcatio. Neq; enĩ est rustici prudentis magis pabulis studere pecudũ, q̃ cibis hoĩm. cũ præsertim liceat illa quoq; cultu pratorũ consequi. adeoq; fabã sarriendã censeo, vt existimẽ debere ter sarriri. nã sic cultã comperimus non solũ multiplicare fructũ, sed exiguã portionẽ in valuulis habere. Fresæq; eius & expurgatæ modiũ penè tam plenũ esse, q̃ integræ, cũ vix minuatur mensura detractis putaminibus. atq; in totũ sicut ante iã



diximus) hyberna sarritio plurimũ iuuat diebus serenis, ac siccis post brumã confectã, mẽse Ianuario si gelicidia nõ sint. ea porrò sic debet fieri, ne radices satorũ lædantur, & vt potius adobruantur, cumulisq; exaggerentur, vt latius se frutex humi diffundat. id prima sarritione fecisse proderit, secunda oberit, quia cũ pullulare desijt frumentũ, putrescit si adobrutũ est. Nihil itaq; amplius in iteratione, q̃ remoliri terra debet æqualiter. eamq; tractо æquinoctio verno statim peragi oportet intra dies viginti, ante, q̃ seges in articulũ eat, quoniã serius sarrita corrumpitur insequentibus æstiuis siccitatibus, & calori bus. Subiungenda deinde est sarritioni runcatio, curandũq; ne florentẽ segetẽ tangamus, sed aut antea, aut mox cũ defloruerit. Omne aũt frumentũ, et hordeũ, quicquid deniq; nõ duplici semine est, spicã à tertio ad quartũ nodũ emittit, & cũ totã edidit octo diebus defloresçit, ac deinde grandescit diebus quadraginta, quibus post florẽ ad maturitatẽ deuenit. Rursus quę duplici semine sunt. vt faba, pisum, lenticula, diebus quadraginta florent, simulq; grandescunt.

## *Pro modo cuiusq; agri quot opæ designentur.* Ca. XIII.

ET vt iam percensçamus quot operis in areã perducantur ea, quæ terræ credidimus. Tritici modij quatuor vel quinq; bubulcorum operas occupãt quatuor, occatoris vnã, sarritoris duas primum, & vnam cum iterum sarriuntur, runcatoris vnam, messoris vnam & dimidiam, in totum summa operarum decem, & dimidia. Siliginis modij quinq; totidem operas desyderant. Sesami modij nouem, vel decem, totidem operas, quot tritici modij quinq; postulant. Hordei modij quinq; bubulci operas tres exigunt, occatoriam vnam, sarritoriam vnam & dimidiam, messoriam vnam, summa operarum sex & dimidia. Fabæ modij quatuor, vel sex, in veruacto duas operas bubulcorum detinent, at in restibili vnam. Occantur sexquiopera. Sarriuntur sesquiopera. iterũ sar-

riuntur vna opera, & tertio vna, metuntur vna. summa fit operarū octo, vel septē. viciæ modij sex, vel septē, in. veruacto bubulcorū duas operas volūt, in restibili vnā. itē occantur vna opera metuntur vna. summa fit operarū quatuor, vel trium. Erui modij quinq; totidē operis conseruntur. occantur vna. itē singulis sarriuntur, runcātur, metunturq;. cuncta sex operas occupāt. Siliquæ modij sex, vel septē totidē operis obruuntur, metuntur vna. phaseoli modij quatuor obruuntur totidē operis, occantur vna, metuntur vna. Cicerę, vel cicerculę modij quatuor operas bubulcorū tres postulāt, occantur opera vna, runcantur vna, velluntur vna. Summa fit sex operarū. Lentis sexquimodius totidem operas desyderat, occatur vna, sarritur duabus, rūcatur vna, vellitur vna. Summa fit operarū octo. Lupini modij decē obruuntur vna, occantur vna, metuntur vna. Milij sextarij quatuor, totidē q; panici bubulcorū operas occupant quatuor, occantur operis tribus, sarriuntur tribus. quot operis carpantur incertū est. Ciceris modij tres operis totidē seminantur, occantur duabus, sarriuntur vna, runcantur vna, velluntur tribus. Summa fit decē operarū. Lini decē modij, vel octo, quatuor iugis conseruntur, occantur operis tribus, runcantur vna, vellūtur tribus. Summa fit vndecim operarū. Sesami sextarij sex tribus iugis à prosciſſione colūtur, occantur operis quatuor, sarriuntur quatuor, & sarriuntur iterū duabus, metuntur duabus. Summa fit operarū quindecim. Cannabis seritur, vt supra docuimus. sed incertū est quantā impensam, curāq; desyderet, at medica obruitur nō aratro, sed, vt dixi, ligneis rastellis. Iugerū agri eius occatur duabus, sarritur vna, metitur vna. Hac consumatione operarū colligitur posse agrū ducentorū iugerū subigi duobus iugis boū, totidēq; bubulcis, & sex mediastinis, si tñ vacet arboribus, at si sit arbustū eundē modū seserna tribus hoībus adiectis asseuerat probe satis excoli, quæ nos ratio docet sufficere posse iugū boū tritici centū viginti quinq; modijs totidēq; leguminū, vt sit



in assem autūnalis satio modiorū ducentorū quinquaginta. et post hanc nihilo minus conserat trimestriū modios quinq; & septuaginta. Hoc deinde sic probatur. Semina, quæ quarto sulco serūtur, in iugeribus viginti quīq; desyderant bubulcorum operas. cxv. nam proscindi tur is agri modus (quis durissimi) quinquaginta operis, iteratur quinq;, & viginti, tertiatur, & cōseritur quadraginta. Cætera legumina occupant operas. lx. idest mēses duos. Pluuiales quoq;, & feriarū computantur, quibus non aratur, dies quinq;, & quadraginta. item peracta sementi, quibus requiescūt, dies. xxx. Sic in asse fiunt octo menses, & dies decem. Supersunt tamen de anno tres reliqui menses, & dies quinq;, & viginti, quos absumam⁹, aut in satione trimestriū, aut in vectutis fœni, & pabulorū, & stercorum, aliorumq; vtensilium.

## Quæ legumina aruis noceant, quæq; prosint. C. XIIII.

SED ex ijs, quæ retuli, seminibus, idem Saserna putat alijs stercorari, et iuuari agros, alijs rursus peruri, & emaciari. Stercorari lupino, faba, vicia, eruo, sēte, cicercula, piso. De lupino nihil dubito, atq; etiam de pabulari vicia si tamen eam viridem desectam confestim aratrum sub sequatur, & quod falx reliquerit prius, quàm inarescat, vomis rescindat, atq; obruat. id enim cedit pro stercore. nam si radices eius desecto pabulo relictæ inaruerīt, succum omnem solo auferent, vimq; terræ absument. Qđ etiam in faba, cæterisq; leguminibus, quibus terra glisce re videtur, verisimile est accidere, vt nisi protinus sublata messe eorum proscindatur, nihil ijs segetibus, quæ deinceps in eo loco seminari debent, profuturum sit. Ac de ijs quoq; leguminibus, quæ velluntur. Tremellius obesse maxime ait solo virus ciceris, & lini, alterum quia sit salsæ, alterū quia sit feruidæ naturæ. Quod etiā Vergilius significat dicendo.

Vrit enim lini campum seges, vrit auenæ,
Vrunt læthæo perfusa papauera somno.

Neq; enim dubium, quin & ijs seminibus infestetur ager sicut etiã milio, & panico, sed omni solo, quod prædictorum leguminũ segetibus fatiscit, vna præsens medicina est, vt stercore adiuues, et absumptas vires hoc velut pabulo refoueas. Nec tantũ propter semina, quæ sulcis aratri cõmittuntur, verũetiã propter arbores, ac virgulta, quæ maiorẽ in modũ lætantur eiusmodi alimẽto. quare si est, vt videtur, agricolis vtilissimũ, diligẽtius de eo dicendum existimo cum priscis authoribus quamuis non omissa res, leui tamen admodum cura sit prodita.

## De *generibus stercoris*. Cap. XV.

TRIA Igitur stercoris genera sunt præcipua, quod ex auibus, quod ex hoĩbus, quod ex pecudibus confit. Auiũ primum habetur, quod ex columbarijs egeritur. Deinde quod gallinæ, cæteræq; volucres edunt, exceptis tamẽ paluſtribus, aut nantibus, vt anatis, & anseris. nam id noxium quoq; est. Maxime tamen columbinũ probamus, quod modice sparsum terram fermentare comperimus. Secundum deinde quod homines faciunt, si & alijs villæ purgamentis immisceatur, quoniã per se naturæ est feruentioris, & iccirco terram perurit. Aptior est tamen surculis hoĩs vrina, quam sex mensibus passus fueris vetarascere, si vitibus, aut pomorum arboribus adhibeas nullo alio magis fructus exuberat. nec solum ea res maiorẽ facit prouentum, sed etiã saporẽ, & odorẽ vini, pomorumq; reddit meliorẽ. Potest & vetus amurca, quæ salem non habet. permista huic commode frugiferas arbores, & præcipue oleas rigare. Nam per se quoq; adhibita multum iuuat. Sed vsus vtriusq; maxime per hyemem est, & adhuc vere ante æstiuos vapores. dũ etiã vites, & arbores ablaqueatæ sunt. Tertium locum obtinet pecudũ stercus, atq; in eo quoq; discrimen est, nam optimũ existimatur, qd asinus facit, quoniam id animal lętissime mãdit, ideoq; facilius cõcoquit, & bene cõfectũ atq; idoneũ protinus aruo fimũ reddit. Post hæc, quæ diximus, ouillũ, & ab hoc caprinũ est, mox cæterorũ iumentorũ, armentorumq;. Deterrimũ ex oĩbus suillũ habetur. Quinetiã satis, profuit cineris vsus & fauillæ. Frutex vero lupini succisus optimi stercoris vim præbet. Nec ignoro quodd ã esse ruris genus, in quo neq; pecora, neq; auis haberi possint, attamen inertis est rustici eo quoq; loco dẽfici stercore. Licet enim quamlibet frõdẽ, licet è vepribus compitisq; congesta colligere. Licet filicẽ sine iniuria vicini, etiam cũ officio decidere, & permiscere cum purgamentis cortis. Licet depressa fossa, qualẽ stercori reponendo primo volumine fieri præcepimus, cinerem, cœnũq; cloacarũ, & culmos, cæteraq;, quę euerruntur, in vnũ cõgerere, sed eodẽ medio loco robustam materiã defigere conuenit. nanq; ea res serpentũ noxã latere in stercore prohibet. Hæc vbi viduus pecudibus ager. nã vbi greges quadrupedũ versantur, quædã quotidie, vt culina, & caseale, quædã pluuijs diebus, vt bubilia, & ouilia debent emũdari. At si tantum frumẽtarius ager est, nihil refert genera stercoris separari, sin aũt surculo, & segetibus, atq; etiam pratis fundus est dispositus generatim quoq; reponendũ est, sicut caprarum, & auium. Reliqua deinde in prædictum locum concauum congerenda, & assiduo humore satianda sunt, vt herbarum semina culmis, cæterisq; rebus immista putrescant. Æstiuis deinde mensibus non aliter, ac si repastines, totum sterquiliniũ rastris permisceri oportet, quo facilius putrescat, & sit aruis idoneũ. Parum autem diligẽtes existimo esse agricolas, apud quos minores singulæ pecudes tricenis diebus minus, q̃ singulas, itemq; maiores denas veles stercoris efficiunt, totidemq; singuli hoĩes, q̃ non solum ea purgamenta, quæ ipsi corporibus edunt, sed & quæ colluuies cortis, & ædificij quotidie gignit, contrahere, & congerere possunt. Illud quoq; præcipiendum habeo, stercus oẽ, qd tempestiue repositũ anno requieuerit, segetibus esse maxime vtile. Nã & vires adhuc solidas habet, & herbas non creat. Quanto autem vetu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



stius sit, minus prodesse, quoniã minus valeat. Itaq; pratis quam recentissimum debere inijci, quod plus herbarum progeneret. idq; mense Februario luna crescente fieri oportere. nam ea quoq; res aliquantum fœni fructũ adiuuat. de cætero vsus stercoris qualis in quaq; re debeat esse, tum dicemus, cum singula persequemur.

## Quibus temporibus agri stercorandi sunt. Cap. XVI.

INTERIM Qui frumentis arua præparare volet, si autumno sementem facturus est, mense Septembri, si vere, qualibet parte hyemis modicos aceruos Luna decrescente disponat, ita vt plani loci iugerum duodeuiginti, cliuosi quatuor & viginti veh es stercoris teneant. &, vt paulo prius dixi, non antea dissipet cumulos, quàm erit saturus. Si tamen aliqua causa tempestiuam stercorationem facere prohibuerit, secunda ratio est ante, quàm sarrias more seminantis ex auiarijs puluerem stercoris per segetem spargere. Si & is non erit, caprinum manu iacere, atq; ita terram sarculis permiscere. ea res lætas segetes reddit. Nec ignorare colonos oportet, sicuti refrigescere agrũ, qui non stercoretur, ita peruri si nimium stercoretur magisq; conducere agricolæ frequenter id potius, q̃ immodice facere. Nec dubium, quin aquosus ager maiorem eius copiam, siccus minorem desyderet. alter quod assiduis humoribus rigens hoc adhibito regelatur. alter quod per se tepens siccitatibus, hoc assumpto largiore torretur, propter quod nec deesse ei talem materiã, nec superesse oportet. Si tñ nullum genus stercoris suppetet ei multum proderit feciſſe, quod M. Columellam patruum meũ doctissimum, & diligentissimum agricolã sæpe numero vsurpasse memoria repeto, vt sabulosis locis cretam ingereret, cretosis, ac nimium densis, sabulũ. atq; ita non solum segetes lætas excitaret, verumetiam pulcherrimas vineas efficeret. Nam idem negabat stercus vitibus ingerẽdũ, qd̃ saporẽ vini corrũperet. meliorẽq; cẽsebat esse materiã vindemijs exuberãdis, cõgestiterrus nihil fingere ...



tiã, vel de vepribus, vel deniq; aliã quãlibet arcessitã, & aduectã humũ. Iã vero (vt ego reor) si deficiatur oĩb⁹ rebus agricola, lupini certe præsidiũ expeditissimũ nõ de esse, qd̃ cũ exili loco circa idus Septẽbris sparserit, & in arauerit, idq; tẽpestiue vomere, vel ligone succiderit, vĩ optime stercorationis exhibebit. Succidi aũt lupinũ fabulosis locis oportet, cum secundum florem, rubricosis cum tertium egerit. Illic dum tenerum est conuertitur, vt celeriter ipsum putrescat, permiscaturq; gracili solo hic iã robustius, qd̃ solidiores glebas diutius sustineat, & suspendat, vt eæ solibus æstiuis vaporatæ resoluãtur.

## Quemadmodum ex aruo prata fiant. Cap. XVII.

ATQVE hæc arator exequi poterit, si non solum, quæ retuli genera pabulorum prouiderit, verumetiam copiam fœni quo melius armenta tueatur, sine quibus terram commode moliri difficile est. & ideo necessarius ei culeus est etiam prati, cui veteres romani primas in agricolatione tribuerunt. Nomẽ quoq; indiderunt ab eo, quod protinus esset paratum, nec magnũ laborem desyderaret. M. quidẽ Porcius & illa commemorauit, qd̃ nec tempestatibus affligeretur, vt aliæ partes ruris, minimisq; sumptus egens, per omneis annos præberet reditũ, neq; eũ simplicẽ, cũ etiã in pabulo non minus redderet, q̃ in fœno. Eius igitur animaduertimus duo genera, quorũ alterum est ficcaneũ, alterum riguũ. Læto, pinguiq; campo non desyderatur influens riuus, meliusq; habetur fœnum, quod suapte natura succoso gignitur solo, quàm quod irrigatũ aquis elicitur, quæ tamen sunt necessariæ, si macies terræ postulat. nam & in densa, & resoluta humo quamuis exili, pratum fieri potest, cum facultas irrigandi datur. Ac nec campus concauæ positionis esse, neq; collis prærupti debet. ille ne collectam diutius contineat aquã, hic ne statĩ præcipitẽ fundat. Põt tñ mediocriter accluis, si aut pĩguis est, aut riguꝰ ager, pratum fieri. At planicies maxime talis probatur, quæ exi-

prati

gue prona non patitur diutius imbres, aut influentes ei uos immorari, aut si quis eam superuenit humor, lente prorepit. Itaq; si palus in aliqua parte subsidens restagnat, sulcis deriuanda est. Quippe aquarum abundantia, atq; penuria graminibus æque est exitio.

## *Quemadmodum facta prata colantur.* Cap. XVIII.

CVLTVS autem pratorum magis curæ, quàm laboris est. Primum ne stirpes, aut spinas, validioris q; incrementi herbas inesse patiamur, atq; alias ante hyemem, & per autumnũ extirpemus, vt rubos, virgulta, iuncos, alias per ver euellamꝰ, vt intuba, ac solstitiales spinas. ac neq; suem velimus impasci, quoniam rostro suffodiat. & cespites excitet. neq; pecora maiora, nisi cũ siccissimũ solum est, quoniam demergunt vngulas, et atterunt, scindunt q; radices herbarum. Tum deinde macriora, & pendula loca mense Februario luna crescente fimo iuuanda sunt. Omnes lapides, & siqua obiacent falcibus obnoxia colligi debent, ac longius exportari, summittiq; pro natura locorum, aut temporius, aut serius. Sunt etiam quædam prata situ vetustatis obducta veteri, vel crasso musco, quibus mederi solent agricolæ seminibus de tabulato superiectis, vel ingesto stercore, quorum neutrũ tantum prodest, quantum, si cinerem sæpius ingeras, ea res muscum enecat. Attamen pigriora sunt ista remedia, cũ sit efficacissimum de integro locum exarare. Sed hoc, si prata cœpimus, facere debemus. sin autẽ noua fuerint instituenda, vel antiqua renouanda (nam multa sunt vt dixi, quæ negligentia exolescant, & fiant sterilia) ea expedit interdum etiam frumenti causa exarare, quia talis ager post longam desidiã lætas segetes affert. Igitur eum locum, quem prato destinauerimus, æstate proscissum, subactumq; sæpius per autumnum rapis, vel napis, vel etiam faba conseremus, insequente deinde anno, frumento, tertio diligenter arabimus, omnesq; validiores herbas, & rubos, & arbores, quæ interueniunt radicitus



extirpabimus, nisi, si fructus arbusti id facere nos prohibuerit. deinde vitiã permistã seminibus fœni seremus, tũ glebas farculis resoluemus, & inducta crate coæquabimus, grumosq;, quos ad versurã plerunq; tractæ faciunt crates, dissipabimus ita, vt necubi ferramentum fœnisecæ possit offendere. Sed eã vitiã nõ cõuenit ante desecare, q; permaturuerit, et aliqua semina subiacenti solo iecerit. Tũ fœnisecã messorẽ oportet inducere, & desectã herbã religare, & exportare. deinde locũ rigare, si fuerit facultas aquæ, si tamen terra densior est, nã in resoluta humo nõ expedit inducere maiorẽ vim riuorum, prius q; consp issatum, & herbis colligatum sit solum, quoniã impetus aquarum proluit terrã, nudatisq; radicibus gramina nõ patitur coalescere, propter quod nec pecora quidem oportet teneris adhuc et subsidentibus pratis immittere, sed quoties herba prosiluerit falcibus desecare. Nam pecudes (vt ante iam dixi) molli solo infigunt vngulas, atq; interruptas non sinunt herbarum radices serpere, & condensare. altero tamen anno minora pecora post fœnisicia permittemus admitti, si modo siccitas, & conditio loci patietur. Tertio deinde cum partum solidius, ac durius erit, poterit etiã maiores recipere pecudes. sed in totum curandum est, vt secundum Fauonij exortum, mense Februario, circa Idus immistis seminibꝰ fœni, macriora loca, & vtiq; celsiora stercorentur. nã editior cliuus præbet etiam subiectis alimentum, cum superueniens imber, aut manu riuus perductus, succum stercoris in inferiorem partem secum trahit. atq; ideo ferè prudentes agricolæ etiam in aratis collem magis, quàm vallem stercorant, quoniam, vt dixi, pluuiæ semper omnem pinguiorem materiam in ima deducunt.

## *Quemadmodum succisum fœnum tractari, & condi debeat.* Cap. XIX.

FOENVM autẽ demetitur optime, ante q; inarescat, nam & largius percipitur, & iucundiorem cibum pecu-

Universidad de Deusto
Biblioteca



dibus prębet. Est autem modus in siccando, vt neq; per aridum, neq; rursus viride colligatur. alterum quod omnem succum, si amisit, stramenti vicem obtinet. alterum quod si nimium retinuit, in tabulato putrescit. ac sæpe cum concaluit, ignem creat, & incendium. nonnunquā etiam cum fœnū cecidimus, imber oppressit, quod si permaduit, inutile est vdum mouere. meliusq; patiemur superiorem partem sole siccari. tunc demū conuertemus, & vtrunq; siccatum coartabimus in striam, atq; ita manipulos vinciemus. nec omnino cunctabimur, quo minus sub tectum congeratur, vel si non competit, vt, aut in villam fœnum portetur, aut in manipulos colligatur. Certe quicquid ad eum modum, quo debet, siccatū erit, in metas extrui conueniet, easq; ipsas in angustissimos vertices exacui. Sic enim commodissime fœnum defenditur à pluuijs, quæ etiam si non sint, non alienum tamen est prędictas metas facere, vt si quis humor herbis inest, exsudet, atq; excoquatur in aceruis. propter quod prudētes agricolæ, quamuis iam illatam tecto, non ante cōponunt, q̄ per paucos dies tenuere congestum, vt in se concoqui, & deferuescere patiantur. Sed & iā fœnificia sequitur cura messis, quā, vt recte possimus percipere, prius instrumenta præparanda sunt, quibus fruges coguntur.

## De *Area constituenda.* Cap. XX.

AREA quoq; si terrena erit, vt sit ad trituram satis habilis, primum radatur, deinde cōfodiatur, permistisq; paleis cum amurca, quæ salem non accepit extergatur. nam ea res à populatione murū, formicarumq; frumenta defendit. tum æquata pauiculis, vel molari lapide condensetur, & rursus subiectis paleis inculcetur, atq; ita solibus siccanda relinquatur. Sunt tamen qui potius adiacentium fabalium partem triturę destinant, areāmque demessa faba, & lecta expoliunt, nam dum à pecudibus legumina proculcantur, herbæ etiā vngulis atteruntur, atq; ita glabrescit, & fit idonea triturę area.



## De *messe facienda, & de tritura.* Cap. XXI.

SED cum matura fuerit seges, ante quàm torreatur vaporibus æstiuis syderis, qui sunt vastissimi per ortum caniculæ celeriter demetatur. Nam dispendiosa est cunctatio. primum quod auibus prædam, cæterisq; animalibus præbet. deinde quod grana, & ipsæ spicæ culmis arentibus, & aristis celeriter decidunt. si vero procellæ ventorum, aut turbines incesserint, maior pars ad terram defluit. propter quæ recrastinari non debet, sed æqualiter flauentibus iam satis, ante quàm ex toto grana indurescant, cum rubicundum colorem traxerunt, messis facienda est, vt potius in area, & in aceruo, q̄ in agro grana descant frumenta, constat enim si tempestiue decisa sint, postea capere incrementum. Sunt autem metendi genera cōplura. multi falcibus verriculatis, atq; ijs, vel rostratis, vel denticulatis medium culmum secant. multi mergis, alij pectinibus spicam ipsam legunt. idq; in rara segete facillimum, in densa difficillimum est. Quod si falcibus seges cum parte culmi demessa sit protinus in aceruum, vel in nubilarium congeritur, & subinde opportunis solibus torrefacta proteritur. sin autem spicæ tantummodo recisæ sunt, possunt in horreum conferri, & deinde per hyemem, vel baculis excuti, vel exteri pecudibus. at si competit, vt in area teratur frumentum, nihil dubium est, quin equis melius, quàm bubus ea res conficiatur. & si pauca iuga sunt, adijcere tribulam, & traham possis quæ res vtraq; culmos facillime comminuit. Ipsæ autem spicæ melius fustibus tunduntur, vannisq; expurgantur. At vbi paleis immista sunt frumenta, vento separentur. ad eā rem fauonius habetur eximius, qui lenis, æqualisq; æstiuis mensibus perflat, quem tamen operiri lenti est agricolæ, quia dum expectatur, sęua nos hyems deprehendit. Itaq; in area detrita frumenta sic sunt aggeranda, vt omni flatu possint excerni. At si compluribus diebus vndiq; silebit aura, vannis expurgentur, ne post

Universidad de Deusto
Biblioteca



nimiam ventorum segnitiem vasta tempestas irritum faciat totius anni laborem, pura deinde frumenta, si in annos reconduntur, repurgari debent. Nam quanto sunt expolitiora, minus à curculionibus exeduntur, sin protinus vsui destinantur, nihil attinet repoliri, satisq; est in vmbra refrigerari, & ita granario inferri. Legu minum quoque non alia cura est, quàm reliquorum frumentorum. nam ea quoque vel statim absumuntur, vel reconduntur. Atque hoc supremum est aratoris e molumentum percipiendorum seminum, quæ terræ cre diderat.

*Quæ per ferias liceat agricolæ, & quæ non liceat facere.* Cap. XXII.

SED cũ tam otij, quàm negotij rationem reddere ma iores nostri censuerunt, nos quoq; monendos esse agri colas existimamus, quæ ferijs facere, quæq; nõ facere de beant. Suut enim (vt ait poeta) quæ festis exercere dieb⁹,

Fas, & iura sinunt. riuos deducere nulla
Religio vetuit, segeti prætendere sepem,
Insidias auibus moliri, incendere vepres,
Ballantumq; gregem fluuio mersare salubri.

Quanquam pontifices negent segetem ferijs sepiri debe re. Vetant quoq; lanarum causa lauari oues, nisi propter medicinam. Vergilius, quod liceat ferijs flumine abluere gregem præcepit, & iccirco adiecit fluuio mersare salu bri. Sunt enim vicia, quorũ causa pecus vtile sit lauare. Ferijs autem ritus maiorum etiam illa permittit, far pin sere, faces incidere, candelas sebare, vineam conductam colere, piscinas, lacus, fossas veteres tergere, & purgare, prata sicilire, stercora æquare, fœnum in tabulata compo nere, fructus olueti conductos cogere, mala, pyra, ficos pandere, caseum facere, arbores serendi causa, collo, vel mulo clitellario afferre, sed iuncto aduehere non permit titur, nec apportata serere, neque terram aperire, neq; ar borem collucare, sed ne sementem quidẽ administrare,



nisi prius Catulo feceris, nec fœnum secare, aut vincere, aut vehere. Ac ne vindemiam quidem cogi per religio nes pontificum ferijs licet, nec oues tondere, nisi si Catu lo feceris. Defrutum quoq; facere, & defrutare vinum li cet. Vuas, itemq; oliuas conditui legere licet. Pellibus o ues vestiri non licet. In horto quicquid olerum causa fa cias, omne licet. Ferijs publicis hominem mortuum se pelire non licet. M. Porcius Cato, mulis, equis, asinis nul las esse ferias dixit. Idemq; boues permittit coniungere lignorum, & frumentorum aduehendorum causa. nos apud pontifices legimus ferijs tantum denicalibus mu los iungere non licere, cæteris licere. Hoc loco certũ ha beo quosdam cum solennia festorum percensuerim, de syderaturos lustrationum, cæterorumq; sacrificiorum, quæ pro frugibus fiunt, morem priscis vsurpatum, nec ego abnuo docendi curam. sed differo in eum librum, quem componere in animo est, cum agricolationis totã disciplinam præscripsero. Finem interim præsentis dispu tationis faciam, dicturus exordio sequente, quæ de vine is, arbustisq; prodidere veteres authores, quæq; ipse mox comperi.

## LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS.

*Quod genus uitis conueniat cuiq; solo, & statui cœli.* Cap. I.

HACTENVS aruorum cultus, vt ait præstantissimus poeta. Nihil enim prohibet nos. P. Siluis ne de ijsdem rebus dicturos celebertimi carminis auspicari principia. Sequitur arborum cura, quæ pars rei rusticæ vel maxima est. Earum species diuersæ, & multi formes sunt, quippe varij generis (sicut author idem re fert) nullis hominum cogentibus ipsæ sponte sua veni

unt. multæ etiã nostra manu satæ procedunt. sed quę nõ ope humana gignuntur, sylvestres, ac feræ, sui cuiusq; in genij semina gerunt. At quibus labor adhibetur, magis aptæ sunt frugibus. De eo igitur prius genere dicendum est, quod nobis alimenta præbet. Idq; tripartito diuiditur. Nam ex surculo vel arbor procedit, vt olea, vel frutex, vt palma campestris, vel tertium quiddã quod nec arborem, nec fruticẽ proprie dixerim, vt est vitis. Hanc nos cæteris stirpibus iure præponimus non tantum fructus dulcedine, sed etiam facilitate, per quam omni penè regione, & omni declinatione mundi, nisi tamen glacialj, vel præferuida curæ mortalium respondet. Tamq; felix campis, quàm collibus prouenit, & in densa non minus, quàm in resoluta, sępe etiam gracili, atq; pingui terra, siccaq;, & vliginosa. Tum sola maxime vtranq; patitur intemperiem cœli, vel sub axe frigido, æstiuo, procellosoq;. Refert tamen cuius generis, aut quo habitu vitem pro regionis statu colere censeas. neq; enim omni cœlo, soloue cultus idem, neque est idem stirpis eius genus. quodq; præcipuum est ex omnibus non facile dictu est, cum suum cuiq; regioni magis, aut minus aptum esse doceat vsus. Exploratum tamen habebit prudens agricola genus vitis habile campo, quod nebulas, pruinamq; sine noxa perfert, cœliq; siccitatẽ, ventosq; patitur. pingui, & vberi dabit agro gracilem vitem, nec natura nimis fęcundã, macro feracẽ, terrę densę vehemẽtẽ multaq; materia frondentẽ, resoluto, & læto solo rari sarmenti. humido loco sciet nõ recte mandari fructus teneri, & amplioris acini, sed callosi, & angusti, frequentisq; vinacei, sicco recte contribui diuersæ quoq; naturæ semina. Sed & post hæc non ignorabit dominus loci plus posse qualitatem cœli frigidam, vel calidam, siccam, vel roscidam, grandinosam, ventosámque, vel placidam, serenam, vel nebulosam. Frigidæq; aut nebulosæ duorum generum vites aptabit, seu præcoques, quarum maturitas frugum pręcurrit hyemem, seu firmi, du-



riq; acini, quarũ inter caligines vuæ defloresc̃ũt, & mox gelicidijs, ac pruinis, vt aliæ caloribus mitesc̃ũt, ventoso quoq;, & tumultuoso statu cœli fidentes casdẽ tenaces, ac duri acini committet. rursus calido vberioresq; teneriores concredet. sicco destinabit eas, quæ pluuijs, aut continuis roribus putresc̃ũt, roscido. quæ siccitatibus laborãt, grandinoso, quę folijs duris, latisq; sunt, quo melius protegãt fructũ. nã placida, & serena regio nullã nõ recipit, commodissime tñ eã, cuius vel vuę, vel acini celeriter decidũt. At si voto est eligendus vineis locus, & status cœli, sicut censet verissime Celsus, optimũ est solũ, nec densum nimis, nec resolutũ, soluto tñ propius, nec exile, nec lætissimũ proximũ, tñ vberi nec campestre, nec præceps, simile tñ edito campo, nec siccũ, nec vliginosum modice tñ roscidũ, quod fontibus nõ in summo, nõ in profũdo terræ scaturiat, sed vt vicinũ radicibus humorẽ submini-stret, eumq; nec amarũ, nec salsum, ne saporẽ vini corrumpat, & incrementa virentiũ veluti quadã scabra rubigine coerceat, si modo credimus Vergilio dicenti.

Salsa autem tellus, & quæ perhibetur amara
Frugibus infelix, ea nec mansuescit arando,
Nec baccho genus, aut pomis sua nomina seruat. cœlũ porrò neq; glaciale, vineæ (sicut prędixi) nec rursus ęstuosum desyderat. Calido tñ potius q̃ frigido lætatur, imbribus magis, q̃ serenitatibus offenditur. & solo sicco, q̃ nimis pluuio est amicior, perflatu modico, leniq; gaudet, procellis obnoxia est. Atq; hæc maxime probabilis est cœli, & soli qualitas.

*Quæ uites suburbanis regionibus ad escam conferendæ sunt.* Cap. II.

VITIS aũt vel ad escã, vel ad effusionẽ deponitur. Ad escã nõ expedit instituere vineta, nisi cũ tã suburbanus est ager, vt ratio postulet inconditũ fructũ mercantibus velut pomũ vendere. quæ cũ talis est conditio, maxime præcoques, & duracinæ, tũ denig; purpureę, & bumasti,

dactyliq̃, & rhodiæ, libycæ quoq; & cerauniæ, nec solũ quæ iucunditate saporis, verumetiã quæ specie commendari possint, conseri debẽt, vt stephanitæ, vt tripedaneæ, vt vnciariq̃, vt cydonitæ. Itẽ quarũ vuę temporibus hyemis durabiles vasis conduntur, vt venuculæ, vt, nup̃ in hos vsus explorate, numisianæ. At vbi vino cõsulimus, vitis eligitur, quæ & in fructu valet, & in materia, quod alterũ ad reditus coloni, alterũ ad diuturnitatẽ stirpis plurimũ cõfert. Sed ea tũ prȩcipua est, si nec nimis celeriter spondet, & primo quoq; tempore defloresçit, nec nimis tarde mitesçit, quinetiã pruinas, & caliginẽ, & carbunculũ facile propulsat, eadẽq; nec imbribus putresçit, nec siccitatibus abolesçit. talis nobis eligatur vel mediocriter fœcunda si modo is locus habetur, in quo gustus nobilis pretiosusq; fluit, nã si sordidus, aut vilis est, feracissimã quanq; serere conducit, vt multiplicatione frugũ reditus augeatur. Ferè aũt omni statu locorũ campestria largius vinũ, sed iucundius afferũt collina, quæ tñ ipsa modico statu cœli magis exuberãt aquiloni prona, sed sunt generosiora sub austro. nec dubiũ quin sit ea, nonnullarũ vitiũ natura, vt pro locorũ situ bonitate vini modo vincat, modo superetur. Solæ traduntur amineę excepto cœli statu nimis frigido, vbicunq; sint etiã si degenerẽt, sibi comparatæ, magis, aut minus probi gustus vina præbere, & cæteras omneis sapore præcedere. Eæ, cũ sint vnius noïs, nõ vnã speciẽ gerũt. Duas germanas cognouimus, quarũ minor ocyus, & melius defloresçit. habilis arbori, nec nõ iugo. illa pinguẽ terrã, hæc mediocrẽ desyderat, longeq; præcedit maiorẽ. quia & imbres, & ventos fortius patitur. nã maior celeriter in flore corrumpitur, & magis in iugis, q̃ in arboribus. ideoq; nõ est vineis apta, vix etiã arbusto, nisi præpingui, & vuida terra. nam nec mediocri valet, multoq; minus in exili. prolixarũ frequẽtia materiarũ, foliorũq;, & vuarũ, & acinorũ magnitudine dignoscitur. internodijs quoq; rarior, largis fructibus à minore superatur, gustu non vincitur, & hæ quidẽ



vtreq; amineę. Verũ & alię duę geminę, quę ab eo q; duplices vuas exigũt, gemellę vocãtur, austerioris vini, sed ęque pennis. Earũ minor vulgo notissima. quippe campaniæ celeberrimos vesuuij colles, surrentinosq; vestit. Hilaris inter æstiuos fauonij flatus, austris affligitur. Cæteris itaq; partibus Italiæ nõ tã vineis, q̃ arbusto est idonea, cũ prędictis regionibus commodissime iugũ sustine at materiã, fructũq;, nisi qđ duplicẽ nõ absimilẽ minori germanę egerit, sicut maior gemina minori germanæ, q̃ tñ minor hoc melior est, qđ fœcundior etiã mediocri solo. nã illã nisi prępinguinõ respondere iã dictũ est. Lana tã quoq; amineą qđã maxime probãt, q̃ hoc vocabulũ nõ ideo vsurpat, q̃ sola ex oĩbus amineis, verũ q̃ præcipue canescit lanugine. Sanè boni vini, sed leuioris, q̃ superioris, crebrã quoq; materiã fundit, atq; ideo propter pãpini densitatẽ sępe parũ rectę defloresçit, eadẽq; maturo fructu celeriter putresçit. sup̃ hũc numerũ, quẽ retulim⁹, singularis habetur aminea, maiori geminę nõ dissimilis, primũ specie pampini, et trũci, sed vini sapore aliquanto inferior, q̃uis generosissim⁹ sit, proximæ præferẽda etiã proprijs virtutib⁹. nã et feracior est, et flore melius exuitur, spissaq;, et albidas vuas, ac tumidioris acini gerit, gracili aruo nõ desciscit. Atq; ideo inter vberrimas vites numeratur. Nomentanę vini nobilitate subsequuntur amineas, fœcũditate vero etiã prȩueniũt, quippe cũ se frequẽter impleãt, et id, qđ ediderũt, optime tueantur. Sed earũ quoq; feracior est minor, cuius et foliũ parcius scinditur, et materia nõ ita rubet, vt amineis, à q̃ colore rubellianę nuncupãtur. eadẽq; fæcinię, q̃ plus q̃ cęterę fecis afferũt. Id tñ incommodũ repensant vuarũ multitudine, quas et in iugo, sed & in arbore melius exhibẽt. Ventos, & imbres valenter sufferũt, & celeriter defloresçũt, & ideo citius mitesçũt, oĩs incommodi patientes, prȩter caloris. nã quia minuti acini, & durę cutis vuas habẽt, æstibus contrahuntur. Pingui aruo maxime gaudẽt, q̃ vbertatẽ aliquam natura gracilibus, & exilibus vuis præbere valet.

Universitat de Deusto Biblioteca



Frigidū ac rosidū solū, & cœlū commodissime sustinēt, eugeniæ dū sunt in albano colle, nā mutato loco vix nomini suo respondēt, nec minus allobrogicæ, quarū vini iucunditas cū regione mutatur. Magnis etiā dotibus tres apianę commendantur. oēs feraces, iugosq;, & arboribus satis idoneæ, generosior tñ vna, quæ nudis folijs est. nā duæ lanatæ quamuis frondibus, & palmitū pari facie flexere, qualitate sunt dispariles, cum tardius altera recipiat cariē vetustatis. Pingui solo feracissimæ, mediocri quoq; fœcundæ, præcoquis fructus. Ideoq; frigidis locis aptissimæ vini dulcis, sed capiti neruis, venisq; non aptæ, nisi mature lectæ. pluuijs, ventisq;, & apibus afferūt prædā, quarū vocabulo propter hāc expopulationē cognominantur. Atq; hæ pretiosi gustus celeberrimæ. Possunt tñ etiā secundæ notæ vites prouentu, & vbertate commendari, qualis est biturica, qualis basilica, quarū minorē columbē vocant hispani, longe oīm primis vtræq; proximæ. Nā & vetustatē vinū earū patitur, & ad bonitatem aliquā per annos venit. Iā vero ipsæ fœcunditate prestāt oībus, quas anteretuli, tū etiā patientia, quippe turbines, imbresq; fortissime sustinēt, & commode fluūt, nec deficiūt macro solo. Frigora melius, q̄ humores sustinēt, humores commodius, q̄ siccitates, nec caloribus tñ contristantur. Visulæ deindeab his, & minor argitis terræ mediocritate lætantur. nā in pingui nimijs viribus luxuriāt in macra tenues, & vacuæ fructu veniūt. Amiciores iugo, q̄ arboribus, sed argitis etiā in sublimibus fertilis vastis materijs, & vuis exuberat, humillimis tabulatis aptior. Visula breuē materiā & latū foliū exigit, cuius amplitudine fructus suos optime aduersus grandinē tuetur. q̄ tñ nisi primo quoq; tempore maturi legantur, ad terra decidūt. humoribus etiā priusquā defluāt putrescūt. Sūt & heluolæ, quas nonnulli varias appellāt, neq; purpureę neq; nigræ ab helbuo (nisi fallor) colore vocitatæ. melior est nigrior abundantia vini, sed hæc sapore pretiosior, color acinorū in neutra conspicitur æqualis, vtraq;



candidi musti alterna vice annorum plus, aut minus afferunt. melius arborem, sed & iugum commode vestiūt. mediocri quoq; solo fœcundæ, sicut pretiæ minor, & maior. sed eæ genero sitate vini magis commendantur, & frequentibus materijs frondent, & cito matureſcunt. Albuelis vtilior, vt ait Celsus, in colle, q̄ in campo, in arbore, q̄ in iugo, in summa arbore q̄ in ima, ferax & materiæ frequentis, & vuæ. nā quæ græculæ vites sunt, vt mareoticæ, thasiæ, pythiæ, sophortiæ, sicut habent probabilē gustū, ita nostris regionibus & raritate vuarū, & acinorū exiguitate minus, fluunt inerticula tñ nigra, q̄ quidā græci amethyston appellāt, potest in secūda quasi tribu esse, q & boni vini est, & innoxia, vnde etiā, nomen traxit. q iners habetur in tentandis neruis, q̄ quis gustu non sit hebes. Tertiū gradū facit earū Celsus, quæ fœcunditate sola commendantur, vt tres heluenaciæ, quarū duæ maiores nequaq̄ minori bonitate, & abūdantia musti pares haebtur. earū altera, quā galliarū incolę emarcū vocāt, mediocris vini et altera, qua longā appellāt, eādē q auarā sordidi, nec tā largi q̄ ex numero vuarū, quas prima spes promittit. Minima & optima è tribus facillime folio dignoscitur. nā rotundissimū oīm id gerit, atq; est laudabilis. q siccitates maxime perfert, q frigora sustinet, dū tñ sine imbribus sit, q nonnullis locis etiā vinum eius in vetustatē diffunditur, q præcipue sola acerrimū quoq; solū fertilitate sua commendat. at spioniæ dapsilis musto, & amplitudine magis vuarū, q̄ numero fertilis, vt oleginia, vt murgentina, eademq; pompeiana, vt numisiana, vt venucula eademq; scirpula, atq; sticula, vt nigra fregellana, vt merica, vt retica, vt omniū, quas cognouimus copiosissima arcelaca maior, à multis argitis falso existimata. Nam has nuper mihi cognitas pergulanam dico, & irtiolam, fereolamq; non facile asseuerem quo gradu habendæ sint. quod etsi satis fœcundas scio, nondum tamen de bonitate vini, quod afferunt iudicare potui. vnam etiam præcoquem vitem no-

bis ante hoc tempus incognitam græca consuetudine dracõtiõ vocitari cõperimꝰ, quę fœcũditate iucũditateue arẽclatæ, basilicæq; & biturice cõparari possit, generositate vini amineæ. Multa præterea sunt genera vitiũ, quarũ nec numerũ, nec appellatiões cũ certa fide referre possumꝰ. Neq;.n. vt ait poeta, nũero cõprehẽdere refert,

Quem qui scire velit, libyci velit æquoris idem
Discere quàm multæ zephiro versentur harenæ.

Quippe vniuersæ regiones, regionũq; penè singulæ partes habent propria vitiũ genera, quæ consuetudine sua nominant. quædã etiã stirpes cum locis vocabula mutauerunt. quædã propter mutationes locorum, sicut supra diximus, etiam à qualitate sua discesserunt, ita vt dignosci non possint. ideoq; in hac ipsa Italia, ne dicam in tam diffuso terrarũ orbe vicinæ etiam nationes nominibus earũ discrepant, variantq; vocabula. quare prudẽtis magistri est eiusmodi nomẽclationis aucupio quò potiri ne queat, studiosos non demorari. sed illud in totũ præcipere, quod & Celsus ait, & ante eum M. Cato. Nullũ genus vitiũ conserendum esse nisi fama, nullũ diutius conseruandũ nisi experimẽto probatum. atq; vbi multa inuitabunt regionis commoda, vt nobilem vitem conseramus, generosam requiremus inquit Iulius græcinus. vbi nihil erit, aut non multum, quod proritet feracitatẽ, potius sequemur, quæ non eadem portione vincitur pretio q̃ vincit abundantia. sed de hac sententia q̃q̃ & ipse paulo ante id censuerĩ, qd tñ arcanius iudicẽ, suo loco mox dicam. Propositum est enim docere qua ratione vineæ pariter feraces, & prætiosæ. fluxuræ possint constitui.

## *Nihil magis rusticis conuenire, q̃ uitem colere. Cap. III.*

NVNC Prius, quàm de satione vitiũ disseram, nõ alienum puto velut quoddam fundamentum iacere disputationi futuræ. vt ante perpensum & exploratum habeamus, an locupletet patremfamilias vinearum cultus. est. n. penè adhuc superuaçuũ de his conserendis præcipere,



dũ qd̃ prius est nõdũ cõcedatur, an oĩno sint habẽdæ. id q; adeo plurimi dubitẽt, vt multi refugiãt. et reformidẽt talẽ positionẽ ruris, atq; optabiliorẽ pratorũ possessionẽ, pascuorũq;, vel siluæ cæduæ iudicẽt. nã de arbusto etiã inter authores nõ exigua pugna fuit, abnuente Saserna genus id ruris, Tremellio maxime probãte, sed et hãc setẽtiã suo loco æstimabimus. interĩ studiosi agricolationis hoc primũ docẽdi sunt, vberrimũ esse reditũ vinearũ, atq; vt omittã veterẽ illã fœlicitatẽ aruorũ qb⁹ et ante iã M. Cato, & mox Terẽtius Varro prodidit singula iugera vinearũ sexcenas vrnas vini præbuisse. id. n. maxime asseuerat in primo libro rerũ rusticarũ Varro. nec vna regione prouenire solitũ, verũ & in fauẽtino agro, & in gallico, qui nũc pyceno cõtribuitur. hæc ij s certe tẽporibus, sed nomẽtana regio nũc celeberrima fama, est illustris, & p̃cipue, quã possidet Seneca vir excellẽtis ingenij, atq; doctrinæ, cuius in prædijs vinearũ iugera singula culleos octonos reddidisse plerũq; cõpertũ est. nã illa vidẽtur prodigialiter in nostris ceretanis accidisse, vt aliqua vitis apud te excederet vuarũ numerũ duorũ millũ, & apud me octogenæ stirpes insitæ intra biẽniũ septenos culleos, peræquarẽt, vt priæ vineę cẽtenas amphoras iugerati præberẽt. cũ prata, & pascua, & syluæ, si cẽtenos sextertios in singula iugera efficiant, optime dño cõsulere videantur. nam frumenta maiore quidem parte Italię q̃n cũ quarto responderint, vix meminisse possumus. cur ergo res infamis est? non quidem suo, sed hoĩm inquit vitio Græcinus. primum, q; in explorandis seminibus nemo adhibet diligentiam, et ideo pessimi generis pleriq; vineta conserunt. deinde sata non ita enutriũt, vt ante cõualescãt, ac prosiliãt, q̃ retorrescat. sed & si forte adoleuerint, negligẽter colunt. Iã illud à principio nihil referre cẽsent, quẽ locũ conserant, immo etiã seligunt deterrimam partem agrorum, tanquam sola sit huic stirpi maxime terra idonea, quæ nihil aliud ferre possit. sed ne ponendi quidẽ rationẽ, aut perspiciũt, aut perspectã exo-

quuntur, tum etiam dotem. i. instrumentum raro vineis præparant, cum ea res si omissa sit, plurimas operas, nec minus arcam patrisfamilias semper exhauriat. Fructum vero plericq; quàm vberrimum præsentem consectantur, nec prouident futuro tempori. sed quasi planè in diem viuant, sic imperant vitibus, & eas ita multis palmitibus onerant, vt posteritati non consulant. Hæc omnia vel certe plurima ex his cum commiserint, quiduis malunt, quàm suam culpam confiteri. queruntur q; non respondere sibi vineta, quæ vel per auaritiam, vel inscitiam, vel per negligentiam perdiderunt. at siqui cum scientia sociauerint diligentiam, non vt ego existimo trecenas, vel quadragenas certe, sed vt Græcinus minimum computans, licet inquit amphoras vicenas, percipiet ex singulis iugeribus, omne is istos, qui fœnũ suũ, & olera amplexantur, incremento patrimonij facile supe rabũt. nec in hoc errat, quppe vt diligẽs ratiocinator calculo posito videt id genus agricolationis maxime rei familiari cõducere. Nam vt amplissimas impensas vineæ poscãt, non tamen excedunt septem iugera vnius operam vinitoris, quẽ vulgus quidẽ parui æris, vel de lapide noxiũ posse comparari putat, sed ego plurimorũ opinioni dissentiens, pretiosum vini torem in primis esse censeo. isq; licet sit emptus sex, vel potius sextertijs octomillibus, cũ ipsũ solũ septẽ iugerũ totidẽ millibus numorũ partũ, vineasq; cũ sua dote. i. cũ pedamentis, & viminibus binis millibus in singula iugera positas duco. Fit tũ in assem consumatũ pretiũ sextertiorũ. xxix. milliũ huc accedũt semisses vsurarũ sextertia tria millia, & quadrigẽti octuaginta numi biennij temporis quo velut infantia vinearũ cessat à fructu. Fit in assem summa sortis & vsurarũ. xxxij. milliũ quadringentorũ. lxxx. numorũ. quod quasi nomen si, vt fœnerator cũ debitore, ita rusticus cũ vineis suis fecerit, eius summæ, vt in perpetuum prædictã vsurã semissium dominus constituat, percipere debet in annos singulos mille septingẽtos quadragẽ-



ta sextertios numos. qua computatione vincit tñ reditũ vij. iugerum secundũ opinionẽ Græcij, vsurã triũ milliũ quadringẽtorũ octoginta numorũ. Quippe, vt deterrimi generis sint vineæ, tñ si cultæ singulos vtique culleos vini, singula earũ iugera peræquabũt. vtq; trecẽtis numis quadragenæ vrnæ veneãt (qđ minimu pretiũ est annonæ) cõsumant tñ septẽ cullei sextertia duo milla & centũ numos. ea porrò summa excedit vsurã semissiũ. atq; hic calculus, quẽ posuimus, Græcini rationẽ continet, sed nos extirpanda vineta cẽsemus, quorũ singula iugera minus, q̃ ternos culleos præbẽt. & adhuc tñ si computauimus, quasi nullæ sint viuiradices, quæ de pastinato eximantur. cũ sola ea res oẽm impensam terreni pretio suo liberet, si modo non prouincialis, sed italicus ager est. neq; id cuiq̃ dubiũ ẽsse debet, cum & nostrã & Iulij attici rationem dispexerit. Nos iã. n. vicena millia malleolorũ per vineæ iugerũ inter ordines pãgimus. Ille minus quatuor millibus deponit, cuius vt vincat ratio, nullus tñ vel iniquissimus locus nõ maiorẽ quæstũ reddet, q̃ acceperit impensam. sit quidẽ, vt cultoris negligentia sex millia seminũ intereant, reliqua tñ decẽ millia tribus millibus numorũ libenter, & cum lucro redẽptor emerit, quæ summa tertia parte superat duo millia sestertia, quanti constare iugerũ vinearum prædiximus quanq̃ nostra cura in tantum iam processit, vt nõ inuiti sestertijs sexcẽtis numis, singula millia viuiradicis à me rustici mercentur. sed vix istud alius præstiterit. nã nec quisq̃ nobis facile crediderit, tantam in agellis esse nostris abundantiam vini, q̃tam tu Siluine nouisti. Mediocre itaq; vulgatumq; pretiũ viuiradicis posui, quo celerius nullo dissentiente perduci possent in nostrã sententiam, qui propter ignorantiam genus hoc agricolationis reformidant. Siue ergo pastinationis reditus, seu futurarum spes vindemiarum cohortari nos debet ad positionem vinearum, quas cum docuimus rationis esse cõserere, nunc institutionis earum præcepta dabimus.

Universitat de Barcelona Biblioteca



## Quæ obseruare debet, qui uineas instituit. Cap. IIII.

CVI vineta facere cordi est, præcipue caueat, ne alienæ potius curæ, quàm suæ credere velit, néue mercetur viui radicem. Sed genus surculi probatissimum domi conserat, faciatq; vitiarium, ex quo possit agrum vineis vestire. nam quæ peregrina ex diuersa regione semina transferuntur, minus sunt familiaria nostro solo, quàm vernacula. eoq; velut alienigena reformidant mutatam cœli, lociq; positionem. Sed nec certam generositatis fidem pollicentur, cum sit incertum, an is, qui conseruerit ea, diligenter exploratum, probatumq; genus surculi deposuerit. quamobrem biennij spatium longum esse minime existimandum est, intra quod vtiq; tempestiuitas seminum respondet, cum semper (vt dixi) plurimum retulerit exquisiti generis stirpem deposuisse. Post hæc deinde meminerit accurate locum vineis eligere, de quo cũ iudicauerit, maximam diligentiam sciat adhibendam pastinationi, quã cum peregerit. non minore cura vitem conserat, &, cũ seruerit, summa sedulitate culturę seruiat. id enim quasi caput, & columen est impensarum, quoniam in eo consistit, melius, an segnius terræ mandauerit paterfamilias pecuniam, quàm in otio tractare. Igitur vnunquodq; eorũ, q̃ proposui, suo iã prosequar ordine.

## Quali solo, & quomõ uitiariũ faciundũ sit. Cap. V.

VITIARIVM neq; ieiuna terra, neq; vliginosa faciendum est, succosa tamen, & mediocri potius, q̃ pingui, tametsi ferè omnes authores huic rei lætissimum locum destinauerunt. quod ego minime reor esse proagricola. nam depositæ stirpes valido solo, quamuis celeriter comprehendant, atq; prosiliant, tamen cum sint viuiradices factæ, prius quàm transferantur, retorrescunt, nec adolescere queunt. Prudentis autem coloni est ex deteriori terra potius in meliorem, quàm ex meliore in deteriorem transferre. Propter quod mediocritas in electione loci maxime probatur, quoniã in confinio boni, maliq; posita est. Siue enĩ post modũ necessitas postulauerit tempestiua semina ieiuno solo committere, nõ magnã sentiẽt differentiã, cum ex mediocri terra in exilem translata sunt, siue lætior ager conserendus est, longe celeriusin vbertate coalescũt. Rursus tenuissimo solo vitiriũ facere minime rationis est, quoniã malleolorũ pars maior deperit, & q̃ supererit tardefit idonea translationi. Ergo mediocris & modice siccus ager vitiario est aptissimus. isq; bipalio prius subigi debet, quæ est altitudo pastinationis, cũ in duos pedes, & semissem conuertitur humus. acdeinde tripedaneis relictis spatijs, per quę semina excolantur, in singulis ordinibus, qui ducenos quadragenos pedes obtinẽt sexcenteni malleoli pangendi sunt. is numerus consumat p totũ iugerũ seminũ millia quatuor & viginti. Verũ hãc curã præuenit inquisitio, & electio malleolorũ. nã, vt sæpe iã retuli, quasi fundamentũ est, prędictę rei, probatissimũ genus stirpis deponere.

## Qualis, & ex quibus partibus uitis malleolis legendus sit. Cap. VI.

SED electio dupliciter facienda est. nõ. n. solũ fœcundã esse matrẽ satis est, ex qua semina petuntur, sed adhibenda ratio est subtilior, vt ex his partibus trunci sumantur quæ & genitales sunt, & maxime fertiles. Vitis autẽ fœcunda, cuius progeniem studemus submittere, nõ tantũ debet eo æstimari, q̃ vuas complures exigit. potest enĩ trunci vastitate id accidere, & frequentia palmitũ, nec tamen eam feracẽ dixerim, cuius singulæ vuæ in singulis sarmentis conspiciuntur, sed si per vnumquenq; pampinũ maior numerus vuarũ dependet, si ex singulis gemmis compluribus materijs cũ fructũ germinat, si deniq; etiã è duro virgã cũ aliquibus racemis citat, si etiã nepotũ fructu grauida est, ea sine dubitatione ferax destinari debet legendo malleolo. Malleolus autem nouellus est palmes innatus prioris anni flagello, cognominatusq; à

malleo

Universidad de Deusto
Biblioteca



similitudine rei, ꝙ in ea parte, quę deciditur ex vetere sarmento prominens vtrinq; maleoli speciē præbet. Hunc ex fœcundissima stirpe legendum censemus omni tempore, quo vineæ putantur, ac super terram gemmis tribus vel quatuor extantibus diligenter obruendum loco modice humido non vliginoso, dum tamen antiquissimum sit consyderare, ne vitis, ex qua is sumitur, ancipitem floris habeat euentum, ne difficulter acinus ingrandescat, ne aut præcoquem, aut seræ maturitatis fructum afferat. nam illa volucribus, hæc etiā tempestatibus hyemis infestatur. Tale porrò genus non vna comprobatur vindemia. potest. n. vel anni prouentu, vel alijs de causis etiam naturaliter infœcunda vitis semel exhuberare. Sed vbi plurium velut emeritis annorum stipendijs fides surculo constitit, nihil dubitandum est de fœcunditate. nec tamen vltra quadriennium talis extenditur inquisitio. id enim tempus ferè virentium generositatem declarat, quo sol in eandem partem signiferi per eosdem numeros redit, per quos cursus sui principium cœperat. quem circuitum meatus dierum integrorum mille quadringentorum sexaginta vnius ἀποκατάστασιν vocant studiosi rerum cœlestium.

## *Quomodo fœcunditatem uitis explores.* Cap. VII.

SED certum habeo Publi Siluine iam dudum te tacitū requirere, cuius generis sit ista fœcunda vitis, quā nos tā accurate describimus. ac ne de ijs aliqua significetur, quæ vulgo non habentur feraciſſimæ, plurimi nanq; biturticam, multi spioniam, quidam basilicam, nonnulli arcelacam laudibus efferunt. Nos quoq; hæc genera non fraudamus testimonio nostro. sunt enī largissimi vini, sed proposuimus docere vineas eiusmodi conserere, quę nec minus vberes fructus prædictis generibus afferant, & sint pretiosi saporis, velut aminei, vel certe non procul ab eo gustu, cui nostræ sententiæ scio penè omnium agricolarum diuersam esse opinionem, quæ de amineis



inueterata longo iam tēpore conualuit, tanquam natali, & ingenita sterilitate laborantibus. quo magis nobis ex alto repetita compluribus exemplis firmanda ratio est, quę desidia, nec minus imprudentia colonorum damnata, & velut ignorantiæ tenebris obcæcata luce veritatis caruit. quare non intempestiuum est nos ad ea præuerti, quę videntur hunc publicum errorem corrigere posse.

## *Quæ spectanda sit qualitas in eo solo, quod uineis destinaueris.* Cap. VIII.

IGITVR si rerum naturam Publi Siluine velut acrioribus mentis oculis intueri velimus, reperiemus parem legem fœcunditatis eam dixisse virentibus, atq; hominibus, cæterisq; animalibus. nec sic alijs nationibus, regionibusue proprias tribuisse dotes, vt alijs in totum similia munera denegaret. quibusdam gentibus numerosam progenerandi sobolē dedit, vt Aegyptijs, & Afris, quibus gemini partus familiares, ac penè solennes sunt. sed & Italici generis esse voluit eximiæ fœcunditatis Albanas curiatiæ familiæ trigeminorum matres. Germaniam decorauit altissimorum hominum exercitibus, sed & alias gentes non in totum fraudauit præcipuæ staturæ viris. Nam & M. Tullius Cicero testis est romanum fuisse ciuem. Nęuium Pollionem pede longiorem quàm quen quam longissimum. et nuper ipsi videre potuimus in apparatu pompæ circensium ludorum iudææ gentis hominem proceriorem celsissimo germano. Transeo ad pecudes. Armentis sublimibus insignis meuania est, liguria paruis. Sed & meuania bos humilis, & liguriæ nonnunquam taurus eminentis staturæ cōspicitur. India perhibetur molibus ferarū mirabilis, pari tamen in hac terra vastitate belluas progenerari quis negetˊcū intra mœnia nostra natos animaduertamus elephantos. Ad genera frugum redeo. Mysiam, Libyamq; largis aiunt abundare frumentis, nec tamen appulos, cāpanosq; agros opimis defici segetibꝰ. Tmolon, et Corycion florere cro

co, Iudæam & Arabiam pretiosis odoribus illustrem haberi, sed nec nostrã ciuitatem prædictis egere stirpibus, quippe cum pluribus locis vrbis, iam casiam frondentem conspicimus, iam tuream plantam, florentesq; hortos myrrha, & croco. His tamen exemplis nimirum admonemur curæ mortalium obsequentissimam esse Italiam, quæ penè totius orbis fruges adhibito studio colonorũ ferre didicerit. quo minus addubitamus de eo fructu, qui velut indigena, peculiarisq; & vernaculus est huius soli. Neq; enim dubium est massici, surrentiniq;, & albani, atq; cecubi agri vites omnium, quas terra sustinet, in nobilitate vini principes esse.

## *Quomodo amineas feraces facias.* Cap. IX.

FOECVNDITAS ab his forsan desyderatur, sed & hæc adiuuari potest cultoris industria. nam si, vt paulo ante retuli, benignissima rerum omnium parens natura quasq; gentes, atq; terras ita muneribus proprijs ditauit, vt tamen cæteras non in vniuersum similibus dotibus fraudaret. Cur eam dubitemus etiam in vitibus prędictã legem seruasse, vt quamuis earum genus aliquod præcipue fœcundum esse voluerit, tanquam biturícum, aut basilicum, non tamen sic amineum sterile reddiderit. vt ex multis millibus eius ne pauciſſimæ quidem vites fœcundæ, tanquam in italicis hominibus albanæ illæ sorores reperiri possint. id autem cum sit verisimile, tum etiam verum esse nos docuit experimentum, cum & in ardeatino agro, quem multis temporibus ipsi ante possedimus, et in carseolano, itemq; in albano generis aminei vites huiusmodi notę habuerimus numero quidem perpaucas, verum ita fertiles, vt in iugulo singulæ ternas vrnas præberent, in pergulis autem singulæ denas amphoras peræquarent. Nec incredibilis debet in aminei hæc fœcunditas videri. nam quemadmodum Terentius Varro, & ante eum M. Cato possent affirmare, sex centenas vrnas priscis cultoribus singula vinearum iugera



fudisse, si fœcunditas amineis defuisset? quas plerunq; solas antiqui nouerant, nisi putamus ea, quæ nuper, ac modo planè longinquis regionibus accersita notitię nostrę sunt tradita, biturici generis, aut basilici vineta eos coluisse, cum vetustissimas quasq; vineas adhuc existimemus amineas. Siquis ergo tales, quales paulo ante posse disse me retuli, amineas pluribus vindemijs exploratas notet, vt ex his malleolos feracissimos eligat posset is pariter generosas vineas, & vberes efficere. nihil enim dubium est, quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit. Vnde etiam pastor ille in bucolicis ait.

Sic canibus catulos similes sic matribus hœdos Norã.

Vnde sacrorum certaminum studiosi pernicissimarum quadrigarum semina diligenti obseruatione custodiunt, & spem futurarum victoriam concipiunt propagata sobole generosi armenti. nos quoque pari ratione velut olympionicarum equarum, ita feracissimarum amineārum seminibus electis largæ vindemiæ spem capiamus, neq; est, quod temporis tarditas quenquam deterreat. nã quicquid moræ est, in exploratiõe surculi absumitur. Cęterum cum fœcunditas vitis comprobata est, celerrime insitionibus ad maximũ numerum perducitur, eius rei testimonium tu pręcipue Publi Siluine perhibere nobis potes, cum pulchre memineris à me duo iugera vinearũ intra tempus biennij ex vna præcoque vite, quàm in cretano tuo possides, insitione facta consumata. Quem nam igitur existimas vitium numerum intra tantundẽ temporis interseri posse duorum iugerum malleolis, cũ sint ipsa duo iugera vnius vitis progenies? quare si, vt dixi, laborem, & curam velimus adhibere, facile prædicta ratione, tam feraces aminei generis vineas constituemus, quàm biturici, aut basilici tantum retulerit, vt in transferendis seminibus similem statum cœli, lociq;, & ipsius vitis habitum obseruemus, quoniam plerunque degenerat surculus, si aut situs agri, aut aeris qualitas repugnent, aut etiam si ex arbore in iugum defertur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



stacq; de frigidis in frigida, de calidis in similia, de vineis in vineas transferemus. magis tamen ex frigido statu stirps aminea potest calidum sustinere, quàm ex calido frigidum, quoniam omne vitis genus tum maxime præ dictum naturaliter lætatur tepore potius, quàm frigore. Sed & qualitas soli plurimũ iuuat, vt ex macro, aut mediocri transducatur in melius. nã quod assuetum est pingui, nullo modo maciem terræ patitur, nisi sæpius stercores. Atq; hæc de cura eligendi malleoli generatim præcepimus. nunc illud proprie specialiter, vt non solum ex fœcundissima vite, sed etiam è vitis, parte feracissima semina eligantur.

## Ex qua uitis parte semina eligenda sunt. Cap. X.

FERACISSIMA autem semina sunt, non vt veteres authores tradiderũt, extrema pars eius, quod caput vitis appellant, idest vltimum, & productissimum flagellum, nam in eo quoq; falluntur agricolæ. Sed erroris est causa prima species, & numerus vuatũ, qui plerunq; conspicitur in productissimo sarmento, quæ res nos decipere non debet. id enim accidit non palmitis ingenita fertilitate, sed loci opportunitate, quia reliquas trunci partes humor omnis, & alimentum, quod à solo ministratur, transcurrit, dum ad vltimum perueniat. naturali enim spiritu omne alimentum virentis, quasi quædam anima per medullam trunci veluti per siphonem, quem diabeten vocant mechanici, trahitur in summum. Quò cum peruenerit, ibi consistit, atq; consumitur. Vnde etiam materiæ vehementissimæ reperiuntur aut in capite vitis, aut in crure vicino radicibus, sed & eæ stirpes, quæ è duro citantur. duplici ex causa probatę sunt, quod à fœtu vacant, quodq; ex proximo terræ integro, atq; illibato succo aluntur, & illæ fertiles, ac firmæ, quia è tenero prorepũt, & quicquid (vt supra dixi) ad eas alimenti peruenit, indiuiduum est. Mediæ sunt macerrimæ, quia transcurrit hinc parte aliqua interceptus, illinc à se tractus humor. Nõ debet igitur vltimũ flagellũ quasi fœcundũ obseruari, etiã si plurimũ afferat, siquidẽ loci vbertate in fructũ cogitur. sed id sarmentũ, quod media vite sitũ, nõ importuna quidẽ parte deficit, ac numeroso fœtu benignitatẽ suã ostendit. Hic surculus translatus rarius degenerat, cũ ex deteriore statu meliorẽ sortitur. siue enĩ pastinato deponitur, siue trunco inseritur, largioribus satiatur alimentis, q̃ prius, cũ esset in egeno. Itaq; custodiemus, vt à prædictis locis, quos humorosos rustici vocãt, semina legamus, tñ quę attulisse fructũ antea animaduertimus. nã si fœtu vacua sint, quamuis laudabilẽ parrẽ vitis nihil censemus ad feracitatẽ conferre malleolo, quare vitiosissima est eorũ agricolarũ opinio, qui minimũ referre crediũt, quot vuas sarmentũ habuerit, dũ ex vite fertili legatur, & nõ ex duro trunco enatum, quod pampinariũ vocãt. Hæc aũt opinio, quæ orta est ex inscitia seminũ eligendorũ, primũ parum fœcundas vineas, deinde etiã nimis steriles reddit. quis enĩ omnino iam per tã longã seriem annorũ agricolæ malleolũ legenti præcepit ea, quæ paulo ante retulimus? Immo quis nõ imprudentissimũ quenq;, & eũ, qui nihil aliud operis facere valeat, huic negotio delegat? Itaq; ex hac consuetudine veniũt imprudentissimi ad rẽ maxime necessariã, deinde etiã infirmissimi, nã & inutilissimus quisq;, vt dixi, qui nullũ aliũ laborẽ ferre queat, huic officio applicatur. Is porrò etiã si quã scientiã eligendi malleoli habet, cã propter infirmitatẽ dissimulat, aut seponit, & vt numerum, quẽ villicus imperauit, explere possit, nihil curiose, nihil religiose ad ministrat. vnumq; est ei propositum peragere operis sui pensum, cũ tñ & vt sciat, & quod scit exequatur, hoc solũ præceptũ à magistris accepit, ne pampinariã virgã de plantet, cætera oĩa vt seminibus contribuat. nos aũt primũ rationẽ secuti, nunc etiã longi temporis experimentũ, nõ aliud semẽ eligimus, nec frugiferum esse ducimus, nisi quod in parte genitali fructũ attulerit. nã illud quidẽ, quod loco sterili lætũ, robustũq; sine fœtu processit,

fallacẽ fœcunditatis imaginẽ præfert, nec vllã generandi vim possidet. Id proculdubio verũ esse ratio nos admonet, si modo vt in corporibus nostris propria sunt officia cuiusq; membri, sic & frugiferarũ stirpium partibus propria munia. Videmus hoĩbus inspiratã velut aurigã, rectricẽq; membrorũ animã, sensusq; iniectos ad ea discernenda, quę tactu, naribus, auribusq;, & oculis indagãtur, pedes ad gressum compositos, brachia ad complexũ. ac ne p oẽs vices ministeriorũ vagetur insolenter oratio nihil aures agere valẽt, quod est oculorũ, nihil oculi, qđ auriũ, nec generandi quidẽ data est facultas manibus aut plantis, sed quod hoĩbus ignotũ voluit esse genitor vniuersi ventre protexit, vt diuina præditus ratione rerum æternus opifex, quasi quibusdã secretis corporis in arcano, atq; operto sacra illa spũs elementa, cũ terrenis primordijs misceret, atq; hãc animantis machinę speciẽ effingeret. Hac lege pecudes, ac virgulta progenuit. hac vitiũ genera figurauit, qb⁹ eadẽ ipsa mater, ac parẽs primũ radices velut fundamenta quædã iecit, vt ijs quasi pedibus insisteret. Truncũ deinde superposuit velut quandã staturam corporis, & habitus. Mox ramis diffudit quasi brachijs. Tũ caules, et pampinos elicuit, velut palmas, eorumq; alios fructu donauit, alios fronde sola vestiuit ad protegendos, tutandosq; partus. Ex his igitur, vt supra diximus, si nõ ipsa membra genitalia conceptu, atq; fœtu grauida, sed tanq; tegmina, et vmbracula eorũ, quę fructibus vidua sunt, legerimus, vmbræ scilicet non vindemiæ laborabimus. Quid ergo est cur q̃is nõ sit è duro pampinus, sed è tenero natus, si tñ orbus est, etiã in futurũ quasi sterilis damnatur à nobis? Modo. n. disputatio nostra colligebat vnicuiq; corporis parti propriũ esse attributũ officiũ, qđ scilicet ei conuenit, vt malleolo quoq;, qui opportuno loco natus est, fœcunditatis vis adsit, etiam si interim cesset à partu. nec ego abnuerim in hoc me institisse argumentari. sed & illud maxime profiteor palmitẽ, quamuis frugifera parte enatũ, si fructũ nõ attulerit, ne vim quidẽ fœcunditatis habere. nec hoc illi sententiæ repugnat. Nã & homines quosdã nõ posse generare, quamuis oĩm membrorũ numero constante, manifestũ est, ne sit incredibile, si genitali loco virga nata fructu careat, cariturã quoq; esse fœtu. Itaq; vt ad consuetudinẽ agricolarũ reuertar, eiusmodi surculos, qui nihil attulerint, spadones appellãt. quod non facerẽt, nisi eos spicarentur inhabiles frugibus. quæ & ipsa appellatio rationẽ mihi subiecit nõ eligendi malleolos quamuis probabili parte vitis enatos, si fructũ nõ tulissent. quanq; & hos sciã nõ in totũ sterilitate affectos. nã confiteor pampinarios quoq; cũ è duro prorepserint, tempore anni sequentis acquirere fœcunditatẽ, & ideo in resecẽ submitti, vt progenerare possit. Verum eiusmodi partũ comperimus, nõ tã ipsius resecis, q̃ materni esse muneris. nã quia inhæret stirpi suæ, quæ est natura ferax, missus adhuc parentis alimentis, & fœcundi partus seminibus, ac velut altricis vberibus eductus, paulatim fructum ferre condiscit. At quæ citra naturæ quandã pubertatẽ, immatura, atq; intempestiua planta direpta trunco vel terræ, vel etiã stirpi recisæ inseritur, quasi puerilis ætas, ne ad coitum quidẽ, nedum ad conceptum habilis vim generandi vel in totum perdit, vel certe minuit. Quare magnopere censeo in eligendis seminibus adhibere curam, vti fructuosa parte vitis palmites legamus eos, qui futuram fœcunditatẽ iam toto fructu promittunt. Nec tamẽ contenti simus singulis vuis, maximeq; probemus eos, qui numerosissimis fœtibus conspiciuntur. An non opinionẽ laudabimus ex ea matre sobolem propagantẽ, quę geminos enixa sit, & caprarium summittentem fœtus earum pecudum, quæ trigemino partu commendantur? videlicet quasi semper sit parentũ fœcunditati proles respondura, & nos sequamur in vitibus hãc ipsam rationẽ, tanto quidẽ magis, quod compertũ habeamus naturali quadã malignitate desciscere interdũ, quamuis diligenter probata semina, idq; nobis pocta velut surdis veri-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tatis indulget dicendo.

Vidi lecta diu, & multo spectata labore
Degenerare tamen, ni vis humana quotannis
Maxima quæq; manu legeret, sic omnia fatis
In peius ruere, ac retro sublapsa referri. quod nõ tantũ de seminibus leguminũ, sed in totã agricolationis rationẽ dictũ esse intelligendũ est. Si modo longi temporis obseruatione comperimus, quod certe comperimus, eũ malleolũ, qui quatuor vuas tulerit, deputatũ, & in terrã depositũ à fœcunditate materna sic degenerare, vt interdum singulis, nonnunq; etiã binis vuis minus afferat. In quantũ aũt censemus defecturos eos, qui binos, aut ferè singulos fœtus in matre tulerint, cũ etiã feraciſſimi translationẽ sæpe reformidẽt, itaq; huius rationis demonstratorẽ magis esse me, q̃ inuentorem libenter profiteor, ne quis existimet fraudari maiores nostros laude merita, nã id ipsum censuisse eos nõ dubiũ est, quamuis nullo alio sit scripto proditũ, exceptis quæ retulimus metris Vergilij. Et hic tñ vt de seminibus leguminũ præcipiatur. Cur enĩ aut è duro natã virgã, aut etiã ex fœcundo malleolo, quẽ ipsi probassent, decisam sagittã repudiabant, si nihil interesse dicebãt, ex quo loco semina legerentur? Nunc, quia vim fœcunditatis certis quasi membris inesse nõ dubitabãt, iccirco pampinariũ, & sagittã velut inutiles ad deponendũ prudentiſſime damnauerũt. Quod si ita est, nihil dubiũ est multo magis ab his improbatũ esse etiã illũ palmitẽ, q̃ frugifero loco natus, fructũ nõ attulisset. Nã, si sagittã, idest superiorẽ partẽ malleoli, vituperandã censebãt, cũ esset eadẽ pars surculi frugiferi, quanto magis vel ex optima vitis parte natũ flagellũ, si est sterile improbatum ab his, ratio ipsa declarat? Nisi tñ (quod est absurdũ) crediderũt id translatũ, et abscissum à sua stirpe, destitutumq; materno alimento, frugiferũ, quod in ipsa matre nequã fuisset. Atq; hæc & forsitan pluribus dicta sunt, q̃ exigebat ratio veritatis, minus tñ multis, q̃ postulabat praue detorta, & inueterata opinio rusticorũ.



*Quæ spectandæ qualitates in eo solo, quod uineæ destinaueris.* Cap. XI.

NVNC ad reliquum ordinem propositæ disputationis redeo. Sequitur hanc eligendi malleoli curam pastinationis officium, si tamen ante de qualitate soli constiterit, nam eum quoq; plurimum & bonitati, & largitati frugum conferre nihil dubium est, ac prius quàm ipsum perspiciamus, illud antiquiſſimum censemus, rudẽ potius eligendum agrum, si sit facultas, quàm vbi fuerit seges, aut arbustum, nam de vinetis, quæ longo situ exoleuerunt, inter omnes authores constitit, peſſima esse si reserere velimus, quod & inferius solum pluribus radicibus sit impeditum, ac velut irretitum, & adhuc nõ amiserit virus, & catiem illam vetustatis, quibus hebetata quasi aliquibus venenis humus torpeat. Quam ob causam syluestris ager præcipue est eligendus, qui etiam si frutetis, aut arboribus obsessus est, facile extricatur, quod suapte natura quæcunq; gignuntur, non penitus, nec in profundum radices agunt, sed per summum terræ dispergunt, atq; deducunt, quibus ferro recisis, atq; extirpatis, parum, quod supereſt, inferioris soli rastris licet effodere, & infermentum congerere, atq; componere. si tamen rudis terra non sit, proximum est vacuum arboribus aruum. si nec hoc est, rariſſimum arbustum, vel oliuetum quod non fuerit, maritum vineis destinatur, Vltima est, vt dixi, conditio restibilis vineæ. nam si necessitas facere cogit, prius quicquid est residuæ vitis extirpari debet. deinde totum solum sicco fimo, aut, si id non sit alterius generis quam recentiſſimo stercorari, atq; ita cõuerti, & diligentiſſime refossas omnes radices in summum regeri, atque comburi. Tunc rursus vel stercore vetusto, quia non gignit herbas, vel de vepribus egesta humo pastinatum large contegi. At vbi pura noualia arboribus sunt libera, consyderandum est ante quàm pastinemus, furcularis, nec ne sit terra. idq; facillime

exploratur per stirpes, quæ sua sponte proueniunt. Neq; enim est vllum tãdiu viduum solum virgultis, vt non aliquos surculos progeneret tanquam pyros syluestres, & prunos, vel rubos certe. Nam hæc quamuis genera spinarum sint, solent tamen fortia, & læta, & grauida fructu consurgere. Igitur si non retorrida, & scabra, sed leuia, & nitida, & prolixa. fœcundaq; videri mus, eam intelligemus esse terram surculatem. Sed hoc in totum ad illud, quod vineis præcipue est idoneum, proprie consyderandum, vt prius retuli. si facilis est humus. & modice resoluta, quam diximus nullam vocitari, nec quia sola ea, sed quia sit habilis maxime vinetis. Quis enim vel mediocris agricola nesciat etiam durissimum robum, vel carbunculum, simulatq; sunt confracti, & in summo regesti tempestatibus, gelúue, nec minus æstiuis putrescere caloribus, ac resolui, eosq; pulcherrime radices vitium per æstatem refrigerare, succumq; retinere? quæ res alendo surculo sunt accommodatissimæ. Simili quoq; de causa probari solutã glareã, calculosumq; agrũ, & mobilem lapidem. si tamen hæc pingui glebæ permista sunt, nam eadem ieiuna maxime culpantur. Est autem (vt mea fert opinio) vineis amicus etiam silex, cui superpositum est modicum terrenum, quia frigidus, & tenax humoris per ortum caniculæ non patitur sitire radices. Higinius quidem secutus Tremellium præcipuæ montium ima, quæ à verticibus defluentem humum receperint, vel etiam valles, quæ fluminum alluuie, & inundationibus concreuerit, aptas esse vineis asseuerat, me non dissentiente. Cretosa humus vtilis habetur viti, nam per se ipsa creta, qua vtuntur figuli, quãq; nõnulli argillam vocant, inimicissima est. nec minus ieiunus sabulo, & quicquid, vt ait Iulius Atticus, retorridum surculum facit. Id autem solum vel vliginosum est, vel salsum, vel amarum, & vel sticulosum, & peraridum. Nigrum tamen, & rutilum sabulonem, qui sit humidæ terræ permistus, probauerunt antiqui, nam carbunculosum



agrum, nisi stercore iuues, macras vineas efficere dixerunt. Grauis est rubrica, vt idem Atticus ait, & ad comprehendendum radicibus iniqua. Sed alit eadem vitem, cum tenuit, verum est in opere difficilior, quod neq; hu mentem fodere possis, quod sit glutinosissima, nec nimium siccam, quia vltra modum prædura.

## *Quæ Iulius Græcinus tradiderit de terra uineali.* Cap. XII.

SED NE nunc per infinitas terreni species euagemur, non intempestiue commemorabimus Iulij Græcini conscriptam velut formulam. ad quam posita est limitatio terræ vinealis. Idem enim Græcinus sic ait. Esse aliquam terram calidam, vel frigidam, humidam, vel siccam, raram, vel densam, leuem, aut grauem, pinguem, aut macram. sed neque nimium calidum solum posse tolerare vitem, quia inurat, neque prægelidum, quoniam velut stupentes, & congelatas radices nimio frigore moueri non sinat, neque humidum, quoniam cum se promunt vites, modico tepore euocant humorem terræ iusto maiorem, qui putrefacit deposita semina. Rursus nimiam siccitatem destituere plantas dicit naturali alimento, aut in totum necare, aut scabras, & retorridas facere. Perdensam humum cœlesteis aquas non sorbere, nec facile perflari, facillime perrumpi, & præbere rimas, quibus sol ad radices stirpium penetret. eademq; velut conclausa, & coarctata semina comprimere, atq; strangulare. Raram supra modum velut per infundibulum transmittere imbres, & sole ac vento penitus siccari, atque exarescere. Grauem terram vix vlla cultura vincibilem, leuem vix vlla sustineri, pinguissimam, & lætissimam luxuria, macram, ac tenuem ieiunio laborare. Opus est inquit inter has tam diuersas inæqualitates magno temperamento, quod in corporibus quoq; nostris desyderatur, quorũ bona valetudo calidi, & frigidi, humidi, & aridi, dẽsi, et rari, certo,

Universidad de Deusto
Biblioteca



& quasi examinato modo continetur. Nec tamen hoc temperamẽtum in terra, quæ vineis destinetur, pari momento libratum esse debere ait, sed in alteram partem propensius, vt calidior terra sit, quàm frigidior, siccior q̃ humidior, rarior quam densior, & siqua sunt his similia, ad quæ contemplationem suam dirigat, qui vineas instituet. quæ cuncta (sicut ego reor) magis prosunt, cum suffragatur etiam status cœli, cuius regionem, quam spectare debeant vineæ, vetus est dissensio, Saserna maxime probante solis ortum, mox deinde meridiem, tum occasum, Tremellio Scrofa præcipuam positionem meridianam censente, Vergilio de industria occasum sic repudiante.

Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem.

Democrito, & Magone laudantibus cœli plagam septẽtrionalem, quia existimentei subiectas feracissimas fieri vineas, quæ tamen bonitate vini superentur. Nobis in vniuersum præcipere optimum visum est, vt in locis frigidis meridiano vineta subijciãtur, tepidis orienti aduertantur, si tamen non infestabuntur austris, eurisq̃, velut oræ maritimæ in Bætica. Sin autem regiones prædictis ventis fuerint obnoxiæ, melius aquiloni, vel fauonio cõmittentur, nam feruentibus prouincijs, vt Aegypto, & Numidia, vni septentrioni rectius opponentur, quibus omnibus diligenter exploratis, tum demum pastinationem suscipiemus.

## *Quomodo terra pastinetur.* Cap. XIII.

EIVS autem ratio cum Italici generis futuris agricolis, tum etiam prouincialibus tradenda est, quoniam in longinquis, & remotis regionibus istud genus vertendi & subigendi agri minime vsurpatur, sed aut scrobibus, aut sulcis vineæ plerunq̃ conseruntur. Scrobibus vineta sic ponuntur. Quibus vitem mos est Scrobibus depone re ferè per tres longitudinis pedes, perq̃ duos in altitudinem cauato solo quantum latitudo ferramenti patitur,



malleolos vtrinq̃ iusta latera fossarum consternunt, & aduersis scrobium frontibus curuatos erigunt, duabusq̃ gemmis supra terram eminere passi reposita humo cætera coæquant, quæ faciunt in eadem linea intermissis totidem pedum scamnis, dum peragant ordinem. Tum deinde relicto spatio prout cuique mos est vineas colenti, vel aratro, vel bidente, persequentes ordinem insistunt. Et si fossore tantum terra versetur, minimum est quinq̃ pedum interordinium, septem maximum. sin bubus, et aratro, minimum est septempedum, satis amplum decem. Nonnulli tamen omnem vitem per denos pedes in quincuncem disponunt, vt more noualium terra transuersis, aduersisq̃ sulcis proscindatur. Id genus vineti nõ conducit agricolę, nisi vbi lætissimo solo vitis amplo incremento consurgit. At qui pastinationis impensam reformidant, sed aliqua tamen parte pastinationem imitari student, paribus alternis omissis spatijs, senum pedum latitudinis sulcos dirigunt, fodiuntq̃ & exaltant in tres pedes, ac per latera fossarũ vitem, vel malleolum disponunt. Auarius quidam dupondio & dodrante altum sulcum, latum pedum quinq̃ faciunt. deinde ter tanto amplius spatium crudum relinquunt. atq̃ ita sequentem sulcum infodiunt. quod cum per definitum vinetis locũ fecerint in lateribus sulcorũ viuiradices, vel decisos quã recentissimos palmites nouellos erigunt, consitis cõplu ribus inter ordinaria semina malleolis, quos posteaquã conualuerint crudo solo quod emissum est, transuersis scrobibus propagent, atq̃ ordinent vineam paribus interuallis. sed eæ, quas retulimus, vinearum sationes, pro natura, & benignitate cuiusq̃ regionis aut vsurpandæ, aut repudiandæ sunt nobis. Nunc pastinandi agri proposítum est rationem tradere. Ac primum ex omni siue arbustiuo, siue syluestri loco, quem vineis destinauerimus oĩs frutex, atq̃ arbor erui, & summoueri debet, ne postea fossorem moretur, neue iam pastinatũ solum iacentibus mollibus imprimatur, & exportantiũ ramos atq̃

truncos ingressu proculcetur. Neq; enim parum refert suspensissimum esse pastinatū, & si fieri possit, vestigio quoq; inuiolatum, vt mota æqualiter humus nouelli seminis radicibus quancunq; in partem prorepserint, mol liter cedat, ne incrementa duritia sua reuerberet, sed tenero velut nutritio sinu recipiat, & cœlestes admittat imbres. eosq; alendis seminibus dispenset. ac suis omnibus partibus ad educandam prolem nouam conspiret. Cam pestris locus alte duos pedes, & semissem infodiēdus est, accliuis regio treis. Præruptior vero collis vel in quatuor pedes vertendus, quoniam cum à superiore parte in inferiorem detrahitur humus, vix iustum pastinationi præbet regestum. nisi multo editiorem ripam, quàm in plano feceris. Rursus depressis vallibus minus alte duobus pedibus deponi vineam non placet. Nā prestat non conserere, quàm in summa terra suspendere. Nisi tamen si scaturigo palustris obuia (sicut in agro rauēnate) plus, quàm sesquipedem prohibeat infodere. Primum autem prædicti operis exordiū est, non vt huius temporis plerique faciunt agricolæ, sulcum paulatim exaltare, & ita secundo, vel tertio gradu peruenire ad destinatam pastinationis altitudinem. Sed protinus æqualiter linea posita rectis lateribus perpetuam fossam educere, & post tergum motam humum componere, atq; in tantum deprimere, donec altitudinis mensuram datam ceperit. tū per omne spatium gradus æqualiter mouenda linea est, obtinendumq; vt eadem latitudo in imo reddatur, quæ cœpta est in summo. opus est autem perito, ac vigilante exactore, qui ripam erigi iubeat, sulcumq; vacuari, ac totū spatium crudi soli cum emota iam terra committi, sicut
105. præcepi superiore libro, cum arandi rationem traderem, monendo necubi scamna omittantur, & quod est durū summis glebis obtegatur. sed huic operi exigendo quasi quandam machinam commenti maiores nostri, regulā fabricaueruntin cuius latere virgula prominens ad eam altitudinem, qua deprimi sulcum oportet, contingit sum-



mā ripæ partē. Id genus mensuræ ciconiā vocāt rustici.




Sed ea quoq; fraudē recipit, quoniā plurimum interest, vtrū eā pronā, an rectā ponas. nos itaq; huic machinæ quasdā partes adiecimus, quæ contendentiū litem, disputationēq; dirimerēt. nā duas regulas eius latitudinis, qua pastinator sulcū facturus est in speciē græcæ literæ X decussauimus, atq; ita mediæ parti, qua regulæ committuntur, antiquā illā ciconiā infiximus, vt tanquā suppositæ basi ad perpendiculū normata insisteret. deinde transuersæ quæ est in latere virgulæ fabrilē libellā supposuimus.

Sic compositū organū, cū in sulcū demissum est, litē dīni et conductoris sine iniuria deducit. nā stella, quā diximus græcæ literæ faciē obtinere, pariter imæ fossæ solū metitur, atq; perlibrat, quia siue pronū, seu resupinū est, positione machinæ deprehenditur. quippe prædictæ virgulæ superposita libella alterutrū ostendit. nec patitur exactorē operis, decipi. sic permensum, & perlibratū opus in similitudinē veruacti semp procedit. tantūq; spatij linea promota occupatur, q̄tū effossus sulc⁹ longitudinis, ac latitudis obtinet, atq; id gen⁹ p̄parādi soli probatissimū ē.

## Quot modis uitis ponatur aut in prouincijs, aut in Italia, et quo tempore. Cap. XIIII.

SEQVITVR opus vineæ conserendæ, quę vel vere, vel autumno tempestiue deponitur. Vere melius, si aut pluuius, aut frigidus status cœli est, aut ager pinguis, aut campestris, & vliginosa planicies. rursus autumno si sicca, si calida est aeris qualitas, si exilis, atq; aridus campus, si macer, præruptusue collis. vernęq; positionis dies ferè quadraginta sunt ab idib⁹ februarijs vsq; in æquinoctium. rursus autumnalis ab idibus Octob. in Cal. Decembres. Sationis autem duo genera malleoli, vel viuiradicis, quod vtrūq; ab agricolis vsurpatur, & in prouincijs magis malleoli. neq; n. seminarijs student, nec vsum habent faciendæ viuiradicis. hanc sationem cultores Italiæ pleriq; iure improbauerunt, cum plurimis dotibus præstet viuiradix. nam minus interit, cum & calorem, & frigus, & cæteras tempestates propter firmitatem facilius sustineat, deinde adolescit maturius, ex quo euenit, vt celerius quoq; sit tempestiua edendis fructibus, tum etiam nihil dubiū est sæpius translatū. potest tamen malleolus protinus in vicem viuiradicis conseri soluta, & facili terra, cæterum densa, & grauis vtiq; vitem desyderat.

## Meliorē esse positionē pastinato solo, q̄ nouali. Ca. XV.

SERITVR ergo prius in emundata, inoccataq;, & æquata pastinatione, macro solo quinis pedibus inter ordines omissis, mediocri, senis, in pingui vero septenū pedum spatia danda sunt, quo largiora vacent interualla, per quæ frequentes, prolixæq; materiæ diffundantur. hæc in quincuncem vinearum metatio expeditissima ratione conficitur. quippe linea per totidem pedes, quot destinaueris interordiniorū spatijs purpura, vel quolibet alio cōspicuo colore insuitur. eaq; sic denotata per repastinatum intenditur, & iuxta purpuram calamus defigitur. atq; ita paribus spatijs ordines diriguntur. quod dein



de cū est factū, fossor insequitur, scrobēq; alternis omissis per ordinem spatijs à calamo ad proximum calamū non minus altū q̄ duos pedes & semissem planis locis re fodit, accliuibus in dupōdium & dodrantem, præcipitibus etiam in tres pedes. in hanc mensuram scrobibus depressis viuiradices ita deponūtur, vt à media scrobe singulæ & in diuersum sternantur, & contrarijs frondibus fossarum ad calamos erigantur. Satoris aūt officiū est primum q̄ recentissimam, & si fieri possit, eodē momento, quo serere velit, de seminario transferre plantam diligenter exemptā & integrā. deinde eā velut veteranā vitem totā exputare, & ad vnā materiā firmissimā redigere, nodosq;, et cicatrices alleuare. si quę etiā radices (quod maxime cauendū est, ne fiat in eximendo) laboraverint, eas amputare, sic deinde curuatā deponere, ne duarū vitiū radices īplicētur. id enī vitare facile est p̄ imū solū iuxta diuersa latera fossarū dispositis paucis lapidibus, qui singuli non excedant quinq; librale pondus. Hi videntur (vt Mago prodit) & aquas hyemis, et vapores æstatis propulsare radicibus. quē secutus Vergilius tutari semina, & muniri sic præcipit, aut lapidem bibulū, aut squalentes infode conchas. & paulo post. Iamq; reperti

Qui saxo super, atq; ingentis pondere testæ
Vrgerent. hoc effusos munimen ad imbres,
Hoc vbi hiulca siti findit canis æstifer arua.

idemq; pœnus author probat vinacea permista stercori depositis seminibus in scrobem vires mouere, quod illa prouocent, & eliciant nouas radiculas. hoc per hyemem frigentem, & humidam scrobibus inferre calorem tempestiuum, ac per æstatem virentibus alimentum, & humorem præbere. Si vero solum, cui vitis committitur, videtur exile, longius accersitam pinguem humum scrobibus inferre censet. quod an expediat, regionis annona, operarumq; ratio nos docebit.

## Quæ mensura pastinādi soli abunde sit uineis. Ca. XVI.

EXIGVE humidum pastinatum sationi conuenit, melius tamen vel arido, quàm lutoso semen comittitur. idq; cum supra summam scrobem compluribus interno dijs productum est, quod de cacumine supereſt, duabus gemmis tantum supra terram relictis amputatur, & ingesta humo scrobis cõpletur. Coæquato, deinceps pastinato malleolus ordinarijs vitibus interserendus est. eũq; sat erit medio spatio, quod vacat inter vites per imam lineam depangere. Sic enim melius & ipse conualescet, & ordinarijs seminibus modice vacuum solum ad culturã prębebit iter. in eadem deinde linea, in qua viuit radix obtinebit ordinem suum, præsidij causa quorum ex numero propagare possit in locũ demortuæ vitis, quinq; malleoli pangendi sunt, per spatium pedis, isq; pes à medio interordinio sumitur, vt ab vtraq; parte paribus interuallis distent. tali cõsitioni Iulius Atticus abunde putat esse malleolorũ sexdecĩ millia. Nos tamen plus quatuor millib⁹ conferimus, quia negligẽtia cultorũ magna pars deperit, & interitu seminũ cætera, quę virent, rarescunt.

## *Quẽadmodũ, & quo tẽpore uitis serenda sit.* Ca. XVII.

DE positione surculi non minima disputatio fuit inter authores. quidã totum flagellum sicut erat matri detractum crediderunt sationi conuenire. idq; per gemmas quinas, vel etiam senas partiti complures talcolas terræ mandauerunt. Quod ego minime probo, magisq; assentior his authoribus, qui negauerunt esse idoneam frugibus superiorem partem materiæ, solamq; eam, quæ est iuncta cum vetere sarmento, probauerunt. Cęterum omnem sagittam repudiauerunt. Sagittam rustici vocant nouissimam partem surculi, siue quia longius recessit à matre, & quasi emicuit, atq; prosiluit, seu quia cacumine attenuata prædicti teli speciem gerit. Hanc ergo prudentissimi agricolæ negauerunt conseri debere, nec tamen sententiæ suæ rationẽ nobis prodiderunt, videlicet quæ ipsis in re rustica multum callentibus prompta erat, &

sagitta.



ante oculos penè exposita. omnis enim fœcundus palmes intra quintam, aut sextam gemmam fructu exuberat. reliqua parte quamuis longissima vel cessat, vel perexiguos ostendit racemos. quam ob causam sterilitas cacuminis iure ab antiquis incusata est. Malleolus autẽ sic ab ijsdem pangebatur, vt nouello sarmento pars aliqua veteris hæreret. sed hanc positionem damnauit vsus. nã quicquid ex vetere materia relictum erat, depressum, atq; obrutum celeriter humore putrescebat proximasq; radices teneras, & vix dum prorumpentes vitio suo enecabat. quod cũ accidisset, superior pars seminis retorrescebat. Mox Iulius Atticus, & Cornelius Celsus ætatis nostræ celeberrimi authores patrem, atque filium Sasernam secuti, quicquid residui fuit ex vetere palma per ipsam commissuram, qua nascitur materia noua, resecuerunt, atque ita cum suo capitulo sarmentum depressserunt.

pastinum

## *Quæ obseruare debet, qui uitem ponit.* Cap. XVIII.

SED Iulius Atticus prętorto capite, & recuruato, ne pastinum effugiat, prædictum semen demersit. Pastinũ vocant agricolæ ferramentum bifurcum, quo semina panguntur. vnde etiam repastinatæ dictæ fuere vineæ veteres, quæ refodiebantur. hæc enim propria appellatio restibilis vineti erat. nunc antiquitatis imprudens consuetudo quicquid emoti soli vineis prępraratur, repastinatũ vocat. sed redeamus ad propositum, vitiosa est (vt mea fert opinio) Iulij Attici satio, quæ cõfortis capitibus malleolum recipit. eiusq; rei vitandæ non vna ratio est. Primũ, quod nulla stirps ante quàm deponatur, vexata, & infracta melius prouenit, quàm quę integra, et inuiolata sine iniuria deposita est. deinde quicquid recuruum, & sursum versus spectans, demersum est. cum tempestiuũ eximitur, in modum hami repugnat obluctanti fossori. & velut vncus infixus solo ante quàm extrahatur, prærumpitur. nam fragilis est ea parte materia, qua torta,

& recuruata cum deponeretur, cœperat vitium, propter quod perfractam maiorem partem radicũ amittit. Sed vt incommoda ista prætream, certe illud, quod est inimicissimum, dissimulare nequeo. nã paulo ante cum de summa parte sarmenti disputarem, quã sagittã dixeram vocitari, colligebã fore intra quintã, vel sextã gemmã, quæ sint proximę veteri sarmento fructus medij. Hanc ergo fœcundã partem consumit, qui contorquet malleolum, quoniã & ea pars, quæ duplicatur, tres gemmas, vel quatuor obtinet, & reliqui duo, vel tres fructuarij oculi penitus in terrã deprimantur, mersiq; non materias, sed radices creant. ita euenit, vt quod in saliẽto conserendo vitaueramus, id sequamur in eiusmodi malleolo, quẽ necesse est facere longiorem, si volumus detortum depangere. nec dubium, quin gemmæ cacumini proximæ, quæ sunt infœcundæ, in eo reliquãtur, ex quibus pampini pullulant vel steriles, vel certe minus feraces, quos rustici vocant racemarios. quid quod plurimũ interest, vt malleolus, qui deponitur ea parte, qua est à matre decisus, coalescat, et celeriter cicatricem ducat. nã si id factum non est, velut per fistulã, ita per apertã vitis medullã nimius humor trahitur, idemq; truncũ cauat. vnde formicis, alijsq; animalibus, quæ putrefaciunt crura vitium, latebræ præbentur. hoc autem euenit retortis seminibus, cum enim per exemptionem imæ partes eorum perfractæ sunt, apertæ medullæ deponuntur, atq; irrepentibus aquis, præ dictisq; animalibus celeriter senescunt, quare pangendi optima est ratio recti malleoli, cuius imum caput, cum consertũ est bifurco pastini, angustis faucibus ferramenti facile continetur, ac deprimitur. idq; sarmentum sic de pressum citius coalescit. Nam & radices è capite, qua recisum est, æque mittit. quæ cum excreuerunt, cicatricem obducunt, & alioquin plaga ipsa deorsum spectans non tantum recipit humorem, quantum illa, quæ reflexa, & resupina more infundibuli per medullã transmittit quicquid aquarum cœlestium superfluit.



*Quàm longus debet esse malleolus.* Cap. XIX.

LONGITVDO, quæ debeat esse malleoli, parũ certa est, quoniam siue crebras gemmas habet, breuior faciendus est, seu raras longior, attamẽ nec maior pede, nec dodrante minor esse debet. hic ne p summa terrę sitiat æstatibus, ille ne depressus altius cũ adoleuerit, exemptionẽ difficilẽ præbeat. sed hæc in plano. nã in cliuosis, vbi terra decurrit, potest palmipedalis deponi. Vallis & vligi nosi campi situ serimus etiã trigemmẽ, qui est paulo minor dodrante, longior vtiq; semipede. isq; nõ ab eo trigemmis dictus est, quod omnino triũ oculorũ est, cũ ferè circa plagã, qua matri absciſſus est. plenus sit gemmarũ, sed quod his exceptis, quibus est frequẽs in ipso capite, tres deinceps articulos, totidẽq; gemmas habet. super cætera illud quoq; siue malleolũ, siue viuiradicẽ serentẽ prẽmoneo, ne semina exarescãt, immodicũ ventũ, solẽq; vitare, qui vterq; nõ incommode arcetur obiectu vestis, aut cuiuslibet densi tegminis. Veruntamẽ prẽstat eligere sationi silentis vel certe placidi spũs diẽ. nã sol vmbraculis facile depellitur. sed illud etiã, qđ nondũ tradidimus, ante q̃ disputationi clausulã imponamus, dicendũ est, an pluriũ generũ vites habendæ sint, cæq; separatæ, & distinctæ specialiter, an confusæ, & mistę cateruatim. prius disseremus de eo, quod primũ proposuimus.

*Quot genera vitium ponenda sint.* Cap. XX.

PRVDENTIS igitur agricolæ est vitem, quã præcipue probauerit, nulla interueniente alterius notæ stirpe conserere, numerũq; quammaximũ eius semper augere. sed prouidentis est, diuersa quoq; genera deponere. neq; enĩ vnquã sic mitis, ac temperatus est annus, vt nullo incommodo vexet aliquod vitis genus, siue enĩ siccus est, id, quod humore proficit, contristatur, seu pluuius, quod siccitatibus gaudet, seu frigidus, & pruinosus, quod non est patiẽs vredinis, seu feruẽs, quod vaporẽ nõ sustinet. Ac ne nũc mille tempestatũ iniurias persequar, semper

Universidad de Deusto
Biblioteca



est aliquid, qđ vineas offendat. igitur si vnũ genus seuerimus, cũ id acciderit, quod ei noxium est, tota vindemia priuabimur, neq; enĩ vllũ erit subsidiũ, cui diuersarũ notarũ stirpes non fuerint. at si varij generis vineta feceri-mus, aliquid ex ijs inuiolatũ erit, quod fructũ perferat. nec tñ ea causa nos debet compellere ad multas vitiũ varietates, sed quod iudicauerimus eximiũ genus, id quantę multitudinis possumus, efficiamus. quod deinde proximũ à primo, tũ quod est tertiæ notæ, vel quartę, quodq; eatenus velut lectarũ quoddã contenti simus tetartæo, satis est enĩ per quatuor, vel summũ quinq; genera vindemiæ fortunã opperiri. de altero, quod mox proposuerã, nihil dubito, quin per species digerendæ vites, deponendæq; sint in proprios hortos semitis, ac decumanis distinguendæ. nec quod ipse potueram à meis familiaribus obtinere, vt ante me quisquã eorũ, qui quammaxime id probauerit, effecerit. Est enĩ oĩm rusticorũ operũ difficillimũ, quia & summã diligentiã legendis defyderat seminibus, & nonnihil discernendis, in quo maxima plerunq; felicitate, & prudentia opus est. sed interdum (quod ait diuinus author Plato) rei nos pulchritudo trahit, vel ea consectandi, quæ propter infirmitatem commortalis naturę consequi nequeamus. Istud tamẽ si ætas suppetat, & scientia, facultasq; cum voluntate congruant, non ægerrime perficiemus, quamuis non omnino minimo ætatis spatio perseuerandum sit, vt magnus numerus per aliquot annos discernatur. neq; enim omne tempus permittit eius rei iudicium. nam vites, quæ propter similitudinem coloris, aut trunci, flagellorũmue dignosci nequeunt, maturo fructu, foliisq; declarantur, quam tamen diligentiam nisi per ipsum patrẽmfamilias exhiberi possenon affirmauerim. nam credidisse villico, vel etiam vinitori secordis est, cum quod longe sit facilius, adhuc me perpaucissimis agricolis contigerit, vt nigri vini stirpe careant, quamuis color vuæ possit vel ab imprudentissimo deprehendi.



*Vtrum distinctis generibus vitium horti conserendi sint.* Cap. XXI.

ILLA tamen vna mihi ratio suppetit, celerrime quod proposuimus efficiendi, si sint veteranæ vineæ, vt separatorũ surculorũ cuiusq; generis singulos hortos inseramus, sic paucis annis multa nos millia malleolorũ ex insitis percepturos. atq; ita discreta semina per regiones cõsituros. nihil dubito. eius porrò faciendæ rei nos vtilitas multis de causis compellere potest. & vt à leuioribus incipiã, primũ quod ad oẽm rationẽ vitæ nõ solũ agricolationis, sed cuiusq; disciplinæ, prudentẽ delectant impensius ea, quæ propriis generibus distinguntur, q̃ quæ passim velut abiecta, & quodã aceruo confusa sunt. Deinde quod vel alienissimus rusticæ vitæ, si in agrũ tempestiue consitũ veniat, summa cũ voluptate naturæ benignitatẽ miretur, cũ istinc bituricæ fructibus opimæ, hinc pares ijs hæluolæ respondent. illinc arcellæ, rursus illinc spioniæ, bãsilicæque conueniãt, quibus alma tellus annua vice (velut æterno quodam puerperio) læta, mortalibus distenta musto demittit vbera. inter quæ fauente libero fœtis palmitibus, vel generis albi, vel flauentis, ac rutili, vel purpureo nitore micantis, vndiq; versicoloribus pomis grauidus collucet autumnus. sed hæc quamuis plurimũ delectẽt, vtilitas tamẽ vincit voluptatẽ. Nã & paterfamilias libentius ad spectaculũ rei suæ quanto est ea luculentior descendit. & quod de sacro numine poeta dicit:

Et quocunq; deus circum caput egit honestum.

Verũ quocunq; dñi præsentis oculi frequenter accessere in ea parte maiorẽ in modũ fructus exuberat. Sed omitto illud, quod in descriptis etiã vitibus contingere potest illa, quæ sunt maxime spectanda, persequar. Diuersæ notæ stirpes nec pariter defloresçunt, nec ad maturitatem simul perueniunt. Quam ob causam, qui separata generibus vineta non habet, patiatur alterum incommodum necesse est, vt aut serum fructũ cũ præcoque eleuet,

Universidade de Lisboa Biblioteca



quæ res mox acorẽ facit, aut si maturitatẽ serotini expectet, amittat vindemiã præcoquẽ, quæ plerũq; populationibus volucrum, pluuijsq;, aut ventis lacessita dilabitur. Si vero interiectibus capere cuiusq; generis fructũ aueat primũ necesse est, vt vindemiatorũ aleã subeat, neq; enĩ singulis totidẽ antistites dare potest, qui obseruẽt, quiq; præcipiãt, ne acerbę vuę cũ maturis demetantur. deinde etiã quarũ vitiũ maturitas competit, cum diuersæ notæ sint, melioris gustus ab deteriore corrũpitur, confususq; in vnũ multarum sapor, vetustatis impatiẽs fit. atq; ideo necessitas cogit agricolã musti annonã expedire, cũ plurimũ pretio accedat, si venditio vel in annũ, vel in æstatẽ certe differri possit. Iam illa generũ separatio summã commoditatẽ habet, quod vinitor suã cuiq; facilius putationẽ reddet, cũ scit cuius notæ sit hortus, quẽ deputet. id q; in vineis non consemineis obseruari difficile est, quia maior pars putationis per id tempus administratur, quo vitis neq; foliũ notabile gerit, ac multũ interest plurésne an pauciores materias pro natura cuiusq; stirpis vinitor summittat, prolixisue flagellis incitet, an angusta putatione vitẽ coerceat. Quin etiã quã cœli partẽ spectat genus quodq; vineti plurimũ refert, neq; enĩ omni calido statu, nec rursus frigido lætatur, sed est proprietas in surculis, vt alij meridiano axe conualescãt, quia rigore vitiantur. alij septentrionẽ desyderent, quia contristentur æstu, quidã temperamento lætentur orientis, vel occidẽtis. Has differentias seruat pro situ, & positione locorũ, qui genera per hortos separat. Illã quoq; non exiguã sequitur vtilitatẽ, quod & laborẽ vindemiæ minorẽ patitur, & sumptũ. Nã et quę matuescere incipiũt, tempestiue leguntur, & quæ nondũ maturitatẽ ceperũt vuæ, sine dispendio differuntur. Nec pariter vetus, atq; tempestiuus fructus præcipitat vindemiã, cogitq; plureis operas quantocũq; pretio conducere. Iã & illud magnæ dotis est posse gustũ cuiusq; generis nõ mistũ, sed vere merũ condere, ac separatim reponere siue est ille biturícus, seu



basilicus, seu spionicus. quæ genera cum sic diuisa sunt, quia nihil interuenit diuersæ naturæ, quod repugnet, potus tamen nobilitantur, neq; enim post annos quindecim, vel paulo plures deprehendi potest ignobilitas in gustu, quoniam ferè omne vinum post id tempus eam qualitatem sortitur, vt vetustate acquirat bonitatem. Quare, vt dicere instituimus, vtilissima est generũ dispositio, quam si tamen obtinere non possis, secunda est ratio, vt diuersæ notæ non alias cõseras vites, quàm quæ saporem consimilem, fructumq; maturitatis eiusdem præbeant. Potes iam (si te cura pomorum tangit) vltimis ordinibus in ea vineti fine, quæ subiacet septentrionibus, ne cum increuerint, obumbrent, cacumina ficorum, pyrorumue, & malorum depangere, quæ vel inseras interposito biennij spatio, vel, si generosa sint, adulta transeras. Hæc de positione vinearum Superest pars antiquissima, vt præcipiamus etiam cultus earum, de quibus sequenti volumine pluribus differemus.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER QVARTVS.

*Contra opinionem Attici, & Celsi non esse satis altos scrobes bipedaneos uineaticis seminibus.* Cap. I.

CVM DE VINEIS conserendis librum à me scriptum Publi Siluine compluribus agricolationis studiosis relegisses, quosdam repertos esse ais, qui cætera quidem nostra præcepta laudassent, vnũ tamen, atq; alterum reprehendissent, quippe seminibus vineaticis nimium me profundos censuisse fieri scrobes adiecto dodrante super altitudinem bipedaneã, quã Celsus, & Atticus prodiderãt, singulasq; viuiradices singu

Universidad de Sevilla Biblioteca



lis adminiculis parũ prudenter contribuisse, cum permi serint ijdem illi authores minore sumptu gemmis diu ctis duo cõtinua per ordinẽ vestire pedamẽta, quæ vtra q; ambiguã magis habent æstimationem, q̃ verã. Etenĩ (vt quod prius proposui, prius refellã) si contenti bipe danea scrobe futuri sumus, quid ita censemus altius pa stinare tam humili mensura vitem posituri? Dicet ali quis, vt sit inferior tenera subiacens terra, quæ non ar ceat, nec duritie sua repellat nouas irrepentes radiculas. Istud quidem cõtingere potest etiam si ager bipalio mo ueatur, & deprimantur semina in regesto, quod est fer mẽtatũ, plus dupondio semisse. nam semper in plano re fusius egesta humus tumidior est, q̃ gradus soli crudi. nec sanè positio seminũ sibi altũ cubile substerni desyderat. Verum abunde est semipedaneam consitis resolutam vi tibus terram subijcere, quæ velut hospitali, atq; etiã ma terno sinu recipiat incrementa virentium. Exemplum eius rei capiamus in arbusto, vbi cum scrobes defodim⁹, admodũ exigui puluerisviuiradici subijcimus. Verior igitur causa est depressius pastinandi, quoniam iugata vi neta melius consurgunt altioribus demissa scrobib⁹, nã bipedanei vix etiam prouincialibus agricolis approbari possunt, apud quos humili statu vitis plerunq; iuxta ter rã coercetur. Cumq; iugo destinatur, altiore fundamen to stabilienda sit, & si modo scandit excelsius, plus ali menti, terræq; desyderat. Et ideo in maritandis arbori bus nemo minorem bipedanea scrobem vitibus com parat. Cæterum illa parum prosunt agricolarum studio præcipua commoda humilis positionis, quod et celeriter adolescant semina, quæ non fatigantur multo soli pres sa pondere, fiantq; vberiora, quę leuiter suspensa sunt. Nam vtraq; ista Iulij Attici ratio conuincitur exemplo arbustiuæ positionis, quæ scilicet multo validiorem, fer tilioremq; stirpem reddit, quod non facerent, si non la borarent altius demersa semina. Quid quod repastina ta humus, dum est recẽs soluta, laxaq; velut fermento



quodam intumescit? cũ deinde non longissimã cepit ve tustatẽ, condensata subsidit, ac velut innatantes radices vitium summo solo destituit? Hoc aũt minus accidit nostræ sationi, in qua maiore mensura vitis demittitur. Nã quod in profundo semina frigore laborare dicuntur nos quoq; non diffitemur. Sed non est dupondij. & do drantis altitudo, quæ istud efficere possit, cũ præsertim, quod paulo ante retulimus, depressior arbustiuæ vitis sa tio tamen effugiat prædictũ incommodũ.

*Non oportere unius uiuiradicis duos palos uestire, sed singula semina singulis adminiculis esse contri buenda.* Cap. II.

ALTERVM illud, quod minori impensa duos pa los vnius seminis flagellis censent maritari, falsum est. Si ue enim caput ipsum demortuum est, duo viduantur sta tumina, & mox viuiradices totidem substituendæ sunt, quæ numero suo rationem cultoris onerant. Siue viuit, & vt sæpe venit vel nigri est generis, vel parum fertilis, non in vno, sed in pluribus pedamentis fructus claudicat quanquam etiã generosæ stirpis vitẽ sic in duos palos diuisam rerum rusticarum prudentiores existimant mi nus fertilẽ fore, quia cratẽ factura sit. Et iccirco veteres vineas mergis propagare potius, q̃ totas sternere idem ipse Atticus præcipit, quod mergi mox facile radicãtur, ita vt quæq; vitis suis radicibus tanquã proprijs funda mentis innitatur. Hæc autem, quæ toto prostrata corpo re cum inferius solum quasi cancellauit, atque irretiuit, cratem facit, & pluribus radicibus inter se connexis an gitur, nec aliter quàm si multis palmitibus grauata de ficit. Quare per omnia prætulerim duobus potius se minibus depositis, quàm vnico periclitari, nec id velut compendium consectari, quod in vtranque partem longe maius afferre possit dispendium. Sed iam prio ris libri disputatio repetit à nobis promissum sequentis exordium.

## Nouam consitionem uineæ, nisi magna, & assidua cultura adiuuetur celeriter interire. Cap. III.

IN omni genere impensarum (sicut ait Græcinus) pleriq; noua opera fortius auspicantur, quàm tuentur perfecta. Nã quidã, vt inquit, ab incohato domos extruunt, nec perædificatis cultum adhibent. Nonnulli strenue fabricant nauigia, nec consumata perinde instruunt armamentis, ministrisq;, quosdã emacitas in armẽtis, quosdã exercet in comparãdis mancipijs, sed ijsdẽ tuendis nulla cura tangit. Multi etiam beneficia, quæ in amicos contulerunt, leuitate destruunt. Ac ne ista Siluine miremur, liberos suos nonnulli nuptijs, votisq; quæsitos auare nutriunt, nec disciplinis, aut cæteris corporis excolunt instrumentis. Quid ijs colligitur, scilicet plerunq; simili genere peccari etiã ab agricolis, qui pulcherrime positas vineas ante quàm pubescãt, varijs ex causis destituũt. Alij sumptũ annuũ refugientes, & hunc primũ reditũ certissimum existimantes impendere nihil, quasi planè fuerit necesse vineas facere, quas mox auaritia desererent. Nõnulli magna potius, q̃ culta vineta possidere pulchrum esse ducunt. Cognoui iam plurimos, qui persuasum habe rent, agrũm bonis, ac malis rationibus colendũ. At ego, cum omne genus ruris, nisi diligenti cura, sciteq; exercetur, fructuosum esse non posse iudicem, tum vel maxime vineas. Res enim est tenera, infirma, iniuriæ maxime impatiens, quæ plerunq; nimio labore, & vbertate consumitur. peritq; si modum non adhibeas, fœcunditate sua. Cum tamen aliquatenus se confirmauit, & veluti iuuenile robur accepit, negligentiam sustinet. Nouella vero, dum adolescit, nisi omnia iusta perceperit, ad vltimam redigitur maciem, & sic intabescit, vt nullis deinceps impensis recreari possit. Igitur summa cura ponenda sunt quasi fundamenta, & vt membra infantiũ à primo statim die consitionis formãda, quod nisi fecerimus omnis impensa incassum recidat, nec prætermissa cuiusq; rei tempestiuitas reuocari queat. Experto mihi crede Siluine bene positam vineam, bonique generis, & bono cultore nunquàm non cum magno fœnore gratiam reddidisse. idq; non solum ratione, sed etiam exemplo nobis idẽ Græcinus declarat eo libro, quem de vineis scripsit, cum refert ex patre suo sæpe se audire solitum Parium quendam veterensem vicinũ suum duas filias, & vineis consitum habuisse fundum, cuius partem tertiã nubenti maiori filiæ dedisse in dotẽ, ac nihilo minus æque magnos fructus ex duabus partibus eiusdem fundi percipere solitum. Minorem deinde filiam nuptui collocasse in dimidia parte reliqui agri. nec sic ex pristino reditu detraxisse. Quo quid cõijcit? nisi melius scilicet postea cultã esse tertiã illam fundi partem, q̃ antea vniuersam.



## Prosterni uitem in scrobem, & recuruatam usq; ab imo solo rectam calamo applicari oportere. Ca. IIII.

ET nos igitur Publi Siluine magno animo vineas ponamus, ac maiore studio colamus. quarum consitionis sola illa commodissima ratio est, quã priore tradidimus exordio, vt facta in pastinato scrobe, tota vitis à media ferè parte sulci prosternatur, & ad frontem eius ab imo vsq; recta materies erigatur, calamoq; applicetur, id enim præcipue obseruandum est, ne similis sit alueo scrobis: sed vt expressis angulis velut ad perpendiculum frontes eius dirigantur. nam vitis supina, & velut recumbens in alueo deposita, posteaquam ablaqueatur vulneribus obnoxia est. Nam dum exaltare fortius orbem ablaqueationis fossor studet, obliquam vitem plerunq; sauciat, & nonnunquam præcidit. Meminerimus ergo vsq; ab imo scrobis solo rectũ adminiculo sarmentũ applicare, & ita in summũ perducere. Tũ cætera, vt priore libro præcepimus, ac deinde duabus gẽmis super extantibus terrã coequare. Deinde malleolo interordines posito crebris fossionibus pastinatũ resoluere, atq; in puluerẽ redigere. Sic enim malleoli, & viuiradices, & reliqua semina,

Consitio v.

quæ deposuerimus, conualescent, si mollis, ac tenera humus nullis herbis irrepentibus humorem stirpibus præbuerit, nec duritia soli nouellas adhuc plantas velut arcto vinculo compresserit.

*A consitione omnibus mensibus fodiendum, & curandum, ne herbæ nascantur.* Cap. V.

NVMERVS autem vertendi soli bidentibus (vt verum fatear) definiendus non est, cum quanto crebrior sit, plus prodesse fossionem conueniat. Sed quoniam impensarum ratio modum postulat, satis plerisq; visum est, ex Calēdis Martijs vsq; in Octobres, trigesimo quoque die nouella vineta confodere, omnesq; herbas, & præcipue gramina extirpare, quæ nisi manu eliguntur, & in summum reijciuntur, quantulacunq; parte adobruta sunt, reuiuiscunt, & vitiū semina ita perurunt, vt scabra, atq; retorrida efficiant.

*De pāpinatiōe malleolis, et uiuiradicibus faciēda. Ca. VI.*

EA porrò siue malleolo, seu viuiradice deposuimus, optimum est ab initio sic formare, vt frequenti pampinatione superuacua detrahantur. nec patiamur plusquā in vnam materiam vires, & omne alimentum conferre, primo tamen bini pāpini summittuntur, vt sit alter subsidio, si alter forte deciderit. Cum deinde paulū indurescere virgæ, tum deteriores singulę detrahuntur. Ac ne quę relictę sunt, procellis ventorum decutiantur, molli, & laxo vinculo adsurgentes subsequi conueniet, dum clauiculis suis quasi quibusdam manibus adminicula comprehendant. Hoc si operarū penuria facere prohibet in malleolo, quem et ipsum pampinare censemus. at certe in ordinarijs vitibus vtiq; obtinendum est, ne pluribus flagellis emacientur, nisi si propaginibus futuris prospiciemus. Sed vt singulis materijs seruiant, quarū incrementa eligere debebimus, applicato longiore adminiculo, p qđ prorepant in tantū, vt sequētis anni iugū exuperēt,



& in fructū curuari possint. Ad quā mensurā cū increuerint cacumina infringenda sunt, vt potius crassitudine conualescant, q̄ superuacua longitudine attenuentur. Idē tn̄ sarmentū, quod in materiā submittimus, ab imo vsq; in tres pedes, & semissem pāpinabimus, & oēs eius intra id spatiū nepotes enatos sæpius decerpemus. Quicquid deinde supra germinauerit, intactū relinqui oportebit. magis enī conueniet proximo autumno falce deputari superiorem partē. q̄ æstiuo tempore pampinari, quoniā ex eo loco, vnde nepotē ademeris, confestim alterū fundit, quo enato, nullus relinquitur oculus in ipsa materia, qui sequenti anno cū fructu germinet.

*Tempestiuam esse pampinationem, qua digito palmites deijciuntur.* Cap. VII.

OMNIS aūt pampinationis ea est tēpestiuitas, dū adeo teneri palmites sunt, vt leui tactu digiti decutiantur. Nā si vehementius indurierint, aut maiore nisu conuellendi sunt, aut falce deputandi, q̄ vtrunq; vitandū est. alterum quia lacerat matrem, si reuellere coneris. alterū quia sauciat, quod in viridi, & adhuc stirpe immatura fieri noxiū est. neq; enim eatenus plaga consistit, qua vestigiū fecit acies, sed æstiuis caloribus falce vulnus penitus impressum, latius inarescit ita, vt non minimā partem de ipso matris corpore enecet. Atq; ideo si iam caulibus duris falcem adhibere necesse est, ij paululū ab ipsa matre recidendi, & velut reseces relinquendi sunt, qui caloris excipiāt iniuriā, eatenus qua nascuntur à latere palmitis. Vltra enim non serpit vaporis violentia. In malleolo similis ratio est pampinandi, & in longitudinē eliciendi materiam, si eo velimus adminiculo vti, quod ego sępe feci. sed si propositum est vtiq; recidere, vt bino potius vtamur, cum ad vnum pampinum iam redegeris, & ipse excesserit pedalem longitudinē decacuminare conueniet, vt in ceruicem potius confirmetur, & sit robustior. Atq; hæc positorum seminum prima cultura est.

## Per autumnum ablaqueandam esse uineam. Cap. VIII.

SEQVENS deinde tempus (vt prodidit Celsus, & Atticus, quos in re rustica maxime nostra ætas probauit) ampliorem curam deposcit. nã post Idus Octobris priusquam frigora inuadant, vitis ablaqueanda est. quod opus adopertas ostendit æstiuas radiculas, easq; prudẽs agricola ferro decidit. Nam si passus est conualescere, inferiores deficiunt, atq; euenit, vt vinea summa parte terreni radices agat, quę & frigore infestentur, & caloribus maiorem in modum æstuent, ac vehementer sitire matrem in ortu caniculæ cogant. Quare quicquid intra sesquipedem natum est, cũ ablaqueaueris recidendum est. Sed huius non eadem ratio est, quæ amputandi, quæ traditur in superiori parte vitis. Nam minime adleuanda plaga est, minimeq; applicandum ferramentum ipsi matri, quoniam si iuxta truncum radicem pręcideris, aut excicatrice plures enascentur, aut hyemalis, quæ ex pluuijs consistit in lacusculis ablaqueationis aqua brumæ congelationibus noua vulnera peruret, & ad medullam penetrabit, quod ne fiat, recidere ab ipso codice instar vnius digiti spatio conueniet, atque ita radiculas præcidere, quæ sic ademptæ non amplius pullulant, & à cætera noxa truncum defendunt. Hoc opere consumato, si est hyemis in ea regione placida, patens vitis relinquẽda est, sin violentior, id facere nos prohibet, ante Idus Decembris prædicti lacusculi æquandi sunt. Si vero etiam prægelida frigora regionis eius suspecta erunt, aliquid fimi, vel, si est commodius, columbini stercoris, aut in hunc vsum prępparatę veteris vrinę senos sestarios, ante quàm vitem adobruas, radicibus superfundes. Sed ablaqueare omnibus autumnis oportebit primo quinquennio, dũ vitis conualescat. vbi vero truncus adoleuerit, ferè triennio intermittendus est eius operis labor. Nam et minus ferro crura vitium læduntur, nec tam celeriter radiculæ in veterato iam codice enascuntur.



## Quemadmodum ablaqueata uinea putetur. Cap. IX.

ABLAQVEATIONEM deinde sequitur talis putatio, vt ex præcepto veterum authorum vitis ad vnam virgulam reuocetur, eaq; recidatur duabus gemmis iuxta terram relictis. Quæ putatio non debet secundum articulum fieri, ne reformidet oculus, sed medio ferè internodio ea plaga obliqua falce fit, ne si transuersa fuerit cicatrix, cœlestem superincidentem aquam contineat. Sed nec ad eam partem, quæ est gemma, verum ad posteriorem declinatur, vt in terrã potius deuexa, quàm in germen delachrymet. Namq; defluens humor cæcat oculum, nec patitur frondescere.

## Quod sit optimum tempus putandi. Cap. X.

PVTANDI autem duo sunt tempora, melius autẽ (vt ait Mago) vernum, ante quàm surculus progerminet, quoniam humoris plenus facilem plagam, et leuem, & æqualem accipit, nec falci repugnat. Hunc autem secuti sunt Celsus, & Atticus. Nobis neq; angusta putatione coercenda semina videntur, nisi si admodum inualida sunt, neq; vtiq; verno recidenda. Sed primo quidem anno, quo sunt posita, frequentibus fossionibus, omnibus mensibus dum frondent, ac pampinationibus adiuuanda sunt, vt robur accipiant. Nec plus quàm vni materiæ seruiant, quam vt educauerint autumno, vel vere, si magis comperit, abradenda, & nepotibus, quos pampinator in superiore parte omiserat, liberanda censemus, atq; ita in iugum imponenda. Ea enim leuis, & recta sine cicatrice vinea est, quæ se primi anni flagello supra iugũ extulit. Quod tamen apud paucos agricolas, & raro cõtingit. Ideoq; prædicti authores primitias vitis resecare, censuerunt. Sed nec vtiq; verno oĩbus regionibus melior putatio est. nam vbi cœlum frigidum est, ea sine dubio eligenda est. Vbi vero aprica loca sunt, mollesq; hyemes, optima, & maxime naturalis est autumnalis, quo

tempore diuina quadam lege, & æterna fructum cum fronde stirpes deponunt.

## Quomodo malleolus resecandus sit. Cap. XI.

HOC facere siue viuiradicem, siue malleolum conseueris, censeo. nã illam veterem opinionem damnauit vsus, non esse ferro tangendos anniculos malleolos, quod aciem reformident. quod frustra Vergilius, & Saserna. Stolonesq; & Catones timuerunt, qui non solum in eo errabant, quod primi anni capillamenta seminum intacta patiebantur, sed & post biennũ cum viuiradix recidenda erat, oẽm superficiem amputabant solo tenus iuxta ipsum articulum, vt è duro pullularet. nos autem magister artium docuit vsus primi anni malleolorum formare incrementa, nec pati vitem superuacuis frondibus luxuriantem sylvescere. nec rursus in tantũ coercere, quantum antiqui præcipiebant, vt totam superficiem amputemus. nam id quidem maxime cõtrarium est. Primum quod cum ad terram decideris, semina (velut intolerabili affecta vulnere) pleraq; intereunt, & nonnulla etiam, quæ pertinaciter vixerũt, minus fœcundas materias afferunt. siquidẽ è duro quę pullulant oĩm confessione, pampinaria sępissime fructu carent. Media igitur ratio sequẽda est, vt neq; solo tenus malleolũ recidamus, nec rursus in longiorẽ materiã prouocemus. sed annotato superioris anni pollice supra ipsam cõmissurã veteris sarmenti vnã, vel duas gemmas reliquemus, ex quibus germinet.

## Quẽadmodũ pedãda sit uinea, & de canterio. Cap. XII.

PVTATIONEM sequitur iam pedandæ vineæ cura. verum hic annus non dum vehementem palum, aut ridicam desyderat. notatum est enim à me plerunq; teneram vineam melius adminiculo modico, quàm vehementi palo adquiescere. itaq; aut veteres (ne nouę radicem agant) arundines binas singulis vitibus applicabimus, aut si regionis conditio permittit, vetera deponemus hastilia, quibus adnectuntur singulæ transuersæ perticæ in imam partem ordinis, quod genus iugi canterium vocant rustici. plurimum id refert esse quod paulum infra curuationem vitis prorepens pampinus statim apprehendat, & in transuersa potius se fundat, quàm in edita, ventosq; facilius sustineat subnixus canterio. idq; iugum intra quartum pedem conueniet alleuari, dum se vinea corroboret in pedationem.

## Quomodo uitis alliganda sit. Cap. XIII.

DEINDE sequitur alligator, cuius officium est, vt recta vitem producat in iugum, quæ siue iuxta palum est posita, vt quibusdam placuit authoribus, obseruare debebit, qui adnectit, ne in alliganda materia flexum palli (si forte curuus est) sequendum putet, nam ea res vncã vitem facit, siue (vt Attico, & nonnullis alijs agricolis visum est) inter vitem et palũ spatium relinquetur, quod nec mihi displicet. Recta arundo adiungenda stirpi est, et ita per crebra retinacula in iugũ perducenda. vinculi genus quale sit, quo religantur semina, plurimum refert. nã dum nouella vinea est, quàm mollissimo nectenda est, quia si viminibus salicis, aut vlmi ligaueris, increscens vitis seipsam præcidit. optima est ergo genista, vel palu dibus desectus iuncus, aut vlna. non pessime tamen in vmbra siccata faciũt in hũc vsum arundinũ quoq; folia.

## Malleolis iugum imponendum, & quàm alte canterius alleuandus sit. Cap. XIIII.

SED et malleolorum similis cura agenda est, vt ad vnã, aut duas gemmas deputatis autũno, vel vere prius quàm germinent, iugentur. is, vt dixi, canterius propius à terra, quàm vitibus ordinarijs submittendus est. neque enim editior esse debet pedali altitudine, vt sit quo teneri adhuc pampini se capreolis illigent suis, ne ventis explantentur. insequitur deinde fossor, qui crebris bidentibus æqualiter, et minutim soli terga cõuertat. hanc planã



Canterius

Universidad de Deusto
Biblioteca



fossuram maxime nos probamus. nam illa, quam in Hispania hybernam appellant, cum terra vitibus detrahitur, & in media spatia interordiniorum confertur, supervacua nobis videtur, quia iam præcessit autumnalis ablaqueatio, quæ & nudauit summas, & ad inferiores peruenit radiculas, et hybernos transmisit imbres. numerus autem fossionis, aut idem debet esse, qui primi anni, aut vna minus, nam vtiq; frequenter solum exercendū est, dum id incremento suo vites inumbrent, nec patiantur herbam subcrescere. Pampinationis eadem debet esse ratio huius anni, atq; prioris. adhuc enim cōpescenda, quasi pueritia seminum est, nec plus quàm in vnum flagellum est submittenda. tanto quidem magis, quod tenera eius ætas non sustinet, & fœtu, & materijs onerarij.

## *Quemadmodū nouella uinea frequentanda est, & propagines faciendæ sint.* Cap. XV.

SED cum annicula, mensiumq; sex ad vindemiam perducta est, sublato fructu protinus frequentanda est, & præsidiarij malleoli propagandi sunt, q̄ in hunc vsum fuerant depositi. vel si ne hi quidem sunt, ex ordinaria vite in alterum palum mergus est attrahendus. nam plurimum interest, adhuc noua compositione, pedamen omne vestiri. nec mox vineam, tum subseri, cum fructus capiendus est. mergi genus est, vbi supra terram iuxta suum adminiculum vitis curuatur, atq; ex alto scrobe submersa perducitur ad vacantem palum. tum ex arcu vehementer citat materiam, quæ protinus applicata suo pedamento ad iugum euocatur. Sequente deinde anno insecatur superior pars curuaturæ, vsq; ad medullam, ne totas vires matris propagatum flagellum in se trahat, & vt paulatim condiscat suis radicibus ali, bima deinde præciditur proxime palmam, quæ ex arcu summissa est. & id, quod à matre abscissum recens erit, confestim alte circunfoditur, & scrobiculo facto ad imum solum præciditur, adobruiturq;, vt et radices deorsum agat, nec ex propinquo negligenter in summa terra resectū progermi-
net. tempus aut nō aliud magis idoneū est hunc mergū amputandi, q̄ ab idibus Octob. in idus Nouemb. vt hybernis mensibus suas radices confirmet, nā si vere id fecerimus, quo gemmare palmites incipiūt, matris alimentis subito destitutus langueſcit.

## *Quo tempore uiuiradix transferenda sit.* Cap. XVI.

EADEM ratio est in transferendo malleolo. nā in secundo autumno, si cœli, & loci qualitas patitur, commodissime post idus Octobris exemptus conseritur. sin aut aliqua terrę, vel aeris repugnat iniuria, tempestiuitas eius in proximū ver differtur. neq; diutius in vineis relinquēdus est, ne soli vires absumat. & ordinaria semina infestet. quæ quanto celerius liberata sunt consortio viuiradicū, tanto facilius conualescūt. at in seminario licet trimā, atq; etiā quadrimā vitē resectā, vel anguste putatā custodire, quoniā nō consulitur vindemiæ. cū mensem trigesimū excesserit posita vinea id est tertio autumno vehementioribus statuminibus statim impedanda est, idq; nō vt libet, aut fortuito faciendū. nā siue propè trūcū defigitur palus, pedali tñ spatio recedendū est, ne aut premat, aut radicē vulneret, & vt fossor ab omni parte semina circunfodiat. isq; palus sic ponendus est, vt frigorū, & aquilonū excipiat violentiā, vitēq; protegat, siue medio interordinio pangetur, vel defodiendus est, vel prius paxillo perforato solo, altius adigendus, quo facilius & iugū, & fructū sustineat. Nā quanto propius trūcus cū radica statuitur, etiā leuiter defixa stabilior est, quoniā contingēs vitē mutua vice sustinetur. et sustinet. Statuminibus deinde firmiora iuga sunt alliganda, eaq; vel saligneis perticis, vel compluribus quasi fasciculis arundinū connectūtur, vt rigorē habeāt, nec pandantur onere fructuū. nā binæ iā materiæ singulis seminibus summittendę erūt, nisi si tñ gracilitas vitis alicuius angustiorem putationē desyderabit, cuius vnus palmes, atq; idem

Universidad de Deusto
Biblioteca



paucorum oculorum erit relinquendus.

## *Quomodo iugum faciendum sit.* Cap. XVII.

PERTICAE iugum firmius faciũt, minusq; operosum, arundines pluribus operis iugantur, quoniã & pluribus locis nectuntur. eæq; inter se conuersis cacuminibus vinciendæ sunt, vt æqualis crassitudo totius iugi sit. nã si cacumina in vnũ competũt, imbecillitas eius partis grauata pondere iam maturũ fructũ prosternit, & canibus, ferisq; reddit obnoxiũ. At cũ iugũ in fascẽ pluribus arundinibꝰ alterna cacuminũ vice ordinatũ est, ferè quinquennij præbet vsum. neq; enĩ est alia ratio putationis, aut cæteræ culturæ, q̃ quæ primi biennij. nã & autumnalis ablaqueatio sedulo facienda, nec minus vacantibus palis propagines applicandæ. hoc enĩ opus nunquã intermittendũ est, quin oĩbus instauretur annis. neq; enĩ ea, quæ seruntur à nobis, immortalia esse possunt, attamen æternitati eorũ sic consulimus, vt de mortuis seminibus alia substituamus. nec ad occidionem vniuersum genus perduci patimur compluriũ annorũ negligentia. quinetiã crebræ fossiones dandæ, quamuis possit vna detrahi culturæ prioris anni. pampinationes quoq; sæpe adhibẽdæ. neq; enĩ satis est semel, aut iterũ tota æstate viti detrahere frondem superuacuã. Præcipue aũt decutienda sunt oĩa, quæ infra trunci caput egerminauerint. item si oculi singuli sub iugo binos pampinos emiserint, quamuis largos fructus ostendãt, detrahendi sunt eis singuli palmites, quo lætior, quæ supereſt materia consurgat, & reliquũ melius educet fructũ. post quadragesimũ & alterum mensem pfecta vindemia, sic instituenda est putatio, vt submissis pluribus flagellis vitis in stellã diuidatur. sed putatoris officiũ est pedali ferè spatio circa iugũ vitẽ cõpescere, vt è capite quicqd tenerũ est, p brachia emissum prouocetur, & p iugũ inflexũ præcipitetur ad eã mensurã, quæ terrã nõ possit contingere. sed modus pro viribus trunci seruandus est, ne plures palmites submittãtur,



q̃ quibus vitis sufficere queat. ferè aũt prędicta ætas læto solo, truncoq; tres materias, raro quatuor desyderat, quæ per totidẽ partes ab alligatore diuidi debẽt. nihil. n. refert iugũ in stellã decussari, atq; diduci, nisi & palmites adiungentur. quã tñ formã nõ oẽs agricolæ probauerũt, nam multi simplici ordine fuere contenti. verum stabilior est vinea, & oneri sarmentorum, & fructui ferendo, quæ ex vtraq; parte iugo deuincta pari libramento velut anchoris quibusdã distinetur. tũ etiã per plura brachia materias diffundit, & facilius eas explicat vndiq; subnixa, quã quæ in simplici canterio frequentibus palmitibus stypatur. potest tñ, si vel parũ late disposita vinea, vel parum fructuosa. cœlumq; nõ turbidũ, nec procellosum habeat, vno iugo contenta esse. nam vbi magna vis, & incursus est pluuiarũ, procellarũq;, vbi frequentibus aquis vitis labefactatur, vbi præcipitibus cluis velut pendẽs plurima præsidia desyderat, ibi quasi quadrato circunfirmanda est agmine. calidis vero, & siccioribus locis in omnẽ partẽ iugũ porrigendum est, vt prorepentes vndiq; pampini iungantur & condensati cameræ more, terrã sitientẽ obumbrẽt. contra frigidis, & pruinosis regionibus simplices ordines instituendi, nã et sic facilius insolatur humus & fructus percoquitur, perflatũq; salubriorẽ habet. fossores quoq; liberius, & aptius iactant bidentes, meliusq; perspicitur à custodibus fructus, & commodius legitur à vindemiatore.

## *Quo in hortulos uineæ diuidendæ sint.* Cap. XVIII.

SED qñ vineta placuerit ordinare, centenæ stirpes per singulos hortos semitis distinguantur. vel (vt quibusdã placet) in semiiugera omnis modus dirimatur, quę distinctio præter illud commodũ, quod plus solis, & venti vitibus præbet, tum etiam oculos, & vestigia domini (res agro saluberrima) facilius admittit, certamq; æstimationem in exigendis operibus præbet. neq; enim falli possumus per paria interualla iugeribus diuisis. Quinetiã ipsa

hortulorũ descriptio quanto est minoribus modulis cõsita fatigationẽ veluti minuit, & simul eos, q opera moliuntur, ad festinandũ inuitat. nã ferè vastitas instantis laboris animos debilitat. nonnihil etiã prodest vires, & prouentũ cuiusq; partis vinearũ nosse, vt æstimemus, q̃ magis, aut minus colẽda sit. Vindemiatoribus quoq; hæ semitæ, et iugũ, pedamentaq; sarrientibus opportunã laxitatẽ præbẽt, p quã vel fructus, vel statumina portẽtur.

*De positione iugi, et quatenus à terra leuãdũ. Ca. XIX.*

DE positione iugi quatenus à terra leuandũ sit, hoc dixisse abunde est, humillimã esse quatuor pedũ, celsissimã septẽ. quæ tñ in nouellis seminibus vitanda est. neq; enĩ hæc prima constitutio vinearũ esse debet, sed per annorũ longã seriẽ ad hãc altitudinẽ vitis perducenda est. cæterũ quanto humidius est solũ, & cœlum, humidioresq; venti, tanto est altius attollendũ iugũ. nã lętitia vitiũ patitur se celsius euagari, fructusq; summos à terra minus putrescit. & hoc vno modo perflatur ventis, q nebulã, et rorẽ pestiferũ celeriter adsiccãt, multũq; ad defloreſcendũ, & ad bonitatẽ vini conferũt. rursus exilis terra, & ac cliuis, torrẽsq; æstu, vel quæ vehementibus procellis obnoxia est, humilius iugum poscit. at si cuncta competũt voto, iusta est altitudo vineæ pedũ quinq;, nec tñ dubiũ, quin vites tanto melioris saporis præbeat mustũ, quanto in editiora iuga consurgũt.

*De cura, & modo alligandarũ uitiũ.* Cap. XX.

PEDATAM vineã, iugatãq; sequitur alligatoris cura, cui antiquissimũ esse debet, vt supra dixi, rectã conseruare stirpẽ, nec flexũ ridice persequi, ne prauitas statumi nũ ad similitudinẽ sui vitẽ configuret. id nõ solũ ad speciẽ plurimũ refert, sed ad vbertatẽ, & ad firmitatẽ, perpetuitatẽq;. nã rectus truncus similẽ sui medullã gerit, per quã velut quodã itinere sine flexu, atq; impedimento facilius terræ matris alimenta meãt, & ad summũ perueniũt. at quæ curuæ sunt, & distortę, nõ æqualiter alligan-



tur, inhibentibus nodis, & ipso flexu incursum terreni humoris veluti salebris, retardante. quare cum ad summũ palũ recta vitis extenta est, capistro constringitur, ne fœtu grauata subsidat, curuetur q;. tũ ex eo loco quod proximũ iugo ligatũ est brachia disponuntur in diuersas partes, palmæq; superpositæ deorsum versus curuantur à vinculo, itaq; id quod iugo dependet, fructu implętur. rursusq; curuatura iuxta vinculum materiam exprimit. quidam eam partẽ, quã nos præcipitamus, supra iugũ porrigunt, & crebris viminibus innexis continent, quos ego minime probandos puto. nã dependentibus palmitibus, neq; pluuiæ, neq; pruinæ, grandinesue tantũ nocent, quantũ religatis, & quasi tempestatibus oppositis. ijdẽ tñ palmites prius q̃ fructus mitescant, varijs adhuc, & acerbis vuis religari debent, quo minus roribus queant putrescere, aut ventis, ferisq; deuastentur. iuxta decumanũ, atq; semitas palmites intrinsecus flectẽdi sunt, ne prætereũtiũ incursu lædãtur. & hac q̃dẽ ratione tẽpestiua vitis ad iugũ perducitur. nam quæ vel infirma, vel breuis est ad duas gẽmas recidẽda est, quo vehementiorẽ fundat materiã, quæ protinus emicet in iugũ.

*Nouella uinea quomodo putanda sit.* Cap. XXI.

QVINQVENNIS vineę non alia est putatio, q̃ vt figuretur, quemadmodũ supra instituimus néue supuagetur. Sed vt caput trũci pedali ferè spatio sit inferius iugo, quaternisq; brachijs, quæ duramenta quidam vocant, diuidatur in totidẽ partes. hæc brachia sat erit interim singulis palmitib⁹ in fructũ summitti, donec vineę iusti sint roboris. cũ aliquot deinde annis, quasi iuuenilẽ ætatẽ ceperint, quod palmites relinqui debeant, incertũ est. nã loci lætitia plures, exilitas pauciores desyderat. siquidẽ luxuriosa vitis nisi fructu compescitur, male defloreſcit, & in materiã, frondẽq; effunditur. infirma rursus, cum onerata est, affligitur. itaq; pingui terra singulis brachijs licebit bina iũgere flagella, nec tñ numerosius one

rare, quàm vt vna vitis octo seruiat palmitibus, nisi si admodum nimia vbertas plureis postulabit. illa enī per gulæ magis, quàm vineæ figurā obtinet, quę supra hunc modum materijs distenditur, nec debemus committere, vt brachia pleniora trunco sint. verum assidue, cum è lateribus eorum flagella licuerit summittere, amputanda erunt superiora duramenta, ne iugum excedant, sed nouellis palmis semper vitis renouetur, quæ si satis excreuerint, iugo superponantur. sin aliqua earū vel perfracta, vel parum procera fuerit, locumq; idoneū obtinebit, vnde vitis anno sequenti renouari debeat, in pollicē tondeatur, quē quidā custodē, alij resecē, nonnulli præsidiarium appellāt, id est sarmentū gemmarū duarū, vel trium, ex quo cū processere fructiferæ materiæ, quicquid est supra vetusti brachij, amputatur, & ita ex nouello palmite vitis pullulascit. atq; hæc ratio bene instituta rū vinearum in perpetuum custodienda erit.

*Quēadmodū neglectæ vineæ restituātur.* Cap. XXII.

SI vero aliter formatas acceperimus vineas & multorū annorū negligentia superuenerint iugū, consyderandū erit, cuius longitudinis sint duramina, quæ excedunt prædictā mensurā. nā si duorū pedū, aut paulo amplius fuerint, poterit adhuc vniuersa vinea sub iugū mitti. Si aūt palus trunco est applicitus, is a vite summouetur, & in medio spatio duorū duraminū ad lineā pangitur, trāsuersa deinde vitis ad statumē perducitur, atque ita iugo subijcitur. at si duramenta eius lōgius excesserint, aut in quartū, vel etiā in quintū statumē prorepserint, maiore sumptu restituentur mergis his nāq;, qđ nobis maxime placet propagata celerrime prouenit. hoc tñ si vetus, & exesa est superficies trunci, maiorē, at si robusta, & integra, minorē operā desyderat. quippe hyberno tempore ablaqueata fimo satiatur, angustęq; deputatur, & inter quartū, ac tertiū pedē à terra viridissima parte corticis acuto mucrone ferramēti vulneratur. frequētibus deinde



fossuris terra permiscetur, vt incitari vitis possit, & ab ea maxime parte, quæ vulnerata est pampinū fundere. plerunq; aūt germē de cicatrice procedit, quod siue longius prosiluerit, in flagellum summittitur, siue breuius, in pollicem, siue admodum exiguum, in furunculum, is ex quolibet vel minimo capillamēto fieri potest. nā vbi vnius, aut alterius folij pampinus prorepsit è duro, dummodo ad maturitatem perueniat, sequente vere si non abnodatus, neq; abrasus est, vehementē fundit materiā quæ cum conualuit, & quasi brachiū fecit, licet tunc superuagatā partē duramenti recidere, & ita reliquā iugo subijcere. multi sequentes compendiū temporis, tales vineas supra quartum pedem detruncant, nihil reformidātes eiusmodi resectionem, quoniam ferè plurimarū stirpium natura sic se commodat, vt iuxta cicatricē nouellis frondibus repullulescant. sed hæc quidem ratio minime nobis placet, siquidem vastior plaga nisi habeat superpositam valentem materiam, qua possit inolescere, solis halitu torretur. mox deinde roribus putrescit, & imbribus. Attamen cum est vtiq; vinea recidenda, prius ab laqueare, deinde paulū infra terrā cōuenit amputare, vt superiecta humus vim solis arceat, & è radicibus nouellos prorūpētes caules transmittat, qui possint vel sua maritare statumina, vel siqua sunt vidua in propinquo propaginibus vestire. hæc autem ita fieri debebunt, si vineæ altius positæ, nec in summo labanteis radices habebunt, & si boni generis erunt, nanq; aliter incassum dependitur opera, quoniā degeneres etiā renouatæ pristinū seruabunt ingenium, atq; summa parte terræ vix adhærebunt, & deficient ante q̄ cōualescant. Altera ergo vinea fructuosis potius surculis inserenda erit, altera funditus extirpanda & reserenda. si modo soli bonitas suadebit, at si cum eius vitio consenuit, nullo modo restituendam censemus. Loci porrò vitia sunt, quæ ferè ad internitionem vineta perducunt macies, & sterilitas, terra salsa, vel amara, vligo, præceps, & prærupta positio, nimium opa

ca, & soli auersa, valles arenosæ, arenosus etiã tofus, & plus iusto ieiunus sabulo, nec minus terreno carens, ac nuda glarea, & siqua est proprietas similis, quæ vitẽ nõ alit. cæterum si vacat ijs, et horũ similibus incommodis, potest ea ratione fieri restibilis vinea, quam priore libro præcepimus. Illa rursus mali generis vineta, quæ quãuis robusta sint, propter sterilitatẽ fructu carẽt, vt diximus, emendantur insitione facta, de qua suo loco disseremus, cum ad eam disputationem peruenerimus.

## *Quemadmodum eædem putentur.* Cap. XXIII.

NVNC, quoniam parum videmur de putatione vinearũ locuti, maxime necessariam partẽ propositi operis diligentius persequemur. Placet ergo si mitis, ac temperata permittit in ea regione, quam colimus, cœli clementia, facta vindemia secundum Idus Octobris auspicari putationem, cum tamen æquinoctiales pluuiæ præcesserint, & sarmenta iustam maturitatem ceperint, nam siccitas seriorem putationem facit. sin autem cœli status frigidus, & pruinosus hyemis violentiam denuntiat, in Idus Febur. hanc curam differemus. Atq; id licebit facere, si erit exiguus possessionis modus. Nam vbi ruris vastitas electionem nobis temporis negat, valentissimam quanq; partem vineti frigoribus, macerrimam vere, vel autumno, quin etiam perbrumam meridiano axi oppositas vites, aquiloni per ver, & autumnum deputari conueniet. Nec dubium, quin sit horum virgultorum natura talis, vt quanto maturius detonsa sint, plus materiæ, quanto serius, plus fructus afferant.

## *Quæ bonus uinitor in constituta iam uinea uitare, aut sequi debeat.* Cap. XXIIII.

QNANDOCVNQVE igitur vinitor hoc opus obibit, tria præcipue custodiat. Primũ, vt quammaxime fructui consulat. deinde, vt in annũ sequentẽ quãlætissimas iã hinc eligat materias. Tũ etiã, vt quãlongissimam



perennitatẽ stirpi acquirat. Nam quicquid ex his omittitur, magnum affert domino dispendium. Vitis autem cum sit per quatuor diuisa parteis, totidẽ cœli regiones aspicit. Quæ declinationes cum contrarias inter se qualitates habeant, variam quoq; postulant ordinationem pro conditione suæ constitutionis à parte vitium. Igitur ea brachia, quæ septentrionibus obiecta, sunt, paucissimas plagas accipere debent, & magis si putabuntur ingruentibus iam frigoribus, quibus cicatrices inuruntur. Itaq; vna tantummodo materia iugo proxima, & vnus infra eam custos erit summittendus, qui vitem mox in annum renouet. At è contrario permeridiem plures palmites submittantur, qui laborantem matrem feruoribus æstiuis opacent, nec patiantur ante maturitatem fructũ inarescere. Orientis, atque occidentis haud sanè magna est in putatione differentia, quoniam solem pari horarũ numero sub vtroq; axe vitis accipit. Modus itaq; materiarũ is erit, quem dictabit humi, atq; ipsius stirpis lætitia. Hæc in vniuersum, illa per parteis custodienda sunt. Nam vt ab vna vite quasi à quibusdam fundamentis incipiam, semper circa crus dolabella dimouenda terra est. Et si soboles, quam rustici suffraginem vocant, radicibus adhæret, diligenter explantanda, ferroq; alleuanda est, vt hybernas aquas respuat. Nam præstat ex vulnere sobolem repullescentem vellere, quam nodosam, & scabram plagam relinquere. Hoc enim modo celeriter cicatricẽ ducit, illo cauatur, atq; purtescit. Percuratis deinde quasi pedibus crura ipsa, trunciq; circũspiciendi sunt, ne aut pampinarius palmes internatus, aut verucæ similis furunculus relinquatur, nisi si iugo superiecta vitis, desyderabit ab inferiore parte reuocari. Si vero trunci pars secta solis afflatu peraruit, aut aquis, noxijsũe animalibus, quæ per medullas irrepunt, cauata vitis est, dolabella conueniet expurgare, quicquid emortuum est. deinde falce eradi viuo tenus, vt à viridi codice ducat cicatricẽ. neq; est difficile, mox alleuatas plagas terra quam prius

suffragi

Universidad de Deusto
Biblioteca



amurca madefeceris, linire nam & teredinem, formicãq; prohibet. Solem etiam, & pluuias arcet eiusmodi litura, propter quę celerius coalescit, & fructum viridem cõseruat. Cortex quoq; aridus, fissusq; per summa trunci dependens corpore tenus deliberandus est, quod & melius vitis quasi sordibus liberata conualescit, & minus vino fecis affert. Iam vero muscus, qui more compedis crura vitium deuincta comprimit, situq; & veterno macerat, ferro distringendus, & eradendus est. Atque hæc infima parte vitis. Nec minus ea, quæ in capite seruanda sint, deinceps præcipiantur. Plagæ, quas in duro vitis accipit, obliquæ, rotundæq; fieri debent, nam citius conualescunt, & quandiu cicatricem non obduxerint, commodius aquam fundunt. Transuersæ plus humoris & excipiunt, & continent. Eam culpam maxime vinitor fugito. Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, deorsum spectantia recidito. Nouella, & fructuaria recta summittito. Brachia tenera, & viridia seruato. Arida & vetera falce amputato. Vngues custodum annotinos resecato. In quatuor fermè pedes supra terram vitem elatam totidem brachijs componito, quorum singula spectent decussati iugi partes. tum vel vnum flagellum, si macrior vitis erit, vel duo, si plenior, brachio cuiq; summittito, eaq; iugo superposita præcipitato. Sed meminisse oportebit, ne in eadem linea, vnoq; latere brachij esse duas materias, plurésue patiamur. Nanq; id maxime vitem infestat, vbi non omnis pars brachij pari vice laborat, atque æqua portione succum proli suæ dispensat, sed ab vno latere exugitur. Quo fit, vt ea vena, cuius omnis humor assumitur, velut icta fulgure arescat. Vocatur etiam focaneus palmes, qui solet in bifurco medius prorepere, & iccirco cum prædicto vocabulo rustici appellant, quod inter duo brachia, qua se diuidit vitis, enatus velut fauces obsidet, atque vtriusque duramenti alimenta præripit. Hunc ergo tanquam æmulum diligenter ijdem amputãt, & abnodant, priusquam corrobore-



tur. Si tamẽ ita præualuit, vt alterutrum brachiũ afflixerit, id, quod imbecillius est, tollitur, & ipse focaneus summittitur. Recisо enim brachio, æqualiter vtriq; parti vires mater suministrat. Igitur caput vitis pendẽs infra iugum constituito, vnde se pandãt quatuor (vt dixi) brachia, in quib⁹ quotannis vitis renouetur, amputatis veteribus, & summissis nouis palmitibus, quarum delectus scite faciendus est. Nã vbi magna materiarũ facultas est, putator custodire debet, ne aut proximas duro, id est à trunco, & capite vitis relinquat, aut rursus extremas. Nã illæ minimum vindemiæ conferunt, cum exiguum fructum præbent, similes scilicet pampinarijs. hæ vitem exhauriunt, quia nimio fœtu onerant. & vsq; in alterum, ac tertiũ palum, quod vitiosum esse diximus, se extendunt. Quare medio in brachio commodissime palmę summittentur, quæ nec spem vindemiæ destituant, nec emaciẽt stirpem suam, nonnulli fructus auidius eliciũt extrema, & media flagella summittendo, nec minus proximum duro sarmentum in custodẽ resecando, quod faciendũ, nisi permittentibus soli, & trunci viribus minime censeo. Nã ita se induunt vuis, vt nequeant maturitatẽ capere, si benignitas terræ, atq; ipsius trunci lætitia non adsit, subsidiarius, idemq; custos in pollicẽ resecari non debet, cũ palmæ, ex quibus proximi fructus sperantur, idoneo loco sitæ sunt. Nam vbi ligaueris eas, & in terrã spectantes deflexeris, infra vinculum materias exprimes. At si longius, quàm ritus agricolarũ permittit, & à capite vitis emicuerit, & brachijs in alterna iugorum compluuia perrepserit, custodẽ validum, & quammaximum iuxta truncũ duorũ articulorũ, vel trium relinquemus, ex quo quasi pollice, proximo anno citata materia formetur in brachium, vt sic recisa vitis, ac renouata intra iugum contineatur. Sed in summittendo custode hæc maxime sunt obseruanda. Primum, ne resupina cœlum, sed prona potius plaga terram spectet, sic enim in gelicidijs ipsa se protegit, & ab sole obumbratur, deinde ne sagittæ, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca



vngulis quidem similis fiat resectio. nam illa celerius, & latius emoritur, hæc tardius, & angustius reformidat. Quodq; etiam vsurpari vitiosissime animaduerto, maxime vitandum est. Nam dum seruiunt decori, quo sit breuior custos, & similis pollici, iuxta articulum sarmentum recidunt. Id autem plurimum officit, quoniã secundum plagam posita gemma pruinis, & frigore, tũ deinde æstu laborat. Optimum est igitur medio ferè internodio subsidiarium tondere palmitem, deuexamq; resectionem facere post gemmã, ne (vt iã ante diximus) superlachrymet, & gemmantem cæcet oculum. Sed si resecis facultas non erit, circunspiciendus est furunculus, qui quãuis angustissime præcisus in modũ verucæ proximo vere materiã exigat, quã vel in brachium, vel in fructuarium remittamus, si neq; is reperiatur, saucianda ferro est, atq; exulceranda vitis in ea parte, qua pampinum studemus elicere. Iã vero ipsos palmites, quos vindemiæ præparamus, clauiculis, ac nepotibus liberandos magnopere censeo. Sed in ijs recidendis alia conditio est, atq; alia in ijs, quę procedunt è trunco, nã quicquid est, quod è duro prominet, vehementius applicata falce abnodatur, atq; eraditur, quo celerius obducat cicatricem. Rursus quicquid è tenero processit, sicut nepos parcius detondetur, quoniã ferè coniunctam gerit ab latere gemmã, cui consulendum est, ne falce destringatur, pressius enim si abnodes applicato ferro, aut tota tollitur, aut conuulneratur, propter quod palmes, quem mox in germinatione citauerit, imbecillis, ac minus fructuosus erit. tum etiam magis obnoxius ventis, scilicet quia infirmus de cicatrice prorepserit. Ipsius autem materiæ, quam summittemus longitudini modum difficile est imponere. Plerique tamẽ in tantum prouocant, vt curuata, & præcipitata per iugum nequeat terram contingere. Nos subtilius dispicienda illa censemus, primum vitis habitum. nam si robusta est, ampliores materias sustinet, deinde soli quoque pinguitudinem, quæ nisi adest, quamuis validissimã vitem



celeriter necabimus procerioribus emaciatam flagellis. Sed longi palmites non mensura, verum gemmarũ numero æstimantur. nam vbi maiora sunt spatia inter articulos, licet eousq; materiam producere, dum penè terram contingat. nihilo minus enim paucis frondescet pãpinis. At vbi spissa internodia, frequentesq; oculi sunt, quamuis breue sarmentum, multis palmitibus viresci, & numeroso fœtu exuberat. Quare modus talis generis necessario maxime est adhibendus, ne procerioribus fructuarijs oneretur. Et vt consyderet vinitor proximi anni magna, nécne fuerit vindemia. Nam post largos fructus parcendum est vitibus, & ideo angustè putandum, post exiguos, imperandum. Super cætera illud etiam censemus, vt duris, tenuissimisq;, & acutissimis ferramentis totum istud opus exequamur. obtusa enim, & hebes, & mollis falx putatorem moratur, eoq; minus operis efficit, & plus laboris affert vinitori. Nam siue curuatur acies, quod accidit molli, siue tardius penetrat, quod euenit in retuso, & crasso ferramento, maiore nisu est opus. Tũ etiam plagæ asperæ, atque inæquales, vites lacerant. Neque enim vno, sed sæpius repetito ictu res transigitur. Quo plerunque fit, vt quod præcidi debeat, perfringatur, & sic vitis laniata, scabrataq; putrescat humoribus, nec plagę cõsanentur. Quare magnopere monẽdus putator est, vt prolixet aciem ferramenti, & quantum possit, nouaculæ similem reddat. Nec ignoret in quaque re, qua parte falcis vtendum sit. Nam plurimos per hanc inscitiam vastare vineta comperi.

## *Figura falcis.* Cap. XXV.

EST autem sic dispositа vinitoriæ falcis figura, vt capulo pars proxima, quæ rectam gerit aciem, culter ob similitudinem nominetur. Quę flectitur sinus, quę à flexu procurrit, scalprũ. Quę deinde aduncа est, rostrũ appellatur. Cui superposita semiformis lunæ species, securis dicitur. Eiusq; velut apex pronus imminens, mucro voca

Universidad de Deusto
Biblioteca



tur. Harum partium quæq; suis muneribus fungitur, si modo vinitor gnarus est. Nam cum in aduersum pressa manu desecare quid debet, cultro vtitur. cum autem retrahere, sinu. cum adleuare, scalpro. cum incauare, rostro. cum ictu cædere, securi. cum in angusto aliquid expurgare, mucrone. Maior autem pars operis in vineã ductim potius, quàm cæsim facienda est. Nam ea plaga, quæ sic efficitur, vno vestigio alleuatur. Prius enim putator applicat ferrum, atq; ita quæ destinauit præcidit. Qui cæsim vitem petit, si frustratus est (quod sæpe euenit) pluribus ictibus stirpem vulnerat. Tutior igitur, & vtilior putatio est, quæ (vt retuli) ductu falcis non ictu conficitur.




*De cura adminiculãdæ, jugãdæq; uineæ. Ca. XXVI.*

HIS peractis, sequitur (vt ante iam diximus) adminiculandæ, iugandæq; vineæ cura, cui stabiliendæ melior est ridica palo, neq; ea quælibet. nam est præcipua cuneis fissa olea, quercus, & suber, ac si qua sunt similia robora. Tertium obtinet locũ pedamen teres. idq; maxime probatur ex iunipero, & lauru, & cupressu. Recte etiam faciunt ad eam rem syluestres pinus, atque etiam sambuci probabilis vsus. tamen in his hæc, eorumq; similia pedamenta post putationem retractanda sunt, partesq; eorũ putres dedolandæ. Atq; alia conuertenda, quæ syncerita tem habent, alia summouenda, quæ vel cariosa, vel iusto breuiora sunt, eorumq; in vicem idonea reponenda, iacentia statuenda, declinata corrigenda. Iugo si non



erit opus noua sartura, recentia vincula inserantur. Si restituendum videbitur ante quàm vitis palo applicetur, perticis, vel arundinibus connectatur, actum demum (sicut in nouella præcepimus) vitem iuxta caput, infraq; brachia colligemus cũ ridica, idq; facere non oportebit omnibus annis eodem loco, ne vinculũ incidat, & truncum strangulet. Brachia deinde sub stella quadripartito locabimus, teneros q; palmites super iugum ligabimus nihil repugnantes naturæ, sed vt quisquis obsequetur, leuiter curuabitur, ne deflexu frangatur, neue iam tumentes gemmæ detergeantur. Atq; vbi duę materię per vnã partem iugi mittentur, media pertica interueniat, directæq; palmæ per iugorum compluuia decurrant, & volut mersę cacuminibus in terram despiciant. Id vt scite fiat, meminerit alligator, ne retorqueat sarmentũ, sed tantum inflexum deuinciat, & vt omnis materia, quæ nihil potest præcipitari, iugo superponatur, vt potius innixa perticæ, quàm è vinculo pendeat. Sæpe enim notaui per imprudentiam rusticos subijcere iugo palmam, & ita colligare. vt solo vimine suppendeat. Quæ vinea, cũ accipit pampini, & vuarum pondus, infringitur.

*Quæ bonus uinitor in constituta iam uinea uitare, aut sequi debeat.* *Cap. XXVII.*

SIC deinde ordinata vineta festinabimus emundare, sarmentisq;, & calametis liberare. Quæ sicco tamen solo legenda sunt, ne lutosa humus inculcata maiorem fossori laborem præbeat, qui prorinus adhuc silentibus vineis inducendus est. Nã si palmis incipientibus. progemmantibusq; fossorem immiseris, magnã partẽ vindemiæ decusseris. Igitur ante q̃ gemmẽt per diuortium veris, atq; hyemis quamaltissime fodiendæ vineæ sunt, quo lętius, atq; hilarius pullulent. Eęq; vbi se frondibus, & vuis vestierint, teneris caulibus nec dum adultis modus adhibendus est. Idemq; vinitor, qui ante ferro, nunc manu decutiet, vmbrásque compescet, ac superuacuos pampi-

Universidad de Deusto
Biblioteca



nos deturbabit. Nam id plurimum refert, non inscite facere, siquidem vel magis pampinatio, quàm putatio vitibus consulit. Nam illa quamuis multum iuuat, sauciat tamen, & resecat. hæc clementius sine vulnere medetur, & anni sequentis expeditiorem putationem facit. Tum etiam vitem minus cicatricosam reddit, quoniam id, ex quo viride, & tenerum decerptum est, celeriter consanescit. Super hæc materiæ, quæ fructum habent, melius cõualescunt, & vuæ commodius insolatæ percoquuntur. Quare prudentis est, ac maxime callentis vinitoris æstimare, ac dispicere, quibus locis in annum debeat materias summittere, nec orbos tantũ detrahere palmites, verum etiam frugiferos, si supra modum se numerus eorũ profuderit. siquidem euenit, vt quidam oculi trigeminis palmis egerminent, quibus binos detrahere oportet, quo commodius singulos alumnos educent. Est enim sapientis rustici reputare, num maiore fructu vitis se induerit, quàm vt perferre eum possit. Itaq; non solũ frondem superuacuam debet decerpere, quod semper faciendum est, verum interdum partem aliquam fœtus decutere, vt vbere suo grauatam vitem leuet. Idq; faciet varijs de causis pampinator industrius, etiam si nõ erit maior fructus, quàm vt matureſcere queat. Si autem continuis superioribus annis dapsili prouentu fatigata vitis fuerit, requiescere, ac refici par erit, & sic futuræ materiæ cõsulendum. Nam cacumina flagellorum confringere luxuriæ comprimendæ causa vel è dura parte, aut à truncо surgentes pampinos submouere oportebit, nisi ad renouandã vitem vnus, atq; alter seruandus est. Tum è capite quicquid inter brachia viret explãtare, atq; eos, qui per ipsa duramenta steriles, nequicquã matrẽ occupant, palmites detergere, cuiuslibet vel pueri est officium.

## *Quomodo pampinari, & quot fossuris uinea excoli debeat.* Cap. XXVIII.

TEMPVS autem pampinationis ante, q̃ florem vitis



ostendat, maxime est eligendũ, sed & postea licet eandẽ repetere. Mediũ igitur eorũ dierũ spatiũ, q̃ acini formantur vinearũ, nobis aditũ negat, quippe florentẽ fructum mouere nõ expedit, pubescentẽ vero, & quasi adolescẽtẽ conuenit religare, foliisq; oĩbus nudare, tũ et crebris fossionibus implere, nã fit vberior pulueratiõibus. Nec inficior plerosq; añ me rusticarũ rerũ magistros tribus fossuris contentos fuisse. ex quibus Græcinus, qui sic refert, potest videri satis esse constitutã vineã ter fodere. Celsus quoq;, & Atticus consentiũt tres esse motus in vite, seu potius in omni furculo naturales. vnũ, quo germinet. alterũ, quo floreat. tertiũ, quo matureſcat. Hos ergo motꝰ censent fossionibus concitari. Nõ enĩ natura, quod vult satis efficit, nisi eã labore cũ studio iuueris. Atq; hæc colendarũ vinearũ cura est, quæ finitur vindemia.

## *De inserendis uitibus, & insitione tuenda.* Cap. XXIX.

REDEO nũc ad eã partẽ disputationis, qua sum professus vitiũ inserendarũ, tuendarũq; insitionũ præcepta. Tempus inserendi Iulius Atticus tradidit ex Calendis Nouembribus in Calendas Iunias quoad posse custodiri surculũ, siue gemmã affirmat. Eoq; debemus intelligere nullam partẽ anni excipi, si sit sarmentis alendis facultas. Id porrò in alijs stirpiũ generibus, quæ firmioris, & succosioris libri sunt, posse fieri sanè concesserim. In vitibus nimis temere tot mensiũ rusticis insitionẽ permissam dissimulare nõ est fidei meæ, nõ qđ ignorẽ brumæ temporibus aliqñ insitã vitẽ comprehendere. Sed nõ qđ in vno vel altero experimento casu fiat, verũ quid certa ratione plerũq; proueniat, discentibus præcipere debemus. Etenĩ si exiguo numero periclitandum sit, in quo maior cura temeritati medetur, possum aliquatenus conniuere. Cum vero vastitas operis etiã diligentissimi agricolæ curam distendat, oẽm scrupulũ summouere debemus. Est enim contrariũ quod Atticus præcipit. Nã idẽ p brumã negat recte putari vineã. Quæ res, quamuis minus lædat vitẽ,

merito tñ fieri prohibetur, quod frigoribus oĩs surculus rigore torpet, nec propter gelicidia corticẽ mouet, vt cicatricẽ consanet. Atq; idẽ Atticus nõ prohibet eodẽ ipso tempore inserere, quod tũ, & totius obtruncatione vitis, & cũ eiusdẽ resectionis fissura præcipit fieri. Verior itaq; ratio est inserendi tepentibus iam diebus post hyemẽ, cũ & gemmas, & corticẽ naturaliter mouent. nec frigus ingruit, quod possit aut surculũ insitũ, aut fissurę plagã inurere. Permiserim tñ festinantibus autumno vitẽ inserere, quia nõ dissimilis est eius aeris qualitas vernę, sed quo cunq; quis tempore destinauerit inserere, nõ aliã sciat esse curã surculis explorandis, quã quæ tradita est priore libro, cũ de malleolis eligendis præcepimus, quos vbi generosos, & fœcundos, & quammaturissimos viti detraxerit, diẽ quoq; tepidũ, silentẽq; à ventis eligat. Tũ consyderet surculũ teretẽ, solidiq; corporis, nec fungosæ medullæ crebris etiã gemmis, & breuibus internodijs. nam plurimũ interest nõ esse longũ sarmentum, quod inseratur, & rursus plures oculos, quibus egerminet, inesse. Itaq; si sunt longa internodia, necesse est, ad vnã, vel summũ duas gemmas recidere surculum, ne procerioré faciamus, quã vt tempestates, & ventos, & imbres immobilis pati possit. Inseritur aũt vitis vel rescissa, vel integra perforata terebra. Sed illa frequentior, & penè omnibus agricolis cognita insitio. hæc rarior, & paucis vsurpata. de ea igitur prius disserã, quæ magis in consuetudine est. Reciditur vitis plerũq; supra terrã, nonnũq; tñ & infra, quo loco magis solida est, atq; enodis. cũ iuxta terrã insita est, surculus adobruitur cacumine tenus. at cũ editior est à terra, fissura diligenter subacto luto linitur, atq; superposito musco ligatur, quod & calores, & pluuias arceat. temperatur ita surculus, vt calamo nõ absimilis, coagmentet fissurã, sub qua nodus in vite desyderatur, qui q̃si alliget eã fissurã, nec rimã patiatur vltra procedere. Is nodus etiã si quatuor digitis à resectione abfuerit, illigari tñ eũ prius, q̃ vitis findatur, conueniet, ne cũ scalpro



factum fuerit iter surculo, plus iusto plaga hiet. calamus aũt nõ amplius tribus digitis debet alleuari. æqualiter ex ea parte, qua raditur, vt sit leuis, eaq; rasura ita deducitur vt medullã contingat vno latere, atq; altero paulo vltra corticẽ distringatur, figuretur q; in speciẽ cunei, sic vt ab ima parte acutus surculus, latere altero sit tenuior, atq; altero plenior. perq; tenuiorẽ partẽ insertus eo latere arcte tur quo est plenior, & vtrinq; contingat fissurã. nã nisi cortex cortici sic applicetur, vt nullo loco transluceat, ne quit coalescere. vinculi genꝰ ad insitionẽ nõ vnũ est. alij viminibus obstringũt. nonnulli circundãt libro fissurã. plurimi ligãt iunco, quod est aptissimũ. nã vimẽ, cũ inaruit, penetrat, & insecat corticẽ, propter quod molliora vincula magis probamus, quæ cũ circunuenere truncũ, adactis arundineis cuneolis arctantur. sed antiquissimũ est. & añ hæc ablaqueari vitẽ, radicesq; summas, vel soboles amputari, & post hæc adobrui truncũ. isq; cũ comprehendit, aliã rursus exigit curã. nã sæpius pampinandus est, cũ germinat, frequẽtiusq; detrahendæ sunt sobo les, quæ à lateribus, radicibusq; prorepunt. tum quod ex insito profundit subligandũ, ne vento surculus motus labefactetur, aut explantetur tener pampinus, qui cum excreuit, neporibus orbandus est, nisi si propter penuriam, & caluitiũ loci sumitur in propagines autumnus. deinde falcẽ maturis palmitibus admouet. sed putationis insitis custoditur ea ratio, vt vbi nulla desyderatur propago, vnus surculus euocetur in iugum. alter ita recidatur, vt adequetur plaga trunco, sic tamẽ ne quid radatur è duro. pampinandum non aliter est, q̃ in nouella viniradice. putandum vero sic, vt vsq; in quartum annum parcius imperetur, dum plaga trunci ducat cicatricẽ. atq; hæc per fissuram insitarum est ordinatio, in illa autẽ, quæ fit per terebrationem, primum ex vicino fructuosissimã oportet consyderare vitem, ex qua (velut traducem inhærentem matri) palmitem attrahas, & per foramen transmittas. hæc enim tutior, & certior est insitio, quoniam & si

Universidad de Deusto
Biblioteca



proximo vere nõ comprehendit, sequente certe, cũ increuit, coniungi cogitur, & mox à matre reciditur. atq; ita superficies insitæ vitis vsq; ad receptũ surculũ obtruncatur. huius traducis si nõ est facultas, tũ detractũ viti quã recentissimũ eligitur sarmentũ, & leuiter circumrasum, vt cortex tantũ detrahatur, apratur foramini, atq; ita luto circumlinitur resecta vitis, vt totus truncus alieni generis viti seruiat. quod quidẽ nõ fit in traduce, qui à materno sustinetur vbere, dũ inolescat. sed aliud est ferramẽtũ, quo priores vitẽ perforabãt. aliud, quod ipse vsu nũc magis aptũ comperi. nã antiqua terebra, quã solã veteres agricolæ nouerãt, scobẽ faciebat, perurebatq; eã partẽ, quã perforauerãt, deusta porrò raro reuire scebat, vel cũ priore coalescebat, in eaq; nec insitus surculus comprehendebat. tũ etiã scobis nunquã sic eximebatur, vt nõ in hæreret foramini. ea porrò interuentu suo prohibebat corpus surculi corpori vitis applicari. nos terebrã, quam gallicã dicimus, ad hãc insitionẽ commenti longe habiliorẽ, vtiliorẽq; comperimus, nã sic excauat truncũ, ne foramẽ inurat. quippe non scobẽ, sed ramenta facit, quibus exemptis, plaga leuis relinquitur, quæ facilius omni parte sedentẽ surculũ contingat, nulla interueniente lanugine, quã excitabat antiqua terebra. igitur secũdũ vernũ æquinoctiũ perfectã vitium insitionẽ habeto, locisq; aridis, & siccis nigrã vitẽ inserito, humidis albã. neq; est vlla propagãdi necessitas, si modo tã mediocris est crassitudo trunci, vt incrementũ insiti plagã possit contegere, & nisi tñ vacuus locus demortui capitis vitẽ reposcit. qđ cũ ita est, alter ex duobus surculis mergitur, alter eductus ad iugũ in fructũ summittitur. neq; inutile ex ea vite, quam merseris, enascentes in arcu propaginis pampinos educare, quos possis mox, si ita competet, vel propagare, vel ad fructũ relinquere.

*De ratione pedaminũ, uiminũ, et de salicto.* Ca. XXX.

QVONIAM constituendis, colendisq; vineis, quæ



videbantur vtiliter præcipi posse, disseruimus, pedaminum, iugorumq; & viminum prospiciendorum tradenda ratio est. hæc enim quasi quædam dotes vineis ante præparantur, quibus si deficitur agricola, causam faciendi vineta non habet, cum omnia, quæ sunt necessaria extra fundum quærenda sint. nec emptionis tantum (sicut ait Atticus) pretium onerat vitis rationem, sed est etiam comparatio molestissima. conuehẽda sunt enim tempore iniquissimo hyberni, quare salices viminales, atq; arũdineta, vulgaresq; syluę, vel consulto consitæ è castancis prius facienda sunt, viminalium (vt Atticus putat) singula iugera, sufficere possunt quinis & vigenis iugeribus ligandæ vineæ, arundineti singula iugera, vigenis iugandis, castaneti iugerum, totidem palandis quot arundineti iugandis, salicem vel riguus ager, vel vliginosus optime, nec incommode tamen alit planus, & pinguis, atq; is debet conuerti bipalio (ita enim præcipiunt veteres) in duos pedes & semissem salicto destinatum solum. nec refert cuius generis vimen seras, dum sit lentissimũ, putant tamen tria esse genera præcipuæ salicis, græcæ, gallicæ, sabinæ, quam plurimi vocant amerinam. Græca flaui coloris est, gallica obsoleti purpurei, & tenuissimi viminis. Amerina salix gracilem virgam, & rutilam gerit. Atque hæ vel cacuminibus, vel taleis deponuntur, pertice cacuminum modicæ plenitudinis, quæ tamen dipondiarij oris biculi crassitudinem non excedant, optime panguntur, couseq; dum ad solidum demittantur, taleq; sexquipedales terreno immersæ paululum obruuntur. Riguus locus spatia laxiora desyderat, eaq; senum pedum per quincuncẽ recte faciũt, siccaneus spissiora sic, vt sit facilis accessus colentibus ea, quinum pedum interordinia esse abunde est, vt tamen in ipsa linea consitionis alterna vacuis intermissis bipedaneis spatijs consistant semina. Satio est eorum prius, quàm germinẽt, dum silent virgæ, quas arboribus detrahi siccas conueniet. nam rosidas si recideris, parum prospere proueniunt. ideo pluuij dies in exputanda

Universidad de Deusto
Biblioteca



salice vitantur. fodienda sunt primo triennio salicta crebrius, vt nouella vineta, cum deinde conualuerint, tribꝰ fossuris contenta sunt, aliter culta celeriter deficiunt. nã quamuis adhibeatur cura, plurimæ salices intercunt, quarum in loco ex propinquo mergis propagari debẽt, curuatis, & defossis cacuminibus, quibus restituatur quicqd intercidit, anniculus deinde mergus decidatur à stirpe, vt suis radicibus tanquam vitis ali possit.

## De genista. Cap. XXXI.

PERARIDA loca, quæ genus id virgultorum nõ recipiunt, genistam postulant, eius cum sit satis firmum tum etiam lentissimum est vinculum. Seritur autem semine, quod cum est natum, vel defertur bima viuiradix vel relicta eum id tempus excessit, omnibus annis more segetis iuxta terram demeti potest. cætera vincula, qualia sunt ex rubo, maiorem operam, sed in egeno tamen necessariam exigunt. perticalis ferè salix eundem agrum quem viminalis, desyderat, melior tamen riguo prouenit, atq; ea taleis conseritur, & cum germinauit ad vnam perticam summittitur, crebroq; foditur, atq; exherbatur nec minus, quàm vinea pampinatur, vt in longitudinem ramorum potius, quàm in latitudinem euocetur. sic culta quarto demum anno cæditur. nam quæ vinculis præparatur, potest annicula præcidi ad semissem supra duos pedes, vt è trunco fruticet, & in brachia velut humilis vinea disponatur. si tamen siccior fuerit ager, bima potius resecabitur.

## De arundinetis. Cap. XXXII.

ARVNDO minus alte pastinatur, melius tamen bipalio seritur. ea cum sit viuacissima, nec recuset vllum locum, prosperius resoluto, quàm denso, humido, quàm sicco, vallibus, quàm cliuis, fluminum ripis, & limitibus, ac vepretis commodius, quàm medijs agris deponitur. bulbꝰ radicis, seritur & talea calami, nec minus toto pro-



sternitur corpore. bulbus tripedaneis interuacãtibus spatijs obrutus anno celerius maturã perticã præbet. talea, & tota arundo serius prædicto tempore euenit. sed siue recisa in dupondiũ, & semissem talea, siue totæ arũdines prostratæ deponantur, extent earum cacumina oportet, quod si obruta sunt, totæ putrescunt. sed cultus arundinetis primo triennio non alius est, quàm cæteris. cum deinde consenuit, repastinandum est. ea est autem senectus, cũ vel exaruit situ, & inertia plurium annorum, vel ita densatum est, vt gracilis, & cannæ similis arundo prodeat. Sed illud de integro resodi debet, hoc potest intercidi, & disrarari, quod opus rustici castrationem vocant. quę tamen resectio arundineti cæca est, quia non apparet in terra quid aut tollendũ sit aut relinquendum. tolerabiliꝰ tamen arundo castratur ante quàm cæditur. quatenꝰ calami velut indices demonstrant, quid eruendũ sit. tẽpus repastinandi, & conserendi est prius q̃ oculi arundinum egerminent. cæditur deinde post brumã nam vsq; in id tempus incrementũ capit, ac tum compescitur, cum obrigant hyberno frigore, fodiendũ quoties & vineta, sed & macies eius, cinere, vel alio stercore iuuanda est, propter quod cæsum pleriq; incendunt arundinetum.

## De castaneis, & castanetis. Cap. XXXIII.

CASTANEA roboribus proxima est, & ideo stabiliendis vineis habilis, eius enim in repastinato nux posita celeriter emicat, & post quinquenniũ cæsa more salicti recreatur, atq; in palũ formata ferè vsq; in alterã cæsionem perennat, ea pullã terram, & resolutam desyderat, sabulonẽ humidũ, vel refractũ tofum nõ respuit, opaco, & septentrionali cliuo lætatur, spissum solũ, & rubricosum reformidat. seritur ab Nouembri mense per totam hyemem sicca terra, & repastinata in altitudinem dupondij, & semissis. nuces in ordinem semipedalibus. ordines autem quinum pedum spatijs dirimuntur. in altitudinem dodrantis castanea depressis sulcis committi-

tur, qui vbi nucibus sunt consiti, prius quàm complanẽtur, breues arundines ab latere castanearum panguntur, vt per hos sationis indices cautius fodi, & runcari possint. simulatq; semina stillauerint, & iam bima transferri queunt, interuelluntur, ac bini pedes arbusculis vacui relinquuntur, ne densitas plantas emaciet. spissius autem semen propter varios casus deponitur, nam interdum prius quam enascatur, aut siccitatibus nux inarescit, aut aquarum abundantia putrescit. interdum subterraneis animalibus sicuti muribus, & talpis infestatur. propter quæ sæpe nouella castaneta caluescunt. atq; vbi frequentanda sunt, melius ex vicino, si competit (mergi more) pertica declinata propagatur, quàm exempta referitur. hæc enim velut immota sua sede vehementer germinat, at quæ radicitus exempta, & deposita est, biennio reformidat, propter quod compertum est commodius nucibus, quam viuiradicibus eiusmodi syluas instituí. spatia huiusce sationis, quæ supra scripta sunt, capita castanearum recipiunt. M.M.DCCCLXXX. cuius summæ (sicut ait Atticus) ex facili iugera singula præbebunt statuminum duodena millia. etenim taleæ propius stirpem recisæ quadrifidas plerunq;, ac deinde secundæ taleæ eiusdem arboris bifidas radicas sumministrant. quod genus fissilis adminiculi manet diutius, quàm teres palus. Cultus eiusdem est fossionis, positionisq;, qui vineæ. supputari debet bima, quinetiam trima. nam bis ferro repetẽda est veris principio, vt incitetur eius proceritas. potest etiam quercus simili ratione seri, verum biennio tardius, quàm castanea deciditur. propter quod ratio postulat tempus potius lucrari, nisi si dumosi, glariosiq; montes, atq; ea genera terræ, quæ supra diximus, glandem magis, quàm castaneam postulabunt. Hæc de vineis Italicis vinearumq; instrumentis, quantum reor, non inutiliter, & abunde disserui, mox agricolarum prouincialium vincaticos, nec minus nostratis. & gallici arbusti cultus traditurus.



# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER QVINTVS.

## *Quemadmodum datas formas agrorum metiri debeas.* Cap. I.

SVPERIORIBVS LIBRIS, quos ad te de constituendis, colendisq; vineis Siluine scripseram, nonnulla defuisse dixisti, quæ agrestium operum studiosi desyderarent. neque inficior aliqua me præterisse, quamuis inquirentem sedulo, quæ nostri seculi cultores, quæq; veteres literarum monimentis prodiderunt, sed cum sim professus rusticæ rei præcepta, nisi fallor, non asseueraueram, quæ vastitas eius scientiæ contineret, cuncta me dicturum, sed plurima. nam illud in vnius hominis prudentiam cadere non poterat. neque enim est vlla disciplina, aut ars, quæ singulari consumata sit ingenio, qua propter vt in magna sylua boni venatoris est indaganter feras quamplurimas capere, nec cuiquam culpæ fuit non omnes cepisse, ita nobis satis, abundeq; est tã diffusæ materiæ quam suscepimus, maximam partem tradidisse. quippe cum in ea velut omissa desyderentur, quæ non sunt propria nostræ professionis, vt proxime cum de commetiendis agris rationem M. Trebellius noster à me requireret, vicinum adeo atque coniunctũ esse censebat demonstrãti quẽadmodum agrum pastinaremus, præcipere etiã pastinatũ quemadmodum metiri debeamus. quod ego non agricolæ, sed mensoris officium esse dicebã, cũ præsertim ne architecti quidem, quibus necesse est mensurarũ nosse rationem, dignentur consumatorum ædificiorum, quæ ipsi disposuerint, modũ comprehendere, sed aliud existiment professioni suę conuenire, aliud eorũ, qui iam extructa metiuntur, et imposito calculo perfecti operis rationem computant, quo

magis veniam tribuendam esse nostræ disciplinæ censeo, si eatenus progreditur, vt dicat, qua quidq; ratione faciendum, non quantum id sit, quod effecerit. Verum quoniam familiariter à nobis tu quoq; Siluine præcepta mensurarum desyderas, obsequar voluntati tuæ, cum eo, ne dubites id opus geometrarum magis esse quàm rusticorum. désque veniam, si quid in eo fuerit erratum, cuius scientiam mihi non vindico. sed vt ad rem redeam, modus omnis areę pedali mensura comprehenditur, qui digitorum est. 16. pes multiplicatus in passus, & actus, & climata, & iugera, & stadia, centuriásque, mox etiam in maiora spatia procedit. Passus pedes habet quinque, actus minimus (vt ait M. Varro) latitudinis pedes quatuor, longitudinis habet pedes. 120. Clima quoquouersus pedum est. 60. actus quadratus vndique finitur pedibus. 120. hoc duplicatum facit iugerum, & ab eo, quod erat iunctum, nomen iugeri vsurpauit. sed hunc actum prouinciæ Bæticæ rustici agnam vocant. idemq; triginta pedum latitudinem, & 180. longitudinem porcam dicunt. at Galli candetum appellant in arcis vrbanis, spatium centum pedum, in agrestibus autem pedum. 150. quod aratores candetum nominant semiiugerum quoque arepennem vocant. ergo (vt dixi) duo actus iugerũ efficiunt longitudine pedum. 240. latitudine pedum. 120. quæ vtræq; summæ inter se multiplicatæ quadratorum faciunt pedum viginti octomillia & octingentos. stadium deinde habet passus. 125. idest pedes. 1125. quæ octies multiplicata efficit mille passus, sic veniunt quinquemillia pedum. Centuriam nunc dicimus (vt idem Varro ait) ducentorum iugerum modum. olim autem ab centum iugeribus vocabatur centuria, sed mox duplicata nomen retinuit. sicuti tribus dictæ primum à partibus populi tripartito diuisi, quæ tamen nunc multiplicatæ pristinum nomen possident. hæc non aliena, nec procul à ratiocinio, quod traditurí sumus, breuiter præfari oportuit. nunc veniamus ad propositũ. iugeri partes



nõ oẽs posuimus, sed eas quæ cadũt in æstimationẽ facti operis, nã minores persequi superuacuũ fuit, pro quibus nulla merces dependitur. Igitur (vt diximus) iugerum habet quadratorũ pedũ viginti octo millia & octingentos, qui pedes efficiunt scrupula. 288. vt autẽ à minima parte, idest ab dimidio scrupulo incipiam, pars quingentesima septuagesima sexta pedes efficit quinquaginta, idest iugeri dimidiũ scrupulũ. pars ducentesima octuagesimaoctaua. pedes centũ. hoc est scrupulũ. pars centesima quadragesimaquarta. pedes. 200. hoc est scrupula duo. pars septuagesima secunda, pedes. 400. hoc est sextula, in q̃ sunt scrupula quatuor. Pars quadragesimaoctaua, pedes. DC. hoc est siliquus, in quo sunt scrupula sex. Pars vigesimaquarta. pedes mille ducentos, hoc est semuncia, in q̃ sunt scrupula. 12. pars duodecima duo millia & quadringẽtos, hoc est vncia, in qua sunt scrupula. 24. pars sexta, pedes quatuor millia & octingentos, hoc est sextãs, in q̃ sunt scrupula. 48. pars quarta pedes septẽ millia & ducentos, hoc est quadrãs, in quo sunt scrupula. 72. Pars tertia pedes nouẽ millia & sexcentos, hoc est triens, in quo sunt scrupula. 96. Pars tertia & vnaduodecima, pedes duodecim millia, hoc est quincunx, in quo sunt scrupula. 120. pars dimidia pedes quatuordecim millia & quadringentos. hoc est semis, in quo sunt scrupula. 144. Pars dimidia et vnaduodecima, pedes sexdecim millia et octingentos, hoc est septunx, in quo sunt scrupula. 168. Partes duætertiæ, pedes decemnouemmillia & ducentos. hoc est bes, in quo sunt scrupula. 192. Partes tresquartæ, pedes vnũ & viginti millia & sexcentos, hoc est dodrãs, in quo sunt scrupula. 216. Pars dimidia et tertia, vigintiquatuor millia, hoc est dextans, in quo sunt scrupula. 240. Partes duætertiæ & vna quarta, pedes vigintisex millia & quadringentos, hoc est deunx, in quo sunt scrupula. 264. Iugerum pedes viginti octo millia et octingentos. hoc est as, in q̃ sunt scrupula. 288. Iugeri aũt modus si semper quadraret, & in agendis mensuris in longitudinẽ haberet pedes. 240. in latitudinẽ

pedes.120. expeditissimũ esset eius ratiociniũ, sed quoniã diuersę agrorũ formę veniunt in disputationem, cuiusq; generis species subijciem⁹, q̃bus quasi formulis vtemur.

*De uarijs agrorũ formis, & eorũ dimẽsionibus. Cap. II.*

OMNIS ager aut quadratus, aut lõgus, aut cuneatus, aut triquetrus, aut rotundus, aut etiam semicirculi, vel arcus, nonnunquam etiam plurium angulorum formam exhibet. Quadrati mensura facillima est. nam cum sit vndiq; pedum totidem, multiplicantur, in se duo latera, & quæ summa ex multiplicatione effecta est, eam dicemus esse quadratorum pedum. tanquam est locus quoquouersus. C. pedum, ducimus centies centenos, fiunt decemmillia. Dicemus igitur eum locum habere decemmillia pedum quadratorum, quæ efficiunt iugeri trientem, & sextulam, pro qua portione operis effecti numerationem facere oportebit.




AT si longior fuerit, quàm latior, vt exempli causa iugeri forma pedes habeat longitudinis.240. latitudinis pedes.120. ita, vt paulo ante dixi, latitudinis pedes cum longitudinis pedibus sic multiplicabis centies vicies ducenti quadrageni fiunt vigintioctomillia, & octingenti. Dicemus iugerum agri tot pedes quadratos habere. Similiterque fiet de omnibus agris, quorum longitudo maior sit latitudine.






Sin autem cuneatus ager fuerit, vt puta longus pedes centum. latus ex vna parte pedes.20. & ex altera pedes decẽ, tunc duas latitudines componemus, fiet vtraque summa pedes.30. Huius dimidia pars est quindecim, quam cum longitudine multiplicãdo efficiemus pedes mille & quingentos. Hos igitur in eo cuneo quadratos pedes esse dicemus, quæ pars erit iugeri semuncia, & scrupula tria.




At si tribus paribus lateribus triquetrum metiri debueris, hanc formam sequeris. Esto ager triangulus pedum quoquouersus tricentorum. Hunc numerum in se multiplicato, fiunt pedes nonaginta millia. Huius summæ partem tertiam sumito, idest triginta millia. Item sumito partẽ decumã, idest nouemmillia. Vtrãq; summã cõponito, fiunt pedes triginta nouẽmillia. Dicemus hanc summam pedum quadratorũ esse in eo triquetro. Quæ mensura efficit iugerum, & trientem, & scilicum.

Triquetri agri forma

Sed si triangulus disparibus fuerit lateribus ager, tanquã in subiecta forma, quæ habet rectum angulum, aliter ratiocinium ordinabitur. Esto vnius lateris linea, quæ facit angulum rectum pedum quinquaginta, & alterius pedum centum. Has duas summas in se multiplicato, quinquagies centeni fiunt quinquemillia. Horum pars dimidia duomillia quingeni. quæ pars iugeri vnciam, et scrupulum efficit.

Orthogonij triangularis agri forma




Si rotundus ager erit, vt circuli speciem habeat, sic pedes sumito. Esto area rotunda, cuius diametros habeat pedes. 70. Hoc in se multiplicato septuagies septuageni fiunt quatuormillia & noningenti. Hanc summam vndecies multiplicato, fiunt pedes quinquaginta triamillia nongenti. Huius summæ quartamdecimã subduco scilicet pedes triamillia octingenti, & quinquaginta. Hos esse quadratos in eo circulo dico. Quæ summa efficit iugeri sexcunciam, scrupula duo & dimidium.



Rotundi agri forma

Si semicirculus fuerit ager, cuius basis habeat pedes. 140. curuaturæ autem latitudo pedes. 70. oportebit multiplicare latitudinem cum basi, septuagies centeni quadrageni fiunt nouemmillia & octingenti. Hæc vndecies multiplicata fiunt centum septemmillia, & octingenti. Huius summæ quartadecima est septemmillia & septingenti. hos pedes esse dicemus in semicirculo, qui efficiunt iugeri quadrantem scrupula quinque.

Semicircularis agri forma




140

Si aũt minus, q̃ semicirculus erit, arcũ ficmetiemur. Esto Arcus, cuius basis habeat pedes. 16. latitudo aũt pedes. 4. Latitudinẽ cũ basi pono. Fit vtrunq; pedes. 20. Hoc duco quater fiunt. 80. horũ pars dimidia est. 40. Itẽ sexdecĩ pedũ, q̃ sunt basis dimidia. 8. hi. 8. in se multiplicati fiunt. 64. Quartamdecimã partẽ duco, ea efficit pedes. 4. paulo amplius. hos adijcies ad quadraginta. Fit vtraq; summa pedes. 44. hos in arcu quadratos esse dico, qui faciunt iugeri dimidiũ scrupulũ quinta, & vigesima parte minus.

minor semicirculo agri forma




16

Si fuerit sex angulorum in quadratos pedes, sic redigitur. Esto hexagonum quoquouersus lineis pedũ.30. Latus vnum in se multiplico tricies triceni fiunt. 900. Huius summæ tertiam parteni statuo. 300. eiusdem partem decimam.90. Fiunt.390. Hoc sexies ducendum est, quoniam sex latera sunt, quæ consumata efficiunt duomillia tricenteni et quadraginta. Tot igitur pedes quadratos esse dicemus. Itaq; erit iugeri vncia dimidio scrupulo, & decima parte scrupuli minus.




Hexagoni agri forma

*Inter uites pãgendas quot pedes relinquẽdi sint. Ca. III.*

HIS igitur velut primordijs talis ratiocinij perceptis non difficiliter mensuras inibimus agrorum, quorũ nũc



omneis persequi species & longum, et arduum est. Duas etiam nunc formulas præpositis adijciam, quibus frequẽter vtuntur agricolæ in disponendis seminibus. Esto ager longus pedes milleducentos, latus pedes.120. In eo vites disponendæ sunt ita, vt quini pedes inter ordines relinquantur. Quæro quot seminibus opus sit, cũ quinũ pedum spatia inter semina desyderantur. Duco quintam partem longitudinis, fiunt.240. & quintam partem latitudinis, hoc est.24. his vtrisq; summis semper singulos asses adijcio, qui efficiunt extremos ordines, quos vocãt angulares. Fit ergo altera summa ducentorum quadragintaunius, altera vigintiquinq;. Has summas sic multiplicato quinquies & vicies duceni quadrageni singuli, fiunt sex millia & vigintiquinq;. Totidem dices opus esse seminibus.

Semina inter quinos pedes.



Similiter inter senos pedes si voles ponere, duces sextam partem longitudinis mille ducentorum. fiunt.200. & sextam latitudinis.120. idest.20. His summis singulos asses adijcies, quos dixi angulares esse. Fiũt.201. & 21. Has summas inter se multiplicabis vicies, & semel ducentos & vnum, atq; ita efficies quatuor millia ducentos & vigintiunum. Totidem seminibus opus esse dices.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Semina inter senos pedes.

Similiter si inter septenos pedes ponere voles septimam partem longitudinis, & latitudinis duces, & adijcies asses angulares, eodem modo, eodemq; ordine consumabis numerum seminum.

Semina inter septenos pedes.

Denicq; quotcunq; pedum spatia facienda censueris, totã partẽ longitudinis, & latitudinis duces, & prædictos asses adijcies. Hæc cũ ita sint, sequitur vti iugerũ agri, qui habet pedes.240. longitudinis, & latitudinis pedes.120. recipiat inter pedes ternos (hoc enĩ spatiũ minimũ esse placet vitibus ponendis) p longitudinẽ semina.81. per latitudinẽ inter quinos pedes semina.25. Qui numeri inter se multiplicati fiũt seminũ duo millia & vigintiquinq;.



Semina inter ternos pedes.



Vel si quoquouersus inter quaternos pedes vinea erit dispositа, longitudinis ordo habebit semina. 61. latitudinis 31. qui numeri efficiunt in iugero vites mille octingentas & nonagintaunã, vel si in longitudinẽ per quaternos pedes, in latitudinẽ per quinos pedes fuerit disposita, ordo longitudinis habebit semina.41. latitudinis.25. quod si inter quinos pedes consitio fuerit, per longitudinẽ ordinis habebit semina.49. & rursus per latitudinẽ semina.25. q numeri duo inter se multiplicati efficiũt mille ducentũ et vigintiquinq;. At si per senos pedes eundẽ vitibus locũ placuerit ordinare, nihil dubiũ est, quin longitudini dandæ sint.41. vites, latitudini aũt vigintiuna. Quæ inter se multiplicate efficiũt numerũ.1341. Sin aũt inter septenos pedes vinea fuerit constituenda, ordo p longitudinẽ recipiet capita.35. per latitudinẽ.18. qui numeri inter se multiplicati efficiũt.1130, Totidẽ dicemus semina præparanda. At si inter octonos pedes vinea conseretur, ordo p longitudinẽ recipiet semina.31. per latitudinẽ aũt.16. qui numeri inter se multiplicati efficiũt.496. At si inter nouenos pedes, ordo in longitudinẽ recipiet semina.27. & in

latitudinē.14. hi numeri inter se multiplicati faciūt.378. At si inter denos pedes, ordo longitudinis recipiet semina.25. latitudinis.13. hi numeri inter se multiplicati faciūt 325. et ne in infinitū procedat disputatio nostra, eadē portione, vt cuiq; placuerint laxiora spatia, semina faciemus. Ac de mensuris agrorū, numerisq; seminū dixisse abunde sit, nunc ad ordinē redeo.

De *cultura prouincialiū uinearū*. Cap. IIII.

VINEARVM prouincialiū plura genera esse comperi. Sed ex ijs, quas ipse cognoui, maxime probantur, velut arbusculae, breui crure sine adminiculo per se stantes. deinde quae pedaminibus adnixae singulis iugis imponūtur, eas rustici canteriatas appellāt. Mox quae defixis arūdinibus circū munitae per statumina calamorū materijs ligatis in orbiculos, gyrosq; flectuntur, eas nonnulli characatas vocant. Vltima est conditio stratarū vitiū, quae ab enata stirpe confestim velut proiectae per humū porriguntur. Oīm aūt sationis ferè eadē est conditio. nā vel scrobe, vel sulco semina deponuntur, quoniā pastinationis expertes sunt externarū gentiū agricolę. quę tñ ipsa penè superuacua est ijs locis, quibus solū putre, & per se resolutū est. nanq; hoc imitamur arando (vt ait Vergilius) quod etiā pastinando. itaq; campania, quoniā vicinū ex nobis capere potest exemplū. nō vtitur hac molitione terrae, quia facilitas eius soli minorē operā desyderat. sicubi aūt densior ager prouincialis rustici maiorē poscit impensam, quod nos pastinando efficimus, ille sulco facto consequitur, vt laxius subacto solo deponat semina.

*Repetitio eorū, quae dicta sunt, p singula genera*. Ca. V.

SED vt singula earū, quae proposui, vinearū genera prosequar, praedictū ordinē repetā. Vitis, quae sine adminiculo suis viribus consistit, solutiore terrae scrobe, densiore sulco ponenda est. Sed & scrobes, & sulci plurimū prosunt, si in locis temperatis in quibus aestas nō est perseuida, ante annū fiant, q̄ vineta conserantur. soli tñ ante



bonitas exploranda est. nam si ieiuno, atq; exili agro semina deponentur, sub ipsum tempus sationis scrobs, aut sulcus faciendus est. Si ante annum fiant, quam vinea cōsera tur, scrobs in longitudinem, altitudinemq; defossus tripedaneus abunde est, latitudine tamen bipedanea. vel si quaternum pedum spatia inter ordines relicturi sumus commodius habemus eandem quoquouersus dare mensuram scrobibus, non amplius tñ q̄ in tres pedes altitudinis depressis. Caeterū quatuor angulis semina applicabūtur subiecta minuta terra, & ita scrobes adobruētur. Sed de spatijs ordinum eatenus praecipiendum habemus, vt intelligant agricolae siue aratro vineas culturi sint, laxiora interordinia relinquenda, siue bidentibus angustiora. sed neq; spatiosiora, q̄ decem pedum, neq; contractiora, q̄ quatuor. Multi tamen ordines ita disponunt, vt per rectam lineam binos pedes, aut vt plurimum, ternos inter semina relinquant. Transuersa rursus laxiora spatia faciant, per quae vel fossor, vel arator incedat. Sationis autem cura non alia debet esse, quā quae tradita est à me tertio volumine. Vnum tñ huic consitioni Mago Carthaginiensis adijcit, vt semina ita deponantur, ne protinus totus scrobs terra compleatur, sed dimidia ferè pars eius sequente biennio paulatim adaequetur. Sic enim putat vitem cogi deorsum agere radices. Hoc ego siccis locis fieri vtiliter non negauerim, sed vbi aut vliginosa regio est, aut cœli status imbrifer, minime faciūdū censeo. Nam consistens in semiplenis scrobibus nimius humor ante q̄ conualescant, semina necat. Quare vtilius existimo repleri quidem scrobes stirpe depositā, & cum semina comprehenderint, statim post aequinoctium autūnale debere diligenter, atq; alte ablaqueari, & recisis radiculis, siquas in summo solo citauerint, post paucos dies adobrui. sic enim vtrunq; incommodū vitabitur, vt neq; radices in superiorem partem euocētur, neq; immodicis pluuijs parum valida vexentur semina. vbi vero iam corroborata fuerint, nihil dubium est, quin cœlestibus

æquis plurimum iuuentur. Itaq; locis, quibus clementia hyemis permittit, ad apertas vites relinquere, & tota hyeme ablaqueatas habere eas conueniet. De qualitate aũt seminum inter authores nõ conuenit. Alij malleolo protinus conseri vineam melius existimant, alij viuiradice. de qua re quid sentiã, iã superioribus voluminibus professus sum. Et nũc tamen hoc adijcio, esse quosdã agros, in quibus non æque bene translata semina, q̃ immota respondeant, sed istud rarissime accidere. Notandũ itaq; & diligenter explorandũ esse & quid quæq; ferat regio, & quid quæq; recuset. depositam ergo stirpẽ, id est malleolũ, vel viuiradicẽ formare sic conuenit, vt vitis sine pedamine consistat. hoc aũt protinus effici non potest. Nã nisi adminiculũ teneræ viti, atq; infirmæ contribueris, prorepens pampinus terræ se applicabit. itaq; posito semini arundo adnectitur, quæ velut infantiã eius tueatur, atq; educet, producatq; in tantã staturã, quantã permittit agricola. ea porrò non debet esse sublimis. nã vsq; in sexquipedẽ coercenda est. cũ deinde robur accipit, & iã sine adiumento consistere valet, aut capitis, aut brachiorũ incrementis adolescit. nã duæ species huius quoq; culturæ sunt. alij capitatas vineas, alij brachiatas magis probant. quib⁹ cordi est in brachia vitẽ componere, conuenit vt à summa parte, qua decisa nouella vitis est, quicquid iuxta, cicatricem citauerit, conseruari, & in quatuor brachia pedalis mensuræ diuidere, ita vt oẽm partẽ cœli singula aspiciant. sed hæc brachia non statim primo anno tã procera summittuntur, ne oneretur exilitas vitis, sed compluribus putationibus in prædictã mensurã educuntur. deinde ex brachijs, quasi quædã cornua prominentia relinqui oportet. atq; ita totã vitẽ oĩ parte in orbẽ diffundi putationis aũt ratio eadẽ est, quę in iugatis vitibus. vno tantũ differt, quod pro materijs longioribus pollices quaternũ, aut quinũ gemmarũ relinquũtur pro custodibus autem bigemmis reseces fiunt. in ea deinde vinea, quam capitatam diximus, iuxta ipsam matrẽ



vsq; ad corpus sarmentum detrahitur, vna aut altera tãtummodo gẽma relicta, quæ ipsi trunco adhæret. hæc autem riguis, aut pinguissimis locis fieri tutò potest, cum vires terræ, & fructũ, & materias valent præbere. maxime autem aratris excolunt, qui si sic formatas vineas habent, & eam rationem sequuntur detrahẽdi vitibus brachia, quod ipsa capita sine vlla extantia neq; aratro, neq; bubus obnoxia sunt. nam in brachiatis plerunq; fit, vt aut crure, aut cornibus boũ ramuli vitium defringantur, sæpe etiã & stiua, dũ sedulus arator vomere perstringere ordinẽ, et quam proximam partẽ vitiũ excolere studet. atq; hæc quidem cultura vel brachiatis, vel capitatis vitibus ante, q̃ gemment, adhibetur. cum deinde germinauerint, fossor insequitur, ac bidentibus eas partes subigit, quas bubulcus non potuit pertingere. mox vbi materias vitis exigit, insequitur pampinator, & superuacuos deterget. fructuososq; palmites submittit, qui cum in durauerũt, velut in coronã religantur. hoc duabus ex causis fit, vna, ne libero excursu in luxuriã prorepant, oiaq; alimenta pampini absumant, altera vt religata vitis rursus aditũ bubulco, fossoriq; in excolenda se præbeat. Pãpinandi aũt modus is erit, vt opacis locis. humidisq;, & frigidis æstate vitis nudetur, foliaq; palmitibus detrahãtur, vt maturitatem fructus capere possit, et ne situ putrescat. locis autem siccis, calidisq;, & apricis, vt è contrario palmitibus vuæ contegantur, etsi parum pampinosa vitis est, aduectis frondibus, & interdum stramentis fructꝰ muniatur. M. quidem Columella patruus meus vir illustribus disciplinis eruditus, ac diligẽtissimus agricola Bæticæ prouinciæ sub ortu caniculæ palmeis tegetibus vineas adumbrabat, quoniã plerunq; dicti syderis tempore quædã partes eius regionis sic infestantur euro, quẽ incolæ vulturnũ appellant, vt nisi tegminibus vites opacentur, velut halitu flammeo fructus vratur. atq; hæc capitatæ, brachiatæq; vitis cultura est. nam illa, quæ vno iugo superponitur, aut quæ materijs summissis arũdinũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



statuminibus per orbem connectitur, ferè eandē curam exigit, quā iugata. nonnullos tñ in vineis characatis animaduerti, & maxime eluenaci generis prolixos palmites, quasi propagines summo solo adobruere, deinde rursus ad arūdines erigere, et in fructū summittere, quos nostri agricolæ mergos, galli cādosoccos vocāt. eosq; adobruunt simplicici ex causa, quod existiment plus alimenti terrā præbere fructuarijs flagellis, itaq; post vindemiam velut inutilia sarmenta decidunt, & à stirpe summouent. nos aūt præcipimus easdē virgas, cū à matre fuerit præcisæ, sicubi demortuis vitibus ordines vacent, aut si nouellā quis vineā instituere velit, pro viuiradice ponere, quoniā quidē partes sarmentorū, quæ fuerant obrutę satis multas habent radices, quæ depositæ scrobibus, confestim comprehendant. Supereſt reliqua illa cultura prostratæ vineæ, quę nisi violentissimo cœli statu suscipi nō debet. nā & difficilē laborē colonis exhibet, nec vnquā generosi saporis vinum præbet. atq; vbi regionis conditio solā eā culturā recipit, bipedaneis scrobibus malleolus deponitur, qui cū egerminauit, ad vnā materiā reuocatur. eaq; primo anno compescitur in duas gemmas. sequente deinde, cū palmites profudit, vnus summittitur, cæteri decutiuntur. at ille, qui summissus est, cū fructū edidit, in eā longitudinē deputatur, vti iacens nō excedat interordinij spatiū. nec magna est putationis differentia cubantis, & stantis rectæ vineæ, nisi quod iacēti vti breuiores materiæ summitti debent, reseces quoq; angustiō in modū furunculorū relinqui. sed post putationē, quam vtiq; autumno in eiusmodi vinea fieri oportet, vt vitis tota deflectatur in alterū interordiniū, atq; ita pars ea, quæ fuerat occupata, vel foditur, vel aratur, & cum excolta est, eandem vitem recipit, vt altera quoq; pars excoli possit. de pampinatione talis vineæ parum inter authores conuenit. alij negant esse nudandam vitem, quo melius contra iniuriam ventorum, ferarumq; fructum abscōdat. alijs placet parcius pampinari, vt & vitis non



in totum superuacuis frondibus oneretur, & tamen fructum vestire, aut protegere possit, quæ ratio mihi quoq; commodior videtur.

## De ulmarijs faciendis. Cap. V.

SED iam de vineis satis diximus, nunc de arboribus præcipiendum est. qui volet frequens, & dispositū arbustum paribus spatijs, fructuosumq; habere, operā dabit, ne emortuis arboribus rarescat, ac primam quanq; senio aut tempestate affictam summoueat, & in vicem nouellam sobolem substituat. id aūt facile consequi poterit, si vlmorū seminariū paratū habuerit. quod, & quō, & qualis generis faciendum sit, non pigebit deinceps præcipere. vlmorū duo esse genera conuenit. gallicum, & vernaculū. illud atinia, hoc nostras dicitur. Atiniā vlmū Tremellius Scrofa non ferre samerā (quod est semen eius arboris) falsō est opinatus. nā rariorē sine dubio creat, et in circo plerisq; & sterilis videtur, seminibus inter frondē, quam prima germinatione edit, latentibus. itaq; nemo iam serit ex samera, sed ex sobolibus. est aūt vlmus longe lætior, & procerior, quam nostras, frondemq; iucundiorem bubus præbet. qua cum assidue pecus alueris, & postea generis alterius frondem dare institueris, fastidiū bubus affert. itaq; si fieri poterit, totum agrum genere vno atiniæ vlmi conseremus. si minus dabimus operā, vt in ordinibus disponendis pari numero vernaculas, et atinias alternemus, ita semper mista fronde vtemur, & quasi hoc condimento illectæ pecudes fortius iusta cibariorum conficient. sed vitem maxime opulus videtur alere, deinde vlmus, post etiam fraxinus. Opulus, quia raram, neque idoneam frondem pecori præbet, à pleriſq; que repudiata est. Fraxinus, quæ capris, & ouibus gratissima est, nec inutilis bubus, locis asperis, vel montosis, quibus minus lætatur vlmus, recte seritur. vlmus, quod & vitem commodissime patitur, & iucundissimum pabulum bubus affert, varijsq; generibus soli prouenit, à

Vlmorū duo genera. Opulus. fraxinus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



pleriſq; reſeritur. itaq; cui arbuſtum nouũ inſtituere cordi eſt, ſeminaria vlmorum, vel fraxinorum parentur ea ratione, quam deinceps ſubſcripſimus. nam opuli melius cacuminibus, in arbuſto protinus deponuntur. igitur pingui ſolo, & modice humido bipalio terram paſtinabimus, ac diligenter occatam, & reſolutam, verno tempore in aream componemus, ſameram deinde, quæ iam rubicundi coloris erit, & compluribus inſolata diebus iacuerit, vt aliquem tamen ſuccum, & lentorem habeat, in iſciemus aeris, & eas totas ſeminibus ſpiſſe contegemus, atq; ita cribro putrem terram duos alte digitos incernemus, & modice rigabimus, ſtramentisq; areas cooperiemus, ne prodeuntia cacumina ſeminum ab auibus prædentur. vbi deinde prorepſerint plantæ, ſtramenta colligemus, & manibus herbas carpemus. idq; leuiter, & curioſe faciendum eſt, ne adhuc teneræ, breuesq; radiculæ vlmorũ conuellantur, atq; ipſas quidẽ areas ita anguſte cõpoſitas habebimus, vt qui runcaturi ſunt, medias partes earũ facile manu contingant. nam ſi latiores fuerint ipſis ſeminibus, quæ proculcata erunt, noxam capient.

Aeſtate deinde prius quàm ſol oriatur, aut ad veſperum, ſeminaria conſpergi potius, quàm rigari debent. & cum ternũ pedum plantæ fuerint, in aliud ſeminarium transferri, ac ne radices altius agãt (quę res poſtmodũ i eximẽdo magnum laborem affert, cũ plantas in aliud ſeminarium transferre volumus) oportebit non maximos ſcrobiculos ſeſquipede inter ſe diſtantes fodere. deinde radices in nodum ſi breues, vel in orbem coronæ ſimilem, ſi longiores erunt, inflecti, & oblitas fimo bubulo ſcrobiculis deponi, ac diligenter circunculcari. poſſunt etiam collectæ cum ſtirpibus plantæ eadem ratione diſponi. quod in atinia vlmo fieri neceſſe eſt, quæ non ſeritur è ſamera, ſed hæc vlmus autumni tempore melius, quàm vere diſponitur, paulatimq; ramuli eius manu detorquẽtur, quoniam primo biennio, ferri reformidat ictum, tertio demũ anno acuta falce abraditur, atq; vbi translatio



hi iam idonea eſt, ex eo tempore autumni, quo terra imbribus permaduerit, vſq; in vernum tempus ante, quàm radix vlmi in eximẽdo delibretur, recte ſeritur. igitur in reſoluta terra ternum pedũ quoquouerſus faciendi ſcrobes, at in denſa, ſulci eiuſdem altitudinis. qui arbores recipiant præparandi. ſed deinde in ſolo reſido, & nebuloſo conſerendæ ſunt vlmi, vt earum rami ad orientem, et in occidentem dirigantur, quo plus ſolis mediæ arbores, quibus vitis applicata, & religata innititur, accipiant. Quod ſi etiã frumentis cõſulemus, vberi ſolo intra quadraginta pedes, exili vbi nihil ſeritur ĩtra viginti arbores diſponantur. cum deinde adoleſcere incipient, falce formandę, & tabulata inſtituenda ſunt. hocenim nomine vſurpant agricolæ ramos, truncosq; prominentes, eosq; vel propius ferro compeſcunt, vel longius promittunt, vt vites laxius diffundantur. hoc in ſolo pingui. melius illud in gracili. tabulata inter ſe ne minus ternis pedibus abſint, atq; ita formentur, ne ſuperior ramus in eadem linea ſit, qua inferior, nam demiſſum ex eo palmitem germinantẽ inferior atteret, & fructum decutiet. ſed quancunq; arborem ſeueris, eam biennio proximo putare non oportet. poſt deinde ſi vlmus exiguum incrementum recipit, verno tempore ante quàm librum demittat, decacuminanda eſt iuxta ramulũ, qui videbitur eſſe nitidiſſimus, ita tamen vti ſupra eum trunco ſtirpem dodrantalem relinquas, ad quam ductus, & applicatus ramus alligetur, & correptus cacumen arbori præbeat. Deinde ſtirpem poſt annum præcidi, & alleuari oportet, quod ſi nullum ramulum arbor idoneum habuerit, ſaterit nouem pedes à terra relinqui, & ſuperiorẽ partem detruncari, vt nouę virgæ, quas emiſerit, ab iniuria pecoris tutę ſint. ſed ſi fieri poterit, vno ictu arborẽ præcidi ſi minus ſerra deſecari, & plagam falce alleuari oportebit, eamq; plagam luto paleato contegi, ne ſole, aut pluuijs infeſtetur. Poſt annũ, aut bienniũ, cũ enati ramuli recte cõualuerint, ſuperuacuos deputari, & idoneos ĩ ordinẽ ſummitti cõueniet.

Universidad de Deusto
Biblioteca



quæ vlmus à positiõe bene prouenerit, eius summæ vir-
gæ falce debent enodari. at si robusti ramuli erunt, ita ser-
ro amputentur, vt exiguam stirpem prominentem trun-
co relinquas. cum deinde arbor conualuerit, quicquid fal-
ce contingi poterit, exputandum est, alleuandumq; eate-
nus, ne plaga corpori matris applicetur. vlmum aũt no-
uellam sic formare conueniet. loco pingui octo pedes à
terra, sine ramo relinquendi, vel in aruo gracili septem
pedes. supra quod spatium deinde per circuitum in tres
partes arbor diuidenda est, ac tribus lateribus singuli ra-
muli submittendi, primo tabulato assignentur. mox de
ternis pedibus superpositis, alij rami summittendi sunt,
ita ne eisdem lineis, quibus in superiore positi sint. in ea-
demq; ratione vsq; in cacumen ordinanda erit arbor. at
que in frondatione cauendum, ne aut prolixiores polli-
ces fiant, qui ex amputatis virgis relinquuntur, aut rur-
sus ita alleuentur, ne ipse truncus lædatur, aut deli bretur,
nam parum gaudet vlmus. quę in corpus nudatur, vitan
dumq; ne de duabus plagis vna fiat, cum talem cicatricẽ
non facile cortex comprehendat. arboris autem perpe-
tua cultura est, non solum ante diligenter eadem dispo-
nere, sed etiam truncum circunfodere, & quicquid fron-
dis enatum fuerit, alternis annis aut ferro amputare, aut
astringere, ne æmula vmbra viti noceat. cum deinde ar-
bor vetustatem fuerit adepta, propter ramum vulnerabi
tur ita, vt excauetur vsq; in medullam, qua sit exitus hu-
mori, quem ex superiore parte conceperit. vitem quoq;
ante quàm ex toto arbor prævalescat, conserere conue-
nit. at si teneram vlmum maritaueris, nouam sufferet, si
vetustam vitem applicueris, coniugem necabit, ita sibi
pares esse ætate, & viribus arbores, vitesq; conuenit. sed
arboris maritandæ causa scrobis viuiradici fieri debet, la
tus pedum duorum, altus leui terra, totidem pedum, gra-
ui, dupondio & dodrante, longus pedum sex, aut mini-
mum quinq;, absit autem hic ab arbore ne minus sexqui
pedali spatio. nam si radicibus vlmi iunxeris, male vitis



comprehendet, & cum tenuerit, incremento arboris op-
primetur. Hunc scrobem, si res permittit, autũno facito,
vt pluuijs, & gelicidijs maceretur. circa vernum deinde
æquinoctium binæ vites, quo celerius vlmum vestiant,
pedẽ inter se distantes scrobibus deponendæ, cauendũq;
ne aut septentrionalibus ventis, aut rorulentæ, sed siccæ
serantur. hanc obseruationem non solum in vitium po-
sitione, sed in vlmorum, cæterarumq; arborũ præcipio,
& vti cum de seminario eximũtur, rubrica notetur vna
pars, quę nos admoneat, ne aliter arbores constituamus,
quàm quemadmodum in seminario steterint. plurimũ
enim refert, vt eam partem cœli spectent, cui ab tenero
consueuerunt. melius autem locis apricis, vbi cœli status
neq; prægelidus, neq; nimium pluuius est, autumni tem-
pore, & arbores, & vites post æquinoctium deponũtur.
sed eæ ita conserendæ sunt, vt summam terram, quę ara
tro subacta sit, semipedem alte substernamus, radicesq;
omnes explicemus, & depositas stercoremus (vt ego exi-
stimo) si minus terra subacta operiamus, & circumcalce-
mus ipsum seminis codicẽ, vites in vltimo scrobe depo-
ni oportet, materiasq; earum per scrobem porrigi, dein-
de ad arborem erigi, atq; ab iniuria pecoris caucis emu-
niri. locis autem feruidis semina septentrionali parte ar
bori applicanda sunt, locis frigidis à meridie, temperato
statu cœli, aut ab oriente, aut ab occidente, ne toto die so
lem, vel vmbram patiantur. Proxima deinde putatione
melius existimat Celsus ferro abstineri, ipsosq; coles in
modum coronæ contortos arbori circundari, vt flexura
materias profundat, quarum validissimam sequente an-
no caput vitis faciamus. me autem longus docuit vsus,
multo vtilius esse primo quoq; tempore falcem vitibus
admouere, nec superuacuis sarmentis pati syluescere. sed
eam quoq;, quæ primo summittetur, materiam ferro co-
ercendam censeo vsq; in alteram, vel tertiam gemmã,
quo robustiores palmites agat. qui cum primum tabula-
tũ apprehenderint, proxima putatione disponetur, om-

nibus annis alioquin in superius tabulatum excitabitur relicta semper vna materia, quæ applicata trunco cacumen arboris spectet. iamq; viti constitutæ certa lex ab agricolis imponitur. plericq; ima tabulata materijs frequentant vberiorem fructum, & magis facilem cultū sequentes. at qui bonitati vini student, in summas arbores vitē promouent, vt quæq; materiæ se deuectæ in celsissimū quēq; ramum extendunt, sic vt summa vitis summam arborem sequatur, idest vt duo palmites extremi trunco arboris applicentur, qui cacumen eius spectent, & prout quisq; rantus conualuit, vitē accipiat. plenioribus ramis plures palmites alius ab alio separati imponantur, gracilioribus pauciores, vitisq; nouella tribus toris ad arborem religetur, vno, qui est in crure arboris à terra quatuor pedibus distans, altero, qui summa parte vitem capit, tertio, qui mediam vitem complectitur, torū imum imponi tum oportet, cum vires viti adimit, interdū enim necessarius habetur, cū aut arbor sine ramis truncata est, aut vitis prævalens in luxuriā euagatur. cætera putationis ratio talis est, vt veteres palmites, quibus proximi anni fructus pependit, omnes recidantur, noui circuncisis vndiq; capreolis, & nepotibus, qui ex his nati sunt, amputati committantur. & si læta vitis est, vltimi potius palmites p̄ cacumina ramorū p̄cipitētur. si gracilis, trunco proximis. si mediocris, medijs, quoniam vltimus palmes plurimū fructum affert, proximus nimiū, vitem q; exhaurit, atq; attenuat. maxime autem prodest vitibus, omnibus annis resolui. nam & commodius enodantur, & refrigerantur, cum alio loco alligatę sunt, minusq; læduntur, ac melius conualescunt, atq; ipsos palmites ita tabulatis superponi conuenit, vt à tertia gēma, vel quarta religati dependeant, eosq; non constringi, ne sarmentum vimine præcidatur. quod si ita longe tabulatum est, vti materia parum commode in id perduci possit, palmitem ipsum viti alligatum supra ternam gemmā religabimus. hoc ideo fieri præcipimus, quia quæ pars palmitis



præcipitata est, fructu induitur. at quæ vinculo adnexa sursum tendit, ea materias sequente anno præbet. sed ipsorum palmitum duo genera sunt. alterum, quod ex duro prouenit, quod quia primo anno plerunq; frondem sine fructu affert, pampinarium vocant. alterum, quod ex anniculo palmite procreatur, quod, quia protinus creat, fructuarium appellant. cuius vt semper habeamus copiam in vinea, palmitis partes ad tres gemmas religandę sunt, vt quicquid intra vinculum est, materias exigat. cū deinde annis, & robore vitis cōualuit, traduces in proximam quanq; arborem mittendæ, easq; post biennium amputare, simulatq; alias teneriores transmittere conuenit, nam vetustate vitem fatigant. nonnunquam etiam cum arborem totā vitis comprehendere nequit, ex vsu fuit partem aliquam eius deflexā terræ inmergere, & rursus ad eandem arborem duas, vel tres propagines excitare, quo pluribus vitibus circumuenta celerius vestiatur. Viti nouellæ pampinarium dimitti nonoportet, nisi necessario loco natus est, vt viduū ramū maritet. veteribꝰ vitibus loco nati palmites pampinarij vtiles sunt, & plericq; ad tertiā gemmā resecti optime submittuntur. nā in sequenti anno materias fundunt. quisquis aūt pampinus loco natus in exputando, vel alligando fractus est, modo vt aliquam gemmam habuerit, extolli non oportet, quoniā proximo anno vel validiorem materiā ex vna creabit. Præcipites palmites dicuntur, qui de hornotinis virgis enati in duro alligantur. hi plurimum fructus afferunt, sed plurimum matri nocent. Itaq; nisi extremis ramis, aut si vitis arboris cacumen superauerit, præcipitari palmitē non oportet, qđ si tamen id genus colis propter fructum summittere quis velit, palmitem intorqueat. deinde alliget, & præcipitet. nam & post eum locum, quem intorseris, lætam materiam citabit, & præcipitata minus virium in se trahet, quamuis fructu exuberet. Præcipitem vero plus anno pati non oportet. Alterum est genus palmitis, quod de nouello nascitur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& in tenero alligatũ dependet.(materiã vocamus)ea & fructum & noua flagella leue procreat. et iam si ex vno capite duæ virgæ summittantur, tamen vtraq; materia dicitur. Nam pampinarius quam vim habeat, supra docui, Focaneus est, qui inter duo brachia velut in furca de medio nascitur. eum colem deterrimum esse comperi, qđ neq; fructũ ferat, & vtraq; brachia inter quæ natus est, attenuet, itaq; tollendus est. plericq; vitem validam, & luxuriosam falsò crediderunt feraciorẽ fieri, si multis palmitibus submissis oneretur. nam ex pluribus virgis plures pampinos creat, & cum se multa fronde cooperit, pejus defloret, nebulasq; & rores diutius continet, omnẽq; vuam perdit. Validam ergo vitẽ in ramos diducere censeo, & traducibus dispergere, atq; diradiare, cæterosq; vinearios coles præcipitare, & si nimis luxuriabitur, solutas materias relinquere, ea ratione vitem feraciorem facere. sed vt densum arbustum commendabile fructu, & decore est, sic vbi vetustate rarescit, pariter inutile, & inuenustũ est. quod ne fiat diligentis patrisfamilias est primam quanq; arborem senio defectam tollere, vt in eius locum nouellam restituere vitem queat, nec tam viuiradice frequentare(ea & si sit facultas)quàm(quod est longe melius) ex proximo propagare. cuius vtriusq; ratio consimilis est ei, quam tradidimus. atq; hæc de Italico arbusto satis præcepimus.

## De *Arbusto gallico*. Ca. VI.

EST & alterũ genus arbusti gallici, quod vocatur rumpotinum. Id desyderat arborem humilem, nec frondosam. Cui rei maxime videtur idonea opulus. Ea est arbor corno similis, quinetiam cornus, & carpinus, & ornus. nonnunquam & salix à plerisq; in hoc ipsum disponitur. Sed salix nisi in aquosis locis, vbi aliæ arbores difficiliter comprehendunt, ponenda non est, quia vini saporem infestat. Potest etiam vlmis sic disponi, vt adhuc tenera decacuminetur, ne altitudinem quindecim pedũ



excedat. Nam ferè ita constitutum rumpotinetum animaduerti, vt ad octo pedes locis siccis, & cliuosis, ad duodecim locis planis, & vliginosis tabulata disponantur. Plerunq; autem ea arbor in tres ramos diuiditur, quibus singulis ab vtraq; parte complura brachia summittuntur, tũ omnes penè virgæ ne vmbrent eo tempore, quo vitis putatur, abraduntur. Arboribus rumpotinis si frumentum non inseritur, in vtranq; partem viginti pedũ spatia interueniunt. At si segetibus indulgetur, in alterã partẽ quadraginta pedes, in alterã viginti relinquuntur. Cætera simili ratione atq; in arbusto italico administrãtur, vt vites longis scrobibus deponantur, vt eadem diligentia curetur. atq; in ramis deducatur, vt noui traduces oĩbus annis inter se ex arboribus proximis connectantur, & veteres decidantur. Si tradux traducem non contingit, media virga inter eas deligetur. Cum deinde fructus pondere vrgebit, subiectis adminiculis sustineatur. Hoc autem genus arbusti, cæteræq; oẽs arbores quanto altius arantur, & circunfodiuntur maiore fructu exuberant, quod an expediat patrisfamilias facere cultus docet.

## De *generibus olearum*. Cap. VII.

OMNIS tamen arboris cultus simplicior, q̃ vincarũ est, longeq; ex omnibus stirpibus minorem impensam desyderat olea, quæ prima oĩm arborum est, nam quamuis non continuis annis sed ferè altero quoq; fructũ afferat, eximia tamen eius ratio est, quod leui cultu sustinetur, & cum se non induit, vix vllam impensam poscit. sed & siquam recipit, subinde fructus multiplicat, neglecta compluribus annis non vt vinea deficit, eoq; ipso tempore aliquid etiã interim patrisfamilias prestar, & cũ adhibita cultura est, vno anno emendatur. Quare etiam nos in hoc genere arboris diligenter præcipere censuimus. Olearũ sicut vitiũ, plura genera esse arbitror, sed in meam notitiam decem modo peruenerunt. Pausia, algia na, liciniana, sergia, neuia, culminia, orchis, regia, circites,

Universidad de Deusto
Biblioteca



murtea. Ex quibus baca iucundissima est pausiæ, speciosissima est regiæ, quæ potius escæ, quàm oleo est idonea. Pausiæ tamen oleum saporis egregij, dum vitide est, vetustate corrumpitur. Orchis quoq; , & radius melius ad escam, quàm in liquorem stringitur . Oleum optimũ licinia dat, plurimum sergia. omnisq; olea , & maior ferè ad escam, minor oleo est aptior. Nulla ex his generibus, aut perferuidum, aut gelidum statum cœli patitur. Itaq; æstuosis locis septẽtrionali colle, frigidis meridiano gaudet. Sed neq; depressa loca, neq; ardua, magisq; modicos cliuos amat, quales in Italia Sabinorum, vel tota prouincia Bætica videmus. Hanc arborem plerique existimant vltra miliarium sexagesimũ à mari, aut non viuere, aut non esse feracem. Sed in quibusdã locis recte valet. Optime vapores sustinet pausia, frigus sergia. Aptissimũ genus terræ est oleis, cui glarea subest, si superposita creta sabulo admista est. Non minus probabile est solum , vbi pinguis sabulo est. Sed & densior terra, si vuida , & læta est, commode receipit hanc arborem. Creta ex toto repudianda est, magis etiam scaturiginosa , & in qua semper vligo consistit. Inimicus est etiam ager sabulo macer, & nuda glarea . Nam & si non emoritur in eiusmodi solo, nunquam tamen conualescit. Potest tamen in agro frumentario seri , vel vbi arbutus, aut ilex steterant . Nam quercus etiã excisa radices noxias olueto relinquit, quarum virus enecat oleam. Sed hæc in vniuersum de toto genere huius arboris habui vobis dicere . Nunc per partes culturam eius exequar.

## De *seminarijs oliuarum faciendis.* Cap. VIII.

SEMINARIVM olueto præparetur cœlo libero, terreno modice valido, sed succoso, neq; denso, neq; soluto solo, potius tamen resoluto id genus terræ ferè nigræ est, quam cum in tres pedes pastinaueris, & alta fossa circundederis, ne aditus pecori detur fermentari sinito . Tũ ramos nouellos proceros, & nitidos , quos cõprehensos



manus possit manubrij circũuenire, hoc est crassitudine feracissimos arboribꝰ adimito, & ex his quamrecentissimas taleas recidito, ita vt ne corticẽ , aut vllam aliã partem, quàm quæ serra præciderit, lædas . hoc autem facile contingit , si prius varam feceris, & eam partem , supra quam ramum secaturus es, fœno, aut stramentis texeris, vt molliter, & sine noxa corticis taleæ superpositę secentur. Taleæ deinde sexquipedales serra præcidantur, atque earum plagæ vtraq; parte falce leuentur, & rubrica notentur, vt sic quemadmodum in arbore steterat ramus, ita parte ima terram, & cacumine cœlum spectans deponatur. Nam si inuersa mergatur, difficulter comprehendet, & cum validius conualuerit, sterilis in perpetuum erit. Sed oportebit talearum capita, & imas partes misto fimo cũ cinere oblinire, et ita totas eas immergeri, vt pu tris terra quatuor digitis alte superueniat. Sed binis indicibus ex vtraq; parte humantur . hi sunt de qualibet arbore breui spatio iuxta eas positi, & in summa parte inter se vinculo connexi, ne facile singuli deijciantur. Hoc facere vtile est propter fossorum ignorantiam, vt cũ bidentibus , aut sarculis seminarium colere instituerís, depositæ taleæ non lædantur. Quidam melius existimant hortulis excolere, & chorda simili ratione disponere. sed vtrunq; debet post vernum æquinoctium seri, & quam frequentissime seminarium primo anno sarriri, postero, & sequentibus , cum iam radiculæ seminum conualuerint, rastris excoli. Sed biennio à putatione abstineri, tertio anno singulis seminibus binos ramulos relinqui , & frequenter sarriri seminarium conueniet . Quarto anno ex duobus ramis infirmior amputandus est , sic excultæ quinquennio arbusculæ habiles translationi sunt. Plantæ autem in olueto disponuntur optime siccis, miniméque vliginosis agris per autumnum , lætis , & humidis verno tempore paulo ante, quàm germinent. Atque ipsis scrobes quaternum pedum præparantur anno ante. vel si tempus non largitur, prius quàm deponãtur

Universidad de Deusto
Biblioteca



arbores, stramentis incendantur scrobes, vt eo signis putres faciat, quos sol, & pruina facere debuerat. Spatium inter ordines minimum esse debet pingui, & frumentario solo sexagenum pedum in alteram partem, atq; in alteram quadragenum, macro, nec idoneo segetibus quidem, et vicenum pedum. Sed in fauonium dirigi ordines conuenit, vt æstiuo proflatu refrigerentur. Ipsæ autē arbusculę hoc modo possunt transferri, ante quàm explantes arbusculam, rubrica notato partem eius, quæ meridiem spectat, vt eodem modo, quo in seminario erat, deponatur. Deinde vt arbusculæ spatium pedale in circuitu relinquatur, atq; ita cum suo cespite planta eruatur. Qui cespes in eximendo ne resoluatur, modicos surculos virgarum inter se connexos facere oportet, eosq; pilæ, quæ eximitur, applicare, & viminibus ita innectere, vt costricta terra velut inclusa teneatur. Tum subruta parte ima leuiter pilam commouere, & suppositis virgis alligare, atq; plantā transferre. Quæ antequàm deponatur, oportebit solum scrobis imum fodere bidentibus, deinde terram aratro subactam (si tamen pinguior erit summa humus) immittere, & ita ordei semina substernere, & si constet in scrobibus aqua, ea omnis hauriēda est ante, quàm demittantur arbores, deinde ingerēdi minuti lapides. vel glarea mista pingui solo, depositisq; seminibus latera scrobis circuncidenda, et aliquid stercoris interponendū. Quod si cum ea terra planta non conuenit, tum optimū est omni fronde priuare truncum, atq; leuatis plagis, fimoq;, et cinere oblitis in scrobem, vel sulcum deponere. Truncus autem aptior translationi est, qui brachij crassitudinem habet. Poterit enim longe maioris incrementi, et robustioris transferri, quem ita conuenit poni, vt si non periculum à pecore habeat, exiguus admodum supra scrobem emineat. lætius enim frondet. si tamen incursus pecoris aliter vitari non poterit, celsior truncus constituetur, vt sit innoxius ab iniuria pecorum. Atque etiam rigandæ sunt plantæ, cum siccitates incesserūt, nec



nisi post biennium ferro tangendæ. ac primo surculari debent, ita vt simplex stylus altitudinem maximi scrobis excedat. deinde arando ne coxam bos, aliamue partē corporis offendat. optimum est etiam constitutas plantas circummunire caueis, deinde constitutum iam, & maturum oliuetum in duas partes diuidere, quæ alternis annis fructu induantur, neq; enim olea continuo biennio vberat. Cum subiectus ager consitus non est, arbor coliculum agit, cum seminibus repletur, fructum affert, ita sic diuisum oliuetum omnibus annis æqualem reditum adfert. Sed id minime bis anno arari debet, & bidentibus alte circunfodiri. Nam post solstitium cum terra æstibus hiat, curandum est, ne per rimas sol ad radices arborum penetret. Post æquinoctium autumnale ita sunt arbores ablaqueandæ, vt à superiore parte, si olea in cliuo sit, incilia excitentur, quę limosam aquam ad codicē deducant. Eis deinde soboles, quæ ex vno stirpe nata est, quotannis extirpanda est, ac tertio quoq; fimo vel pabulandæ sunt oleæ. Atq; eadem ratione stercorabitur oliuetum, quam in secundo libro proposui, tñ segetibus prospicietur. Ac si ipsis tārūmodo arboribus satis seruaueris, singulis stercoris caprini sex libræ stercoris sicci modij singuli, vel amurcæ in singulis congius. Stercus autumno debet injici, vt permistum hyemi radices oleæ calefaciat. Amurca valentibus infundenda est, nam per hyemem si vermes, atq; alia suberunt animalia, hoc medicamēto necantur. Plerunq; etiam locis siccis, & humidis arbores musco infestantur, quem nisi ferramento resecueris, nec fructum, nec lætam frondem olea inducet. Quinetiā compluribus interpositis annis oliuetū putandū est. nā veteris prouerbij meminisse conuenit. Eum, qui aret oliuetū, rogare fructum, qui stercoret, exorare, qui cædat cogere. Quod tñ satis erit octauo anno feciſſe, ne fructuarij rami subinde amputentur. Solent etiam quamuis lætę arbores fructum non afferre. Eas terebrari gallica terebra conuenit, atq; ita in foramē viridem taleam olea

stri demitti, sic velut inita arbor fœcundo semine fertilior extat. Sed & sine ablaqueatione adiuuanda est amurca insulsa cum suilla, vel nostra vrina vetere, cuius vtriusq; modus seruatur. Nam maximæ arbori ni, tantūdē aquæ misceatur, vrna abunde erit. Solent etiam vitio soli fructum oleæ necare. Cui rei sic medebimur. altis gyris ablaqueamus eas, deinde calcis pro magnitudine arboris plus, minusue circundabimus, sed minima arbor modicum postulat. Hoc remedio si nihil fuerit effectū, ad præsidium insitionis confugiendum erit. Quemadmodum autem olea inserenda sit postmodum dicemus, nonnunquam etiam in olea vnus ramus cæteris aliquanto est lętior, quem nisi recideris, tota arbor cōtristabitur. Ac de oliuetis hactenus dixisse satis est. Superest ratio pomiferarum arborum, cui rei deinceps præcepta dabimus.

## De arboribus pomiferis. Cap. IX.

LOCVM pomarij, prius q̄ semina seras, circummunire macerijs oportet vel sepe, vel fossa præcipiti. vt nō solū pecori, sed & hoī transitū negare valeat, quoniā si sæpius cacumina hoīs manu tractata, aut à pecorib⁹ prærosa sunt, in perpetuū semina incrementū capere nequeunt. Generatim aūt disponere arbores vtile est, maxime etiā ne imbecilla à valentiore prematur, quia nec viribus nec magnitudine par est, imparicq; spatio temporis adolescit. Terra, quæ vitibus apta est, etiam arboribus est vtilis. ante annum, q̄ seminare voles, scrobē fodito, ita sole, pluuiisue macerabitur, & quod positū est, cito cōprehendet. At si eodem anno & scrobem facere, & arbores serere voles, minimū ante duos mēses scrobes fodito, postea stramentis incensis calefacito. quos si latiores, patentioresq; feceris, lætiores, vberioresq; fructus percipies. Sed scrobis clibano similis fiat, cuius imū summo patentius est, vt laxius radices vagentur, ac minus frigoris hyeme, minusq; æstate vaporis per angustū os penetret, etiā vt cliuosis locis terra, quæ in eū cōgesta est, à pluuijs



nō abluatur, arbores raris interuallis serito, vt cū creuerint, spatiū habeant, quo ramos extendant. nam si spisse posueris, nec infra serere quid poteris, nec ipsæ fructuosæ erūt, nisi interuul seris. ita inter ordines quadragenos pedes minimūq; tricenos relinquere cōuenit. Semina lege crassa, non minus, q̄ manu briū bidentis, recta, leuia, procera, sine vlceribus, integro libro, ea bene, & celeriter comprehendent. Si ex veteribus ramis sumes, de ijs quoq;, qui quotannis bonos, & vberes fructus afferunt, eligito, ac illos magis, qui sunt contra solē, q̄ qui vmbris ramis, aut plantis continētur. Sed ante q̄ arbusculas trāsferas, nota quibus ventis antea fuerant constitutæ, postea manus admoueto, vt de cliuo, & sicco in humidum agrū transferas. Trifurcā maxime ponito. Ea extet minime tribus pedibus. Si eodē scrobe duas, aut tres arbusculas voles constituere, curato, ne inter sese contingant, quoniā mutuo contactu aut computrescent, aut vermibus interibunt. Cū semina depones, dextra, sinistraq; vlq; in imū scrobē fasciculos sarmentorū brachij crassitudinis demittito, ita vt supra terrā paululū extent, per ǫs æstate paruo labore aquā radicibus sumministrare possis, arbores. ac semina cū radicibus autumno serito, hoc est circa Calendas, & Idus Octobris. Primo vere ante q̄ germinent, arbores, deponito. ac ne tinea molesta sit seminibus fculneis, in imū scrobē lentisci taleā inuerso cacumine demittito. Ficū frigoribus ne serito. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdū & saxosa amat. Eiusmodi arbor cito conualescit, si scrobes amplos, patentesq; feceris. Ficorū genera, & si sapore, atq; habitu distant, vno modo, sed pro differentia agri seruntur. Locis frigidis autumni temporibus, & aquosis præcoques ponito, vt ante pluuiā fructū deligas. Locis calidis hybernas serito. at si voles ficū quamuis non natura, serā facere, tū grossulos, prioremue fructum decutito, iterum alterum edet, quem in hyemem differet. nonunquam etiam, cum frondere cœperunt cacumina fici, ferro summa prodest

mputare, sic firmiores arbores, & feraciores fiũt. ac sem
per conueniet, simulatq; folia agere cœperint ficus, rubri
cam amurca diluere, & cũ stercore humano ad radicem
infundere. Ea res efficit vberiorem fructum, & farctũ fi
ci pleniorem, ac meliorem. Serendæ sunt autẽ præcipue
liuianæ, africanæ, calcidicæ, sulcæ, lydiæ, calliſtrutiæ, to
piæ, rhodiæ, libycæ, hybernæ, omnes etiam biferæ, & tri
feræ floſculi. Nucem græcam ſerito circa Calen. Feb. quæ
prima gemmaſcit. agrum durum, calidum, ſiccum deſy
derat. nam in locis diuerſis nucem ſi depoſueris, plerum
q; putreſcit. Ante q̃ nucem deponas, in aqua mulſa, nec
nimis dulci macerato. ita iucundioris ſaporis fructum
cum adoleuerit, præbebit, & interim melius, atq; celerius
frondebit. Ternas nuces in trigonum ſtatuito, vt nux à
nuce minime palmo abſit, & anceps ad fauonium ſpe
ctet. Oĩs aũt nux vnam radicem mittit, & ſimplici ſtylo
prorepit. Cum ad ſcrobis ſolum radix peruenit, duritia
humi coercita recuruatur, & ex ſummo duum ramorũ
ambas radices emittit. Nucem græcam, & auellanam ta
rentinam facere hoc modo poteris. In quo ſcrobe deſti
naueris nuces ſerere, in eo terram minutam pro modo
ſemipedis ponito, ibiq; ſemen ferulæ repangito. cum fe
rula fuerit enata, eã findito, & in medulla eius ſine puta
mine nucem græcam, aut auellanam abſcondito, & ita
adobruito, hoc ante Calen. Mar. facito, vel etiã inter No
nas. & Idus Mar. Eodẽ tempore iuglandẽ, & pineã, & ca
ſtaneã ſerere oportet. Malũ punicũ eodem tempore vſ
q; in Cal. Aprilis recte ſeritur. qd̃ ſi acidũ, aut minus dul
cẽ fructũ feret, hoc modo emendabitur. Stercore ſuillo,
& humano, vrinaq; vetere radices rigato. ea res & ferti
lẽ arborẽ reddet, et primis annis fructũ vinoſum, et poſt
quinquennium dulcem, & apyrenũ facit. nos exiguum
admodũ laſeris vino diluimus, & ita cacumina arboris
ſumma obleuimus. ea res emendabit acorẽ malorũ. Ma
la punica ne in arbore rumpantur, remedio ſunt lapides
tres, ſi, cum ſeres arborẽ, ad radicem ipſam collocaueris.



at ſi iã arborẽ ſatã habueris, ſcillã ſecundũ radicẽ arboris
ſerito. Alio modo cũ iã matura mala fuerint, ante q̃ rũ
pantur, ramulos, quibus dependẽt, intorqueto, eodẽ mo
do ſeruabuntur incorrupta etiã toto anno. Pyrũ autum pirus.
no ante brumã ſerito, ita vt minime dies. XXV. ad bru
mã ſuperſint. quæ vt ſit ferax, cũ adoleuerit, alte eã abla
queato, & iuxta ipſam radicẽ truncũ findito, & fiſſurã
cuneo tedæ pineæ adigito, & ibi relinqto, deinde abſum
pta ablaqueatione, cinerẽ ſupra terrã iniſcito. Curandũ
eſt aũt, vt quã generoſiſſimis pyris pomaria conſeram?
Ea ſunt cruſtumina, regia, ſignina, tarẽtina, quæ ſyria di
cuntur, purpurea, ſuperba, ordeacea, aniciana, neuiana,
fauoniana, lateritana, dolabelliana, turraniana volema,
mulſa, præcocia, venerea, & quædã alia, quorũ enumera
tio nunc longa eſt. Præterea malorum genera exquiren malorũ
da maxime ſcandiana, matiana, orbiculata, ſextiana, pe genera
luſiana, amerina, ſyrica, melimela, cidonia, quorũ gene
ra tria ſunt ſtruthia, thryſomeliana, muſtea. Quæ oĩa
nõ ſolũ voluptatẽ, ſed etiã ſalubritatẽ afferũt. Sorbi quo mala ſo
q;, & armeniaci, atq; perſici nõ minima eſt gratia. Et ma pruna.
la ſorba pruna poſt mediã meſſem vſq; in Idus Febr. ſe
rito. Mororũ ab Idibus Feb. vſq; ad æquinoctium vernũ Moros.
ſatio eſt. Siliquam græcã, quam quidã κεράτιον vocant, perſicus
& perſicũ ante brumam per autumnũ ſerito. Amygda amygdal
la ſi parum ferax erit, forata arbore lapidem adijcito, &
ita librum arboris inoleſcere ſinito. Oĩm aũt generum
ramos, circa Calendas Martias in hortis ſubacta, & ſter
corata terra ſupra puluinos arearũ diſponere conuenit.
danda eſt opera, vt dum teneros ramulos habent, velu
ti pampinentur, & ad vnũ ſtylũ primo anno ſemina re
digantur, & cũ autumnus inceſſerit, ante q̃ frigus cacu
mina adurat, oĩa folia decerpere expedit et ita craſſis arũ
dinibus, quæ ab vna parte nodos integros habeant, ve
lut pileis induere, atq; ſic à frigore, & gelicidijs teneras
adhuc virgas tueri. Poſt vigintiquatuor deinde menſes
ſiue transferre, & diſponere in ordinem voles, ſiue inſe

rere, satis tute vtrunq; facere poteris.

## De insitione arborum. Cap. X.

OMNIS surculus omni arbori inseri potest, si nõ est ei, cui inseritur, cortice dissimilis. Si vero etiam similem fructum, & eodem tempore affert, sine scrupulo egregie inseritur. Tria genera porrò insitionum antiqui tradiderunt. Vnum, quo resecta, & fissa arbor resectos surculos accipit. alterum, quo resecta inter librum, et materiam semina admittit, quæ vtraq; genera verni temporis sunt. tertium, quo ipsas gemmas cum exiguo cortice in partẽ sui deliberatam recipit, quã vocant agricolæ emplastrationem, vel, vt quidam, inoculationem. Hoc genus insitionis æstiuo tempore optime vsurpatur, quarum insitionum rationem cum tradiderimus, à nobis quoq; repertam docebimus. Omnes arbores simulatq; gemmas agere cœperint, luna crescente inserito, oliuam aũt circa æquinoctiũ vernum vsq; in Idus Aprilis. Ex qua arbore inserere voles, & surculos ad insitionẽ sumpturus es, videto, vt sit tenera, & ferax, nodisq; crebris, & cum primũ germina tumebũt de ramulis anniculus, qui solis ortum spectabunt, & integri erunt, eos legito crassitudine digiti minimi. surculi sint bifurci, vel trifurci. Arborem, quam inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte, qua maxime nitida, & sine cicatrice est, dabisq; operam, ne librũ lædas. cum deinde truncum recideris, acuto ferramento plagam leuato. deinde cuneum tenuem ferreũ, vel osseum inter corticem, & materiã ne minus digitos tres, sed consyderate dimittito, ne lædas, aut rumpas corticem. Postea surculos, quos inserere voles, falce acuta ex vna parte deradito tantum, quantum cuneus demissus spatij dabit, atq; ita, ne medullas, néue alterius partis corticem lædas. Vbi surculos paratos habueris, cuneum vellito, statimq; surculos in ea foramina, quæ cuneo adacto inter corticem, & materiã feceris, demittito. Ea autem fine, qua adraseris, surculos sic inserito, vt semipede,



hec amplius de arbore extent, supra deinde muscum imponito, & ita ligato, ne pluuia dilabatur. Quosdã tamen magis delectat in trunco arboris locum seminibus serra facere, insectasq; partes tenui scalpello leuare, atq; ita surculos aptare. Si pusillam arborem inserere voles, imam abscindito, ita vt sexquipede è terra extet. & cum deinde præcideris, plagam diligenter leuato, & medium truncũ acuto scalpello permodice finditoi, tã vt fissura digitorũ trium sit in ea. deinde cuneum, quo diducatur, inserito, et surculos ex vtraq; parte derasos demittito, sic vt librum seminis libro arboris æqualem facias. cum surculos diligenter aptaueris, cuneum eximito, & arborem, vt supra dixi, alligato. deinde terram circa arborem adaggerato vsq; ad ipsum insitum, ea res à vento, & calore maxime tuebitur. hoc tertium genus insitionis, cum sit subtilissimum, non omni generi arborum idoneum est, sed ferè recipiunt talem insitionem, quæ humidum, succòsumq;, & validum librum habent, sicut ficus. nam & lactis plurimum mittit, & corticem robũstum habet. optime itaq; inseritur caprifici ramis. Ex arbore, de qua inserere voles, nouellos, & nitidos ramos eligito. in ijsdemq; obseruato gemmam, quæ bene apparebit (certamq; spem germinis habebit, eam duobus digitis quadratis circumsignato, vt gemma media sit. & ita acuto scalpello circuncidito, delibratoq; diligenter, ne gemmam lędas. postea itẽ alterius arboris, quam emplastraturus es, nitidissimum ramum eligito, & eiusdem spatij corticem circumcidito, & materiam delibrato. deinde in eam partem, quam nudaueris, præparatum emplastrum aptato, ita vt alterę delibratæ parte conueniat. vbi ita hæc feceris, circa gemmam bene alligato, cauetoq; ne lædas ipsum germen. deinde commissuras, & vincula luto oblinito spatio relicto, vt gemma libera vinculo non vrgeatur. arboris autem insitę sobolẽ, & ramos superiores præcidito, nequid sit, quo possit succus euocari, aut necui magis, quàm insito seruiat. post. XXI. diem soluito emplastrum. & hoc

genere optime etiam inseritur olea. Quartum illud genus insitionis iam docuimus, cum de vitibus disputauimus. itaq; superuacuum est hoc loco repetere traditam rationem terebrationis. sed cum antiqui negauerint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, et illam quasi finitionẽ, qua nos paulo ante vsi sumus, veluti quandam legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice, ac libro, & fructu consimiles ijs arboribus, quibus inseruntur, existimauimus errorem huius opinionis discutiendum, tradendamq; posteris rationem, qua possit omne genus surculi omni generi arboris inseri. quod ne longiore exordio legentem fatigemus, vnum quasi exemplum subijciemus, quo possit omne genus surculi omnibus arboribus inseri. scrobẽ quoquouersus pedum quatuor ab arbore oliuæ tam longe fodito, vt extremi rami oleę possint eam contingere. in scrobem deinde fici arbusculam deponito, diligentiãq; adhibeto, vt robusta, & nitida fiat. Post triennium, cum iam satis amplum incrementum ceperit, ramum oliuæ, qui videtur nitidissimus, deflecte, & ad crus arboris ficulneæ religa, atq; ita amputatis cæteris ramulis, ea tantum cacumina, quæ inserere voles, relinque. tum arborem fici detrunca, plagamq; leua, & mediam cuneo finde. cacumina deinde oliuę, sicuti matri cohærent, ex vtraq; parte abrade, & ita fissuræ fici insere, cuneũq; exime, diligenterq; ramulos colliga, nequa vi reuellantur. sic interposito triennio conualescet ficus cum olea, & tum demum quarto anno, cum bene coierint, velut propagines, ramulos oliuæ à matre resecabis. hoc modo omne genus in omnẽ arborem inseres. At prius quàm finẽ libri faciamus, quoniam ferè species surculorum omnium persecuti sumus, prioribus libris, de cythiso dicere nũc tempestiuum est.

## De Cythiso. Cap. XI.

CYTHISVM in agro esse quàmplurimum maxime refert, quod gallinis, apibus, capris, bubus quoq;, & omni



generi pecudum vtilissimus est, quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum præbet ouibus, tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo vti, & postea arido possis. præterea in quolibet agro, quàmuis macerrimo, celeriter comprehendit. omnem iniuriam sine noxa patitur mulieres quidem, si lactis inopia premuntur, cythisum aridum in aquam macerari oportet, & cum tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino, atq; ita potandum dari, sic & ipsæ valebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur. satio autem cythisi vel autumno circa Idus Octob. vel vere fieri potest. cum terram bene subegeris, areolas facito, ibiq; velut ocymi semen cythisi autumno serito. plantas deinde vere disponito, ita vt inter se quoquouersus quatuor pedum spatia distent. si semen non habueris, cacumina cythisorum vere deponito, & stercoratam terram circumaggerato. si pluuia non incesserit, rigato quindecim proximis diebus. simulatq; nouam frondem agere cœperit, sarrito, & post triennium deinde cædito, & pecori præbeto. Equo abunde est viridis pondo. XV. bubus pondo vicena, cæterisq; pecoribus pro portione virium. potest etiam ante Septembrem satis commode ramis cythisus seri, quoniam facile comprehendit, & iniuriam sustinet. aridum si dabis, parcius præbeto, quoniã vires maiores habet, priusq; aqua macerato, & exemptã paleis permisceto. cythisum cum aridum facere voles, circa mensem Septembrem, vbi semen eius grandescere incipiet, cædito, paucisq; horis, dum flaccescat, in sole habeto. deinde in vmbra exsiccato, & ita condito. Hactenus de arboribus præcepisse abunde est, redditurus pecoris curam, & remedia sequenti volumine.

# LVCII IVNII MODERATICI VLMELLAE DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS.

SCIO quosdam publi Siluine prudentes agricolas pecoris, gregariorumq; pastorum abnuisse curam, & eam velut inimicam professionis suæ disciplinam constantissime repudiasse. neq; inficior id eos aliqua ratione fecisse, quasi sit agricolæ contrarium pastoris propositum, cū ille quammaxime subacto, & puro solo gaudeat, hic nouali, graminosoq;, ille fructum è terra spēret, hic è pecore. Ita fit, vt quod arator abominatur, contra pastor optet herbarum prouentū. sed in his tam discordantibus votis est tamen quædam societas, atq; coniunctio, quoniam & pabulum ē fundo plerunq; domesticis pecudibus magis, quàm alienis depascere ex vsu sit, et copiosa stercoratione, quæ contingit è gregibus, terrestres fructus exuberare. nec tamen vlla regio est, in qua modo frumenta gignantur, quæ non, vt hominum, ita armentorum adiumento iuuetur, vnde etiam iumenta nomen à re traxere, quod nostrum laborē vel onera subuectando vel arando iuuarent. itaq; sicut veteres romani præceperunt, ipse quoq; censeo tam pecorum, quàm agrorum cultum pernoscere. nā in rusticatione vel antiquissima est ratio pascendi, eademq; quæstuosissima. propter quod nomina quoq; & pecuniæ, & peculij tracta videntur à pecore, quoniam id solum veteres possederunt, & adhuc apud quasdam gentes vnum hoc vsurpatur diuitiarum genus, & nunc apud nostros quidē colonos aliæres vberior nulla est, vt etiam M. Cato credidit, qui consulenti quam partem rei rusticę exercendo celeriter locupletari posset, respondit, si bene pasceret. rursusq; interroganti quid deinde faciendo satis vberes fructus perceppturus esset, affirmauit si mediocriter pasceret. cæterum de tam sapiente viro piget dicere, quod cum quidam authores memorant, quid nam quærenti cuidam tertiū in



agricolatiōe quæstuosum esset, asseuerasse, siquis vel male pasceret, cum præsertim maius dispendium sequatur inertem, & inscium pastorem, q̄ prudentem, diligentemq; compendium. De secundo tamen responso, dubium non est, quin mediocrem negligentiam domini fructus pecoris exuperet. quam ob rem nos quoq; hanc partē rei rusticæ Siluine, quanta valuimus industria, maiorum secuti præcepta, posteritati mandauimus. Igitur cum sint duo genera quadrupedum, quorum alterum paramus in consortium operum, sicut bouem, mulam, equum, asinum. alterum voluptatis, ac reditus, et custodiæ causa, vt ouem, capellam, suem, canem, de eo genere primum dicemus, cuius vsus nostri laboris est particeps, nec dubium, quin (vt ait Varro) cæteras pecudes bos honore superare debeat, præsertim autem in Italia, quæ ab hoc nuncupationē traxisse creditur, qd̄ oli tauros græci ἰταλοὺς vocarent. & in ea vrbe, cuius mœnibus condendis mas, & fœmina aratro terminum signauerunt, velut pecus, quod item Athenis Cereris, & Triptolemi fertur minister, qd̄ inter fulgentissima sydera particeps cœli, quod deinde laboriosissimus adhuc hominis socius in agricultura, cuius tāta fuit apud antiquos veneratio, vt tam capitale esset bouem necasse, quàm ciuem. ab hoc igitrur promissi operis capiamus exordium.

## De bubus parādis, atq; emendis, earūq; forma. Cap. I.

QVAE in emendis bubus sequenda, quæq; vitanda sint, non ex facili dixerim, cum pecudes pro regionis, cœliq; statu & habitum corporis, & ingenium animi, & pili colorem gerant. aliæ formæ sunt asiaticis, aliæ gallicis, epiroticis aliæ. nec tantum diuersitas prouinciarum, sed ipsa quoq; Italia partibus suis discrepat. campania plerunque boues progenerat albos, & exiles, labori tamen, & culturæ patrij soli non inhabiles. Vmbria vastos, & albos, eademq; rubros, nec minus probabiles animis, q̄ corporibus. Hetruria, & Latium compactos, sed ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



opera fortes. Apenninus duriſſimos, omnemq; difficultatem tolerantes, nec ab aſpectu decoros, quæ cum tam varia, & diuerſa ſint, tamen quædã quaſi communia, & certa præcepta in emendis iuuencis arator ſequi debet, eaq; Mago Carthaginienſis ita prodidit, vt nos deinceps memorabimus. parandi ſunt boues nouelli, quadrati, grandibus membris, cornibus proceris, ac nigrantibus, & robuſtis, fronte lata, & criſpa, hirtis auribus, oculis, & labijs nigris, naribus reſimis, patuliſq; ceruice longa, & toroſa, palearibus amplis, et penè ad genua promiſſis, pectore magno, armis vaſtis, capaci, et tanquam implente vtero, lateribus porrectis, lumbis latis, dorſo recto, planoq;, vel etiam ſubſidente, clunibus rotundis, cruribus compactis, ac rectis, ſed breuioribus potius, quàm longis, nec genibus improbis, vngulis magnis, caudis longiſſimis, & ſetoſis, piloſiſq;, corpore denſo, breuiq;, colore rubeo, vel fuſco, tactu corporis molliſſimo.

## De *bubus domandis.* Cap. II.

TALIS notæ vitulos oportet, cum adhuc teneri ſunt, conſueſcere, manu tractari, ad præſepia religari, vt exiguus ſi domitura labor eorum, & minus ſit periculi. verũ neq; ante tertium, neq; poſt quintum annum iuuencos domari placet, quoniam illa ætas adhuc tenera eſt, hæc iam prædura. eos autem, qui de grege fieri comprehenduntur, ſic ſubigi conuenit. Primum omniũ ſpatioſum ſtabulum præparetur, vbi domitor facile verſari, & vnde digredi ſine periculo poſſit. Ante ſtabulum nullæ anguſtiæ ſint, ſed aut campus, aut via late patens, vt cũ producentur iuuenci, liberum habeant excurſum, ne pauidi aut arboribus, aut obiacenti cuilibet rei ſe implicent, noxamq; capiant. In ſtabulo ſint ampla præſepia, ſupraq; tranſuerſi aſſeres in modum iugorum à terra ſeptẽ pedibus elati configantur, ad quos religari poſſint iuuenci. diem deinde, quo domituram auſpiceris, liberum à tempeſtatibus, & à religionibus matutinũ eligito. canabi-



niſq; funibus cornua iuuencorum ligato. ſed iaculi, quibus copulantur, lanatis pellibus inuoluti ſint, ne tenera fronte ſub cornua lædantur. cũ deinde buculos comprehenderis, extra ſtabulum producito, & ad ſtipites religato ita, vt exiguum laxamenti habeant, diſtentq; inter ſe aliquanto ſpatio, ne in colluctatione alter alteri noceat. ſi nimis aſperi erunt, patere vnum diem, noctemq; deſuiant, ſimulatq; iras contuderint, manu producantur, ita vt & aliquis ante, & à tergo complures, qui ſequantur, retinaculis eos contineant. & vnus cum claua ſalignea procedens modicis ictibus ſubinde impetus eorum coerceat. ſin autem placidi, & quieti boues erunt, vel eodem die, quo alligaueris, ante veſperum licebit producere. & docere per mille paſſus compoſite, ac ſine pauore ambulare. cum domum perduxeris, arcte ad ſtipites religato, ita ne capite moueri poſſint. tum demum ad alligatos boues, neq; à poſteriore parte, neque à latere, ſed aduerſus placide, & cum quadam vocis adulatione venito, vt accedentem conſueſcant aſpicere. deinde nares perfricato, vt hominem diſcant odorari. Mox etiam conuenit tota tergora & tractare, & reſpergere mero, quo familiariores bubulco fiant. ventri quoq;, & ſub fœmina manũ ſubijcere, ne ad eiuſmodi tactum poſtmodum pauescãt, & vt recini, qui plerunq; fœminibus inhærent, eximantur. itaq; cum fit, à latere domitor ſtare debet, ne calce cõtingi poſſit. Poſt hæc diductis malis, educito linguã, totumq; eorum palatum ſale defricato, libralesq; offas in præſulfæ adipis liquamine tinctas, lingula demittito, ac vini ſingulos ſextarios per cornu faucibus infundito. nã per hæc blandimenta triduo ferè manſueſcunt, iugumq; quarto die accipiunt, cui ramus illigatur. & temonis vice trahitur. interdum & pondus aliquod iniungitur, vt maiore niſu laboris exploretur patiẽtia, poſt eiuſmodi experimenta vacuo ploſtro ſubiungendi, & paulatim longius cum oneribus producendi ſunt. Sic perdomiti mox ad aratrum inſtituantur, ſed in ſubacto agro ne ſtatim

Universidad de Deusto
Biblioteca



difficultatem operis reformident, néue adhuc tenera colla, dura prosciſſione terræ contundant. quemadmodum autem bubulcus in arando bouem inſtituat, primo præcepi volumine. curandum ne in domitura bos calce, aut cornu quenquam contingat. nã niſi hæc caueantur, nunquam eiuſmodi vitia, quamuis ſubacta, eximi poterunt. Verum iſta ſic agenda præcipimus, ſi veteranum pecus non aderit. nam ſi aderit, expeditior, tutiorq; ratio domãdi eſt, quam nos in noſtris agris ſequimur. nam vbi plauſtro, aut aratro iuuencum conſueſcimus, ex domitis bubus valentiſſimum, eundemq; placidiſſimum cum indomito iungimus, qui & procurrentẽ retrahat, & cunctantem producat. ſi vero non pigeat iugum fabricare, quo tres iungantur, hac machinatione conſequemur, vt etiã contumaces boues grauiſſima opera non recuſent. nam vbi piger iuuencus medius inter duos veteranos iungitur, aratroq; iniuncto terram moliri cogitur, nulla eſt imperium reſpuendi facultas. ſiue enim efferatus proſilit, duorum arbitrio inhibetur, ſeu conſiſtit, duobus gradientibus etiã obſequitur, ſeu conatur decumbere, à valentioribus ſubleuatus trahitur. propter quæ vndiq; neceſſitate contumaciam deponit, et ad patientiam laboris pauciſſimis verberibus perducitur. eſt etiam poſt domituram mollioris generis bos, qui decumbit in ſulco. eum non ſæuitia, ſed ratione cenſeo emendandum. nã qui ſtimulis, aut ignibus, alijſq; tormentis id vitium eximi melius iudicant, veræ rationis ignari ſunt, quoniam peruicax contumacia plerunq; ſequentẽ fatigat. Propter quod vtilius eſt citra corporis vexationem fame potius, & ſiti cubitorem bouem emendare. nam eum vehementius afficiunt naturalia deſyderia, quàm plagæ. Itaq; ſi bos decubuit, vtiliſſimum eſt ſic pedes eius vinculis obligari, ne aut inſiſtere, aut progredi, aut paſci poſſit. quo facto inedia, & ſiti compulſus deponit ignauiam, quæ tamen rariſſima eſt in pecore vernaculo. longeq; omnis bos indigena melior eſt, quàm peregrinus, tam neq; aquæ, nec



pabuli, nec cœli mutatione tentatur. neq; infeſtatur conditione regionis, ſicut ille, qui ex planis, & campeſtribus locis, in montana, & aſpera perductus eſt, vel ex montanis in campeſtria. itaq; etiam, cum cogimur ex longinquo boues arceſſere, curandũ eſt, vt ex ſimilibus patrijs locis traducantur. item cuſtodiendũ eſt, ne in corporatione, vel ſtatura, vel viribus impar cũ valẽtiore iungatur. nã vtraq; res inferiori celeriter affert exitiũ. mores huius pecudis probabiles habẽtur. qui ſunt propiores placidis, q̃ concitatis. ſed non inertes, qui ſunt verentes plagarũ, & acclamationũ, ſed fiducia viriũ, nec auditu, nec viſu pauidi, nec ad ingredienda flumina, aut pontes formidoloſi, multi cibi edaces, verũ in eo conficiendo lenti, nã hi melius concoquunt. ideoq; robora corporũ citra maciẽ conſeruant, qui ex cõmodo, q̃ qui feſtinanter mandunt. Sed tã vitium eſt bubulci pinguem, q̃ exilem bouẽ reddere. humilis enim, & modica corporatura pecoris operarij debet eſſe, neruiſq; & muſculis robuſta. non adipibus obeſa, vt nec ſui tergoris mole, nec labore operis degrauetur, ſed quoniam quę ſequenda ſunt in emendis, domandiſq; bobus tradidimus, tutelã eorũ præcipiamus.

## De boum cura, & cibarijs. Cap. III.

BOVES calore ſub diuo, frigoribꝰ ĩtra tectũ manere oportet. itaq; hybernę ſtabulatiõi eorũ prępărãda ſũt ſtramenta, quæ menſe Auguſto intra dies triginta ſublatæ meſſis præciſa, in aceruum extrui debent. horum deſectio cum pecori, tum agro eſt vtilis. liberantur arua, ſentibus, qui æſtiuo tempore per caniculæ ortum reciſi, plerunq; radicitus intereunt, & ſtramentis pecoris ſubiecti plurimum ſtercoris efficiunt. hæc cum ita curauerimus, tum & omne genus pabuli præparabimus, dabimusq; operam, ne penuria cibi macreſcat pecus. Boues autem reſte paſcendi non vna ratio eſt. nam ſi vbertas regionis viride pabulum ſuminiſtrat, nemo dubitat, quin id genus cibi cæteris præponendũ ſit, quod tamen niſi riguis,

aut rosidis locis non contingit. itaq; in ijs ipsis vel maximum commodum est, quod sufficit vna opera duobus iugis, quæ eodem die alterna temporum vice vel arant, vel pascuntur siccioribus agris ad præsepia boues alendi sunt, quibus pro conditione regionum cibi præbentur. eosq; nemo dubitat. quin optimi sint vicia in fascem ligata, & cicercula, itemq; pratense fœnum. minus cõmode tuemur armentum paleis, quæ vbiq; & quibusdam regionibus solæ præsidio sunt, ea probantur maxime ex milio, tum ex ordeo, mox etiam ex tritico, sed iumentis iustam operam reddentibus, ordeum præter has præbetur. bobus autem pro temporibus anni pabula dispensantur, Ianuario mense singulis fresi, & aqua macerati erui quaternos sextarios mistos paleis dare conuenit, vel lupini macerati modios, vel cicercula maceratæ semodios, & super hæc affatim paleas, licet etiam si sit legumium inopia & eluta, & siccata vinacia, quæ de lora eximuntur, cum paleis miscere. Nec dubium est, quin ea longe melius cum suis folliculis ante, quàm eluantur, præberi possint. nam & cibi, & vini vires habent, nitidumq;, & hilare, et corpulentum pecus faciunt. si grano abstinemus. frondis aridę corbis pabulatoria modiorum viginti sufficit, vel fœni pondo triginta, vel si non, modius viridis laureæ, & iligneæ frondis, sed his si regionis copia permittat, glans adijcitur, quæ nisi ad satietatem detur, scabiem parit. potest etiam si prouentus vilitatem facit, semodius fabę fresæ præberi, mense Februario plerũque eadem cibaria sufficiunt. Martio, & Aprili debet ad fœni pondus adiici, quia terra proscinditur. sat autẽ erit pondo quadragena singulis dari. ab idibus tamen mensis Aprilis vsq; in Idus Iunias viride pabulum recte secatur. potest etiam in Calen. Iulias frigidioribus locis idem præstari. à quo tẽpore in Calendas Nouembres tota ęstate, et deinde autũno satientur fronde, quæ tamen non ante est vtilis, quàm cum maturuerit vel imbribus, vel assiduis roribus. probaturq; maxime vlmea, post fraxinea,



& ab hac populnea. vltimæ sunt ilignea, & quernea, & laurea, sed post ætatem necessarie deficientibus cæteris, possunt etiam & folia ficulnea probe dari, si sit eorũ copia, aut stringere arbores expediat. ilignea tũ vel melior est quernea, sed eius generis, quod spinas non habet. nam id quoq; vti iuniperus respuitur à pecore propter aculeos. Nouembri mense, ac Decembri per sementem quantum appetit bos, tantum præbendum est. plerunq; tũ sufficiunt singulis modij glandis, & paleæ ad satietatem datæ, vel lupini macerati modij, vel erui aqua consperfi sextarij. vij. permisti paleis, vel cicerculæ similiter consperfæ sextarij. xij. misti paleis, vel singuli modij vinaceorum, si ijs, vt supra dixi, large paleæ adijciantur. vel si nihil horum est, per se fœni pondo quadraginta.

## *De uitijs boum, & medicinis.* *Cap.* IIII.

SED non proderit cibis satiari pecora, nisi omni adiuuentur diligentia, vt salubri sint corpore, viresq; conseruent. quæ vtraq; custodiuntur large dato per triduum medicamento, quod componitur pari pondere tiri lupini, cupressiq;, & cũ aqua, nocte vna sub diuo habito idq; quater anno fieri debet vltimis temporibus veris, æstatis, autumni, hyemis sæpe etiam langor, & nausea discutitur, si integrum gallinaceum crudum ouum ieiunis faucibus inseras, ac postero die spicas vlpici, vel allij cum vino conteras, & in naribus infundas. neq; hæc tantum remedia salubritatem faciunt. Multi & largo sale miscẽt pabula. quidam marrubium dederunt cum oleo, et vino, quidam porri fibras, alij grana thuris, alij sabinam herbam, rutamq; cum mero diluunt. Eaq; medicamenta potanda præbent. Multi caulibus vitis albæ, et valuulis erui bubus medentur. nonnulli pellem serpentis obtritam cum vino miscent. Est etiam remedio, cum dulci vino tritum serpyllum, & concisa, & in aqua macerata scylla. Quæ omnes prædictę potiones trium heminarum singulis diebus per triduum datę, aluum purgãt, depul-

Universidad de Deusto
Biblioteca



sisq; vitijs, recreant vires, maxime tū habetur salutaris amurca, si tantundē aquæ misceas, & ea pecus insuescas, quæ protinus dari nō potest, sed primo cibi aspergūtur deinde exigua portione medicatur aqua, mox pari mensura mista datur ad satietatem.

*Quæ sint, quibus pestilentia ingruit gregi, & quæ remedia adhibenda.* Cap. V.

NVLLO aūt tēpore, & minime æstate vtile est boues in cursum cōcitari, nā ea res aut cit aluū, aut monet febrē. Cauēdū quoq; est, ne ad præsepia sus, aut gallina prepat, nā hoc, qđ decidit, immistū pabulo, bub⁹ affert nece, & id præcipue, qđ egerit sus ægra, pestilētiā facere valet, quæ cū in gregē incidit, confestī mutādus est cœli status, & in plures partes distributo pecore longinquæ regiones petendæ sunt, atq; ita segregandi à sanis morbidi, nequis interueniat, qui contagione cæteros labefaciat. Itaq; cū ablegabuntur, in ea loca perducendi sunt, quib⁹ nullū impascitur pecus, ne aduēt⁹ suo etiā illis tabē afferant. Euincendi sunt aūt quamuis pestiferi morbi, & exquisitis remedijs propulsandi. Tunc panacis, & eryngij radices fœniculi seminibus miscendæ, & cū defruti, ac moliti tritici farina, candētiq; aqua cōspergēdæ, eoq; medicamine saliuādū ægrotū pecus. Tū paribus casiæ myrrhæq; & thuris ponderibus, ac tantundē sanguinis maxinæ testudinis miscetur potio, cū vini veteris sextarijs tribus, & ita per nares infunditur. Sed ipsum medicamē tū ponderis sex vnciæ diuisum, portione æqua per triduum cū vino dedisse sat erit. Præsens etiam remediū cognouimus radiculæ, quam pastores consiliginem vocāt, Ea in marsis montibus plurima nascitur, omniq; pecori maxime est salutaris. Leua manu effoditur ante solis ortū, sic enī lecta maiorē vim creditur habere. Vsus eius traditur talis, ænea subula pars auriculæ latissima circunscribitur, ita vt manante sanguine tanquam o literæ ductus appareat orbiculus. Hoc & intrinsec⁹, & ex superio



re parte auriculæ cum factum est, media pars descripti orbiculi eadem subula transuitur, & facto foramini præ dicta radicula inseritur, quam cum recens plaga comprehendit, ita continet, vt elabi non possit. in eam deinde auriculam omnis vis morbi, pestilensq; virus elicitur, donec pars, quæ subula circunscripta est, demortua excidat, & minimæ partis iactura caput conseruatur. Cornelius Celsus etiam visci folia cum vino trita per nares infundere iubet. Hæc facienda, si gregatim pecora laborant. illa deinceps, si singula.

*Quod remediū adhibetur boui cruditate laborāti.* C. VI.

CRVDITATIS signa sunt crebri ructus, ac ventris sonitus, fastidia cibi, neruorum intentio, hebetes oculi. Propter quæ bos neq; ruminat, neq; lingua se deterget remedio erunt aquæ calidæ duo congij, & mox trigintā brassicæ caules modice cocti, & ex aceto dati sed vno die abstinendum est alio cibo. Quidam clausum intra tecta continent, ne pasci possit. tum lentisci, oleastriq; cacuminum pondo. iiij. & libra mellis vna triti permiscēt aquæ congio, quam nocte vna sub dio habēt, atq; ita faucibus infundunt. deinde interposita hora macerati eruquatuor libras obijciunt, aliaq; potione prohibent. Hoc per triduum fieri, dum omnis causa langoris discutiatur. Nam si neglecta cruditas est, & inflatio ventris, & intestinorū maior dolor insequitur, qui nec capere cibos sinit. gemitus exprimit. loco q; stare non patitur, sæpe decumbere. & agitare caput, caudamq; crebrius agere. Manifestū remediū est proximā clunibus partē caudę vinculo vehementer obstringere, viniq; sextariū cū olei hemina faucibus infundere, atq; citatum per mille & quingentos passus agere. Si dolor permanet, vngulas circunsecare. & vncta manu per anū inserta fimū extrahere, rursusq; agere currētem: Si nec hæc profuit res, capri fici aridæ conteruntur, & cum decoctę aquæ calidæ dātur. Vbi nec medicina processit, myrti, syluestris fo-

Universidad de Deusto
Biblioteca



liorū duæ libræ deligantur, totidēq; sextarij calidæ aquæ misti peruas ligneū faucibus infunduntur. Atq; ita sub cauda sanguis emittitur, qui cum satis profluxit, inhibetur papyri ligamine. Tum cōcitate agitur pecus eousq; dū anhelet. Sunt & ante detractionē sanguinis illa remedia, tribus heminis vini, tres vnciæ pinsiti allij permisceātur, & post eā potionē currere cogitur. Vel salis sextans cū cepis decem conteritur, & admisto melle decocto collyria immittuntur aluo, atq; ita citatus bos agitur.

*Quo remedio sedatur dolor uentris, & intestinorum pecoris.* *Cap. VII.*

VENTRIS quoq; & intestinorū dolor sedatur visu nantiū, & maxime anatis, quā si conspexerit, cui intestinū dolet, celeriter tormento liberatur. Eadē anas maiore profectu mulos, & equinū genus conspectu suo sanat. Sed interdū nulla prodest medicina. Sequitur tormīnū vitiū, quorū signū est cruēta, et mucosa ventris proluuies. Remedia sunt cupressini quindecim coni, totidēq; gallæ, & vtrorumq; ponderū vetustissimus caseus, quibus in vnū tunsis admiscentur austeri vini quatuor sextarij, qui pari mensura per quatriduū dispensari dantur. nec desint lentisci, myrticq;, & oleastri cacumina viridis. aluus, corpꝰ, ac vires carpit, operiq; inutilē reddit. quæ cū accidēt, prohibēdus erit bos pōtione p triduū, primoq; die cibo abstinēdus. Sed mox cacumina oleastri, & arūdinis, itē bacæ lētisci, & myrti dandæ, nec potestas aquę, nisi quā parcissime faciēda est. Sūt qui teneræ laurꝰ cauliū librā, cū abrotani macerati pari portione dēt, cū aquæ calidæ duobus sextarijs, atq; ita faucibꝰ infundāt, eademq; pabula, vt supra diximus, obijciāt. Quidā vinaceorū duas libras torrefaciūt, & ita conterūt, & cū totidē sextarijs vini austeri, potandū medicamētū præbēt, oiq; alio humore prohibēt, nec minꝰ cacumina prædictarū arborū obijciūt. Qd si neq; ventris restiterit citata proluuies neq; intestinorū, ac vētris dolor, cibosq; respuet et præ-



grauato capite, si sæpius, q̄ consueuit, lachrymæ ab oculis, & pituita à naribus profluent, vsq; ad ossa frons media vratur, auresq; ferro scindantur. Sed vulnera facta igne, dum sanescunt, defricare bubula vrina conuenit. At ferro rescissa melius pice, & oleo curantur.

*De uitiosis incrementis linguæ.* *Cap. VIII.*

SOLENT etiā fastidia cibo afferre vitiosa incremēta linguæ, quas ranas veterinarij vocant. Hæc ferro recīduntur, & sale cū allio pariter trito vulnera defricātur, donec lacessita pituita decidit tū vino perluitur os, & interposito vnius horæ spatio virides herbæ, vel frondes dātur, dū facta vlcera cicatrices ducāt. Si neq; ranæ fuerīt, neq; aluꝰ citata, et nihilo minꝰ cibos nō appetet, proderit alliū pinsitū cū oleo per nares infundere, vel sale, vel cunela defricare fauces, vel eandem partem allio tunso, & hallecula linire. Sed hæc his solum fastidium est.

*De febre boum.* *Cap. VIII.*

FEBRICITANTI boui conuenit abstineri cibo vno die. Postero deinde exiguum sanguinem ieiuno sub cauda emitti, atq; interposita hora modicæ magnitudinis coctos brassicæ coliculos triginta ex oleo, & garo saluiati more demitti, camq; escam perquinq; dies ieiuno dari. Præterea cacumina lentisci, aut oleæ, vel teneri mam quanq; frondem, aut pampinos vitis obijci, tum etiam spongia labra detergeri, & aquam frigidā terdie præberi potandam. quæ medicina sub tecto fieri debet, nec ante sanitatem bos emitti. Signa febricitantis, manātes lachrimæ, grauatum caput, oculi compressi, fluidum saliuis os, longior, & cum quodam impedimento tractꝰ spiritus, interdum & cum gemitu.

*De tussi boum.* *Cap. IX.*

RECENS tussis optime saluiato farinæ ordeaceę discutitur. Interdū magis prosunt gramina cōcisa, et his ad

Universidad de Deusto
Biblioteca



missa fresa faba. Lentes quoq; valuulis exemptę, et minutæ molitæ, miscentur aquæ calidæ. Sextarij duo, factaq; sorbitio per cornu infunditur. Veterem tussim sanant duæ libræ hyssopi macerati sextarijs aquæ tribus. nam id medicamentum teritur, & cum lentis minutæ, vt dixi, molitæ sextarijs quatuor more saluiati datur, ac postea aqua hyssopi per cornu infunditur. Porri etiam suc cum oleo, vel ipsa fibra cum ordeacea farina contrita remedio est. Eiusdem radices diligenter lotæ, & cum farre triticeo pinsitæ, ieiunoq; date vetustissimam tussim discutiunt. Facit idem pari mensura eruum sine valuulis cum torrefacto ordeo molitum, & saluiati more in fauces demissum.

*Suppurationis remedia.* Cap. X.

SVPPVRATIO melius ferro rescinditur, quàm medicamento. Expressus deinde sinus ipse, qui eam continebat, calida bubula vrina eluitur, atq; linamentis pice liquida, & oleo imbutis colligatur. Vel si collui ea pars non potest, lamina candenti seuum caprinum, aut bubulum instillatur. Quidam, cum vitiosam partem inusserunt, vrina vetere eluunt, atq; ita æquis ponderibus incocta pice liquida cum vetere axungia linunt.

*Claudicanti boui quod remediũ adhibeatur.* Cap. XI.

SANGVIS demissus in pedes claudicationẽ affert. quod cum accidit, statim vngula inspicitur. Tactus autẽ feruorem demonstrat, nec bos vitiatam partem vehementius premi patitur. Sed si sanguis adhuc supra vngulas in cruribus est, fricatione assidua discutitur. vel cum ea nihil profuit, scarificatione demitur. At si iam in vngulis est, inter duos vngues cultello leuiter aperies. Postea linamenta sale, atq; aceto imbuta applicantur, ac solea spartea pes induitur. maximeq; datur opera, ne in aquam pedem mittat, & vt ficce stabuletur. Hicidẽ sanguis nisi emissus fuerit, saniem creabit, qui si suppurauerit, tarde procurabitur, ac primo ferro circunciſus, & expurgatus, deinde pannis aceto, & sale, & oleo madentibus inculcatis, mox axũgia vetere, & seuo hircino pari pondere decoctis, ad sanitatem perducitur. Si sanguis in inferiore parte vngulæ est, extrema pars ipsius vnguis ad viuum resecatur, & ita emittitur, ac linamentis pes inuolutus spartea munitur. Mediam vngulam ab inferiore parte non expedit aperire, nisi eo loco iam suppuratio facta est. Si dolore neruorum claudicat, oleo, & sale genua, poplitesq; , & crura confricanda sunt, donec sanetur. Si genua intumuerunt, calido aceto fouenda sunt, & lini semen. aut milium detritum, cõsper sumq; aqua mulsa imponendum. spongiæ quoq; feruenti aqua imbutæ, & expressæ, atq; melle litę rectæ genibus applicantur, ac fasceis circundantur. Quod si tumori subest aliquis humor, fermentum, vel farina ordeacea ex passo, aut aqua mulsa decocta imponitur. & cum maturuerit suppuratio, rescinditur ferro. caq; emissa, vt supra docuimus, linamentis curatur. Possunt etiam (vt Cornelius Celsus præcipit) lilij radix, aut scylla cum sale, vel sanguinalis herba, quam τολύγονον græci appellant, vel marrubium ferro recluſa sanare. Ferè autem omnis dolor corporis, si sine vulnere est, recens melius fomentis discutitur. vetus vritur, & supra vstum butyrum, vel caprinus instillatur adeps.

*Ad scabiem remedia, & ad morsum rabiosi canis, vel lupi, nec non & ad coriaginem.* Cap. XII.

SCABIES extenuatur trito allio defricto. eodemq; remedio curatur rabiosę canis, vel lupi morsus, qui tamẽ & ipse impositio vulneri vetere salsamento, æque bene sanatur. Et ad scabiem præsentior alia medicina est, cunila bubula, & sulfur conteruntur, admistaq; amurca cũ oleo, aqua, aceto incoquuntur. deinde tepefactis scissum alumentritũ spargitur. Id medicamentũ candente sole illitum maxime prodest. Vlceribus gallæ tritæ remedio sunt, nec minus succus marrubij cũ fuligine. Est et infesta

Universidad de Deusto
Biblioteca



pestis bubulo pecori, coriaginē rustici appellāt, cum pellis ita tergori adhæret, vt apprehensa manibus deduci à costis nō possit. Ea res non aliter accidit, q̄ si bos aut ex langore aliquo ad maciē perductus est, aut sudans in opere faciendo refrixit, aut si sub onere pluuia madefactus est. Quæ quoniam pernicioſa sunt, custodiendum est, vt cum ab opere boues redierint, adhuc æstuantes, anhelantesq̄ vino aspergantur, & offæ adipis faucibus eorum inserantur. Quod si prædictum vitium inhæserit, prodesse decoquere laurum, & ea calda fouere terga, multoq̄ oleo, & vino confestim subigere, ac per omnes partes apprehendere, & attrahere pellē. idq̄ optime fit sub dio sole feruente. Quidā fraces vino, & adipe commiscent, eoq̄ medicamento post fomenta prædicta vtuntur.

*Ad exulcerationem pulmonis, & palati, atq; ceruicis tumorem.* Cap. XIII.

ETS etiam illa grauis pernicies, cum pulmones exulcerantur. inde tussis, & macies, & ad vltimum phthisis inuadit. Quæ ne mortem afferant, radix coryli inusta ita, vt supra docuimus, perforatæ auriculæ inseritur, tū pori succus instar heminæ pari olei mensuræ miscetur, & cum vini sextario potandus datur diebus compluribus. Interdum & tumore palati cibos respuit, crebrumq̄ suspirium facit. & hanc speciē præbet, vt bos in latus pendere videatur. Ferro palatū opus est sauciare, vt sanguis profluat, & exemptum valuulis eruum maceratum, viridemq̄ frondem, vel aliud molle pabulum, dum sanetur, præbere. Si in opere collum contusum erit, præsentissimum est remedium sanguis de aure emissus. aut si id factum non erit, herba, quæ vocatur auia, cum sale trita, & imposita. Si ceruix mota, & deiecta est, consyderabimus quam in partem declinet, & ex diuersa auricula sanguinem detrahemus. Ea porrò vena, quę in aure videtur esse amplissima, sarmento prius verberatur. deinde cum ad ictum intumuit, cultello soluitur. & postero die iterū



ex eodē loco sanguis emittitur, ac biduo ab opere datur vacatio. Tertio deinde die leuius iniungitur labor, & paulatim ad iusta perducitur. Quod si ceruix in neutrā partem deiecta est, mediaq̄ intumuit, ex vtraq̄ auricula sanguis emittitur, qui cum intra biduum, quàm bos vitium cepit, emissus non est, intumescit collum, neruiq̄ tenduntur, & inde nata duricies iugum non patitur. Tali vitio comperimus aureum esse medicamentum ex pice liquida, & bubula medulla, & hircino seuo, & vetere oleo æquis ponderibus compositū, atq; incoctum. Hac compositione sic vtendum est, cum disiungitur ab opere in ea piscina, ex qua bibit tumor ceruicis aqua madefactus subsiccatur, prædictoq̄ medicamento defricatur, & illinitur. Si ex toto propter ceruicis tumorem iugum recusset, paucis diebus requies ab opere danda est. Tum ceruix aqua frigida defricanda, & spuma argenti illinenda est. Celsus quidē tumenti ceruici herbam, quæ vocatur auia, vt supra dixi, contundi, & imponi iubet. Clauorum, qui ferè ceruicem infestant, minor molestia est. nam facile operanti lucerna instillatur. Potior tamen ratio est custodiendi, ne nascantur, néue colla caluescant, quæ non aliter glabra fiunt, nisi cum sudore, aut pluuia ceruix in opere madefacta est. itaq; cum id accidit, veteri lateri later conteritur, eoq̄ intrito prius quàm disiungantur, colla conspergi oportet. deinde cum id siccum erit, subinde oleo imbui.

*Ad talū, seu ungulā læsam remedia.* Cap. XIIII.

SI talum, aut vngulam vomer læserit, picem duram, & axungiam cum sulfure, & lana succida inuolutam candente ferro supra vulnus inurito. Quod idem remedium optime facit exempta stirpe, si forte surculum calcauerit, aut acuta testa, vel lapide vngulam pertuderit, quæ tamen si altius vulnerata est, latius ferro circunciditur, & ita inuritur vt supra præcepi. deinde spartea calceata per triduum suffuso aceto curatur. Item si vomer crus sau-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ciarit, marina lactuca, quam græci τιθύμαλλον vocant, admisto sale imponitur. Subtriti pedes eluuntur calefacta bubula vrina. deinde sasce sarmentorũ incenso, cum iam ignis in fauillam recidit, feruentibus cineribus cogitur insistere, ac pice liquida cum oleo, vel axungia cornua eius linuntur. Minus tamen claudicabunt armenta, si opere disiunctis multa frigida lauentur pedes. & deinde suffragines, coronæ, ac discrimen ipsum, quo diuisa est bouis vngula, vetere axungia defricetur.

## *Ad conuulsos armos, & cornua præfracta.* Cap. XV.

SAEPE etiam vel grauitate longioris, vel cũ in proscindendo, aut duriori solo, aut obuiæ radici obluctatus conuellit armos. Quod cum accidit, è prioribus cruribus sanguis mittendus est, si dextrum armum læsit, in sinistro, si leuũ, in dextro, si vehementius vtrunq; vitiauit, item in posterioribus cruribus venæ soluentur. Præfractis cornibus linteola sale, atq; aceto, & oleo imbuta superponuntur, ligatisq; per triduum eadem infunduntur. Quarto demum axungia pari pondere cum pice liquida, & cortice pineo, leuigatoq; imponitur. Et ad vltimũ cum iam cicatricem ducunt, fuligo infricatur. Solent etiam neglecta vlcera, scatere vermibus, qui si mane perfundũtur aquæ frigida, rigore contracti decidunt. vel si hac ratione non possunt eximi, marrubium, aut porrũ cõteritur, et admisto sale iponitur. id celerrime necat prædicta aãlia. Sed expurgatis vlceribus, confestim adhibenda sunt linamenta cum pice, & oleo, veteregq; axungia. & extra vulnera eodem medicamento circumlinienda, ne infestentur à muscis, quæ vbi vlceribus insederunt, vermes creant.

## *Ad ictus serpentis, & noxiorum animalium.* Cap. XVI.

EST etiam mortifer ijs serpentis ictus, est & magnorũ animalium noxium virus, nam & vipera, & cæcilia sæpe cum in pascua bos improuide supercubuit, lacessita



onere morsum imprimit. Musq; araneus, quem græci σκυτάλην appellant, quãuis exiguis dentibus non exiguam pestem molitur. Venena viperę depellit super scarificationem ferro factam herba, quam vocant personatam, trita, & cum sale imposita. Plus etiam eiusdem radix contusa prodest, vel symonianum trifoliũ, quod inuenitur confragosis locis, efficacissimum traditur, odoris grauis, neq; absimilis bitumini, & iccirco græci eam σφάλτιον appellant, nostri autem propter figurã vocant acutum trifolium. nam longis, & hirsutis folijs viret, caulemq; robustiorem facit, q; patense. Huius herbæ succus vino mistus infunditur faucib⁹, atq; ipsa folia, cum sale trita malagmatis more, scarificationi intenditur. vel si hanc herbã viridẽ tempus anni negat, semina eius collecta, & leuigata cũ vino dãtur potãda, radicesq; cũ suo caule tritæ, & farina, & sale cõmistæ ex aqua mulsa scarificationi supponuntur. Est etiã præsens remediũ, si conteras fraxini tenera cacumina quinq; librarũ cum totidẽ vini, & duobus sextarijs olei, expressumq; succũ faucibus infundas. Itemq; cacumina eiusdem arboris cũ sale trita læsæ parti superponas. Cæciliæ morsus tumorem, suppurationemq; molitur. Idem facit etiam muris aranei. Sed illius sanatur noxa subula ænea, si locum læsum compungas, cretaq; cimolia ex aceto linas. Mus perniciem, quam intulit, suo corpore luit. nam animal ipsum oleo mersum necatur. & cum imputruit, cõteritur, eoq; medicamine morsus muris aranei linitur. Vel si id non adest, humorque ostendit iniuriam dentium, cuminum conteritur, eique adijcitur exiguum picis liquidæ, & axungiæ, vt lentorem malagmatis habeat. Id impositum perniciem commouet. Vel si ante quàm tumor discutiatur, in suppurationem conuertitur, optimum est ignea lamina conuersionem resecare, & quicquid vitiosi est inurere, atque ita liquida pice cum oleo linire. Solet etiam ipsum animal viuum creta figulari circundari. quæ cum siccata est, collo boum suspenditur, ea re

innoxium pecus à morsu muris aranei præbet. Oculorum vitia plerunq; melle sanantur. nam siue intumuerunt, aqua mulsa triticeæ farinæ conspergitur, & imponitur, siue album in oculo est, montanus sal, hispanus, vel ammoniacus, vel etiam cappadocus minute tritus, & immistus melli vitium extenuat. facit idem trita sepię testa, & per fistulam ter die oculo inspirata. facit & radix, quam græci σίλφιον vocant, vulgus autem nostra consuetudine laserpitium appellat. huius quantocunq; ponderi decem partes salis ammoniaci adijciuntur, eaq; pariter trita oculo similiter infunduntur, vel eadē radix contusa, & cum oleo lentisci iniuncta vitium expurgat. epiphoram supprimit polenta conspersa mulsa aqua. & in supercilia, genasq; imposita, pastinacęq; agrestis semina, & succus amoraceæ, cum melle conlinita oculorum sedant dolorem. sed quotiescunq; mel, aliusue succus remedijs adhibetur, circunliniendus erit oculus pice liquida cum oleo, ne à muscis infestetur. nam & ad dulcedinem mellis, aliorumq; medicamentorum non hæ solæ, sed & apes aduolant.

*Remedia ad haustam hirudinem.* Cap. XVII.

MAGNAM etiam perniciem sępe affert hirudo hausta cum aqua. ea adhærens fauci bus sanguinem ducit. & incremento suo transitum cibis precludit. si tam difficili loco est, vt manu detrahi non possit, fistulam, vel arundinem inserito, & ita calidum oleum infundito. nam eo contactu animal confestim decidit. Potest etiam per fistulam deusti cimicis nidor immitti, qui vbi superponitur igni, fumum emittit, & conceptum nidorem fistula vsq; ad hirudinem perfert, isq; nidor depellit hærentē. si tamen vel stomachum, vel intestinum tenet, calido aceto per cornu infuso necatur. has medicinas quamuis bubus adhiberi præceperimus, posse tamen ex his plurima etiam omni maiori pecori conuenire nihil dubium est.



*De machina facienda, qua clausa, iumenta curentur.* Cap. XVIII.

SED & machina fabricanda est, qua clausa, iumenta, bouesq; curentur, vt et propior accessus ad pecudem me dentibus sit, nec in ipsa curatione quadrupes reluctando remedia respuat. est autem talis machinæ forma. robore is axibus compingitur solum, quod habet in longitudinem pedes nouem, & in latitudinem pars prior dupondium semissem, pars posterior quatuor pedes. huic solo septenum pedum stipites recti ab vtroq; latere quaterni applicantur. ij autē in ipsis quatuor angulis affixi sunt, omnesq; transuersis sex temonibus quasi vacerræ inter se ligantur, ita vt à posteriore parte, quæ lætior est, velut in caueam quadrupes possit induci, nec exire alia parte prohibētibus aduersis axiculis. primus autē duobus statuminibus imponitur firmum iugum, ad quod iumenta capistrantur, vel boum cornua religantur, vbi possunt etiam numelli fabricari, vt inserto capite descendentibus per foramina regulis ceruix teneatur. cæterum corpus laqueatum, et distentum temonibus obligatur, sicq; immotum animal medentis arbitrio est expositum. hæc ipsa machina communis erit oīm maiorum quadrupedum.

*De tauri forma.* Cap. XIX.

QVONIAM de bubus satis præcepimus, opportune de tauris, vaccisq; dicemus. Tauros maxime mēbris amplissimis, moribus placidis, media ętate probandos cēseo. cætera ferè eadem omnia in his obseruabimus, quæ in bubus eligendis, neq; n. alio distat bonus taurus à castrato, nisi q; huic torua facies est, vegetior aspectus, breuiora cornua, torosior ceruix, & ita vasta, vt sit maxima portio corporis, ventre paulo substrictiore, qui magis rectus, & ad ineundas fœminas habilis sit.

*De forma uaccæ.* Cap. XX.

Universidad de Deusto
Biblioteca



VACCAE quoq; probantur altissimæ formæ, longæ q̃p. maximis veteris. frontibus latissimus, oculis nigris, & patentibus cornibus, venustis, & leuibus, & nigrantib⁹, pilosis auribus, compressis malis, palearibus, & caudis amplissimis. vngulis modicis, & modicis cruribus. cætera quoq; ferè eadem in fœminis, quæ & in maribus desyderantur, & præcipue vt sint nouellæ, quoniam, cum excesserint annos decẽ, fœtibus inutiles sunt. Rursus minores bimis iniri non oportet. Si ante tamen conceperint, partum earum remoueri placet, ac per triduum, ne laborent, vbera exprimi, postea mulctra prohiberi.

*Quot annis delectus faciendus.* *Cap.* XXI.

SED & curandum est omnibus annis in hoc æque atque in reliquis gregibus pecoris, vt delectus habeatur. nã & enixæ, & vetustæ, quæ gignere desierunt, summouendæ sunt. & vtiq; tauræ, quæ locum fœcundarum occupant, ablegandæ, vel aratro domandę, quoniam laboris, & operis non minus quàm iuuenci propter veteri sterilitatem patientes sunt. Eiusmodi armentum maritima, & aprica hyberna desyderat, æstate, opacissima nemorum, ac montium alta magis quàm plana pascua. nam melius nemoribus herbidis, & frutetis, & caretis, quàm lapidosis locis durantur vngulæ. nec tam fluuios, riuosq; desyderant. quàm lacus manufactos, quoniã fluuialis aqua, quæ ferè frigidior est, partum abigit, & cœlestis iucundior est. Omnis tamen extremi frigoris tolerantior equino armento vacca est, ideoq; facile sub dyo hybernat.

*De conseptis, & stabulis faciendis.* *Cap.* XXII.

SED laxo spatio consepta facienda sunt, ne in angustijs conceptum altera alterius elidat, & vt inualida fortioris ictus effugiat. stabula sunt optima saxo, aut glarea strata, non incommoda tamen etiam sabulosa. illa, quod imbres respuant, hæc, quod celeriter sorbeant, transmittantq;. sed vtraq; deuexa sint, vt humorem effundant,



spectentq; ad meridiẽ, vt facile siccentur, & frigidis ventis non sint obnoxia. Leuis autem cura pascui est. nam vt lætior herba consurgat, ferè vltimo tempore æstatis incenditur. ea res & teneriora pabula recreat, & sentibus vstis fruticem surrecturũ in altitudinẽ compescit. ipsis vero corporibus affert salubritatẽ iuxta conseptũ saxis, & canalibus sal superiectus, ad quem saturæ pabulo libẽter recurrunt, cũ pastorali signo quasi receptui canitur. nã id quoq; semper crepusculo fieri debet, vt ad sonum buccinæ pecus, siquod in syluis substiterit, septa repetere consuescat. sic. n. recognosci grex poterit, numerusq; censeri, si veluti ex militari disciplina intra stabularij castra manserint. sed non eadem in tauros exercentur imperia, qui freti viribus p nemora vagantur, liberosq; egressus, reditusq; habẽt, nec reuocãtur, nisi ad coitus fœminarũ.

*Quæ ætas idonea ad admissuram.* *Cap.* XXIII.

EX his, qui quadrimis minores sunt, maioresq; quàm duodecim annorum, prohibentur admissura. illi, quoniã quasi puerili ætate seminandis armentis parum habentur idonei, hi, quia senio sunt effœti. Mense Iulio fœminæ maribus pferunq; permittendæ, vt eo tempore concep-tos proximo vere adultis iam pabulis edant. nam decem mensibus ventrem perferunt, neq; ex imperio magistri, sed sua sponte marem patiuntur. atq; in id ferè, quod dixi tempus, naturalia congruunt desyderia, quoniam nimietate verni pabuli pecudes exhilaratę lasciuiunt. quod si aut fœmina recusat, aut nõ appetit taurus, eadem ratione, qua fastidientibus equis mox præcipiemus. Elicitur cupiditas odore genitaliũ admoto naribus. sed et pabulũ circa tẽpus admissuræ subtrahitur fœminis, ne eas steriles reddat nimia corporis obesitas, et tauris adijcitur, quo fortius ineãt. vnũq; marẽ quindecì vaccis sufficere abunde est. qui vbi iuuencã superuenit, certis signis cõprehendere licet, quem sexum generauerit, quoniam si parte dextra desiluit, marem seminasse manifestum est, si leua

Universidad de Deusto
Biblioteca



fœminam. id tamẽ verum esse non aliter apparet, quàm vbi post vnum coitum forda non admittit taurũ. quod & ipsum raro accidit. nam quamuis plena fœtu non expletur libidine, adeo vltra naturæ terminos etiam in pecudibus plurimum pollent blandæ voluptatis illecebræ. sed non dubium est, vbi pabuli sit lętitia, posse omnibus annis partũ educari. at vbi penuria est, alternis summitti. quod maxime in operarijs fieri placet, vt & vituli annui temporis spatio lacte satientur, nec forda simul operis, & veteri grauetur onere, quæ cum partum edidit, nisi cibis fulta est, quamuis bona nutrix labore fatigata nato subtrahit alimentum. itaq; & fœtę cythisus viridis, & torrefactum ordeum, maceratumq; eruum prębetur, vel tenero olere commisto, torrido, mollitoq; milio, & per vnam noctem lacte macerato saluiatur. melius etiam in hos vsus altinæ vaccæ probantur, quas eius regionis incolæ ceuas appellant. eæ sunt humilis staturæ lactis abundantes, propter quod remotis earum fœtibus, generosum pecus alienis educatur vberibus. vel si hoc præsidium non adest, faba fresa, & vinum recte tolerat, idq; prę cipue in magnis gregibus fieri oportet.

## *Remedia ad lumbricos Vitulorum.* Cap. XXIIII.

SOLENT autem vitulis nocere lumbrici, qui ferè nascuntur cruditatibus. itaq; moderandum est, vt bene concoquant. aut si iam tali vitio laborant, lupini semicrudi conteruntur, & offæ saluiati more faucibus ingeruntur. potest etiam cũ arida fico, & eruo conteri herba santonica, & formata in offam, sicut saluiatum demitti. facit idem axungiæ pars vna tribus partibus hyssopi permista. Marrubij quoq; succus, & porri valet eiusmodi nocare animalia.

## *De castrandis uitulis.* Cap. XXV.

CASTRARE vitulos Mago censet, dum adhuc teneri sunt, neq; id ferro facere, sed fissa ferula cõprimere



testiculos, & paulatim confringere. idq; optimũ genus castrationũ putat, quod adhibetur ætati teneræ sine vulnere. nã vbi iã induruit, melius bimus, q̃ anniculus castratur. idq; facere vel autumno Luna decrescente præcipit, vitulumq; ad machinã deligare. deinde prius q̃ ferrũ admoueas, duabꝰ angustis ligneis regulis (veluti forcipibꝰ) apprehendere testiũ neruos, quos græci κρεμαστῆρας ab eo appellant, quod ex illis genitales partes dependent quibus comprehensis, statim testes ferro resecare, & expressos ita rescindere, vt extrema pars eorum adhærens prædictis neruis relinquatur. nam hoc modo nec eruptione sanguinis periclitatur iuuẽcus, nec in totũ effœminatur adempta omni virilitate, formaq; seruata maris, generandi vim deposuit, quã tñ ipsam nõ protinus amittit. nã si patiaris eũ à recenti curatione fœminã inire, cõstat ex eo posse generari. sed minime id permittendũ, ne profluuio sanguinis intereat. verũ vulnera eius sarmentitio cinere cũ argẽti spuma linẽda sunt, abstinendusq; eo die ab humore, & exiguo cibo alendus. Sequenti triduo velut æger cacuminibus arborũ, & desecto viridi pabulo oblectandus, prohibendusq; multa potione. placet etiam pice liquida, & cinere, cũ exiguo oleo vlcera ipsa post triduũ linire, quo & celerius cicatricẽ ducant, nec à muscis infestentur. Hactenꝰ de bubus dixisse abũde est.

## *De Equis.* Cap. XXVI.

QVIBVS cordi est educatio generis equini, maxime cõuenit prouidere authorẽ industriũ, et pabuli copiã quę vtraq; vel mediocra possunt alijs pecoribꝰ adhiberi. sum mã sedulitatẽ, & largã satietatẽ desyderat equinũ pecus. qđ ipsum tripartito diuiditur. est enĩ generosa materies, quæ circo, sacrisq; certaminibus equos præbet. est mularis, quæ pretio fœtꝰ sui cõparatur generoso. est & vulgaris, quæ mediocres fœminas, maresq; progenerat. vt quæ q̃ est pręstãtior, ita vbere cãpo pascitur. gregibꝰ aũt spatiosa, & palustria, necnõ mõtana pascua eligẽda sunt, ri-

Universidad de Deusto
Biblioteca



gua, nec vnquam siccanea, vacuaue magis, q̃ stirpibus impedita, frequenter mollibus potius q̃ proceris herbis abundantia. vulgaribus equis passim maribus, ac fœminis pasci permittitur, nec admissurę certa tempora seruãtur. generosis circa vernũ æquinoctiũ mares iungentur, vt eodem tempore, quo conceperint, iam lętis, & herbidis campis post anni messem paruo cum labore fœtum educent. nã mense duodecimo partũ edunt. maxime itaq; curandum est prędicto tempore anni, vt tã fœminis, q̃ admissarijs desyderantibus coeundi fiat potestas, quoniam id pręcipue armentum si prohibeas, libidinis extimulatur furijs, vnde etiam veneno inditum est nomen ἱππόμανες, quod equinę cupidini similem mortalibus amorem accendat. nec dubium, quin aliquot regionibus tanto flagrent ardore coeundi fœminę, vt etiam si marẽ non habeant, assidua, & nimia cupiditate figurantes sibi ipsę venerem (cohortalium more auium) vento concipiant. Quę enim poetalicentius dicit.

Scilicet ante omnes furor est insignis equarum.
Et mentem Venus ipsa dedit, quo tempore glauci
Potniades malis membra absumpsere quadrigæ,
Illas ducit amor trans gargara, transq; sonantem
Ascanium, superant montes, & flumina tranant,
Continuoq; auidis vbi subdita flamma medullis,
Vere magis, quia vere calor redit ossibus, illæ
Ore omnes versæ in Zephyrum stant rupibus altis,
Exceptantq; leueis auras, & sæpe sine vllis
Coniugijs, vento grauidæ (mirabile dictu)
Saxa per & scopulos, & depressas conualles
Diffugiunt, non Eure tuos, neq; solis ad ortus
In Boream, Caurumq;, aut vnde nigerrimus auster
Nascitur, & pluuio contristat frigore cœlum.

Cum sit notissimum etiam in sacro monte Hispaniæ, qui procurrit in occidentem iuxta oceanum, frequenter equas sine coitu ventrem pertulisse, fœtumq; educasse, q tñ inutilis est, qd triẽnio prius q̃ adolescat, morte absu-



mitur. quare, vt dixi, dabim⁹ operã, ne circa æquinoctiũ vernũ equæ desyderijs naturalibus angãtur. Equos aũt pretiosos reliquo tẽpore anni remouere oportet à fœminis, ne aut cũ volẽt, ineãt, aut si id facere prohibeãtur, cupidine solicitati noxã cõtrahãt. itaq; vel in lõginqua pascua marẽ placet ablegari, vel ad præsepia contineri, eoq; tẽpore, quo vocatur à fœminis, roborãd⁹ est largo cibo, & appropinquãte vere ordeo, eruoq; saginãdus, vt veneri supsit, quãtoq; fortior inierit, firmiora semina præbeat futuræ stirpi. quidã etiã præcipiunt eodẽ ritu, quo mulos, admissariũ saginare, vt hac sagina hilaris pluribus fœminis sufficiat. veruntñ nec min⁹, q̃ quindeci, nec rursus plures, q̃ viginti, vnus debet implere. isq; admissuræ põt trimus adhiberi, & vsq; ad annos viginti plerunq; idone⁹ esse. qd si admissari⁹ iners in venerẽ est, odore perfricatur detersis spõgia fœminæ locis, & admota naribus equi. Rursus si equa marẽ nõ patitur, detrita scylla naturalia eius linũtur, quæ res accendit libidinẽ. nõnunquã ignobilis quoq; vulgaris elicit cupidinẽ coeundi. nã vbi admotus ferè tentauit obsequiũ, fœmina abducitur, & iã patientiori generosior equus imponitur, inde maior prægnãtibus adhibẽda cura est, largoq; pascuo firmãdæ, qd si frigore hyemis herbæ defecerit, tecto cõtineãtur, ac neq; opere, neq; cursu exerceãtur, neq; frigori cõmittantur, nec in angusto, clausoue, ne aliæ aliarũ conce pt⁹ elidãt, nã hæc oĩa incõmoda fœtũ abigũt, qd tñ si aut partu, aut abortu equa laborauit, remedio erit filicula trita, & aqua tepida permista, datąq; per cornu, sin aũt prospere cessit. minime manu contingẽdus pullus erit. nam læditur etiam leuissimo contactu. tantum cura adhibebitur, vt & amplo, & calido loco cum matre versetur, ne aut frigus adhuc infirmo noceat, aut mater in angustijs eum obterat. paulatim deinde producendus erit prouidendumq; ne stercore vngulas adurat. mox cum firmior fuerit, in eadẽ pascua, in quibus mater est, dimittẽdus, ne desyderio partus sui laboret equa. nam id præcipuæ ge-

nus pecudis amore natorum, nisi fiat potestas, noxam trahit. vulgari fœminæ solemne est omnibus annis pare re, generosam conuenit alternis continere, quo firmior pullus lacte materno laboribus certaminũ præparetur.

*De ætate admissarij, et qs pullus generetur.* C. XXVII.

MAREM putant minorẽ trimo nõ esse idoneũ admissuræ, posse vero vsq; ad vigesimum annũ progenerare, fœminã bimã recte concipere, vt post tertiũ annũ enixa fœtũ educet, eamq; post decimũ non esse vtilẽ, qđ ex annosa matre tarda sit, atq; iners proles, quæ siue vt fœmina, siue vt masculus concipiatur, nostri arbitrij fore Democritus affirmat, qui præcipit, vt cum progenerari marẽ velimus, sinistrũ testiculũ admissarij lineo funiculo, alioue quolibet obligemus, cũ fœminã, dextrum idemq; in omnibus penè pecudibus faciendum censet.

*De indole, & forma equi.* Cap. XXVIII.

CVM vero natus est pullus, confestim licet indolẽ æstimare, si hilaris, si intrepidus, si neq; conspectu, nouæq; rei auditu terretur, si ante gregẽ procurrit, si lasciuia, & alacritate, interdũ & cursũ certans æquales exuperat, si fossam sine cunctatione transilit, pontẽ, flumenq; trãscẽdit. Hæc erunt honesti aĩ documẽta. Corporis vero forma constabit exiguo capite, nigris oculis, naribus apertis, breuibus auriculis, et arrectis, ceruice molli, lataq;, nec longa, densa iuba, & per dextrã partem profusa, lato, & musculorũ toris numeroso pectore, grandibus armis, & rectis, lateribus inflexis, spina duplici, ventre substricto, testibus paribus, & exiguis, latis lumbis, & subsidentib⁹. cauda longa, & setosa, crispaq;, æqualibus, atq; altis. rectisq; cruribus, tereti genu, paruoq;, neq; introrsus spectanti, rotundis clunibus, fœminibus torosis, ac numerosis, duris vngulis & altis, & concauis, rotundisq;, quibus coronæ mediocres superpositæ sunt. sic vniuersum corpus compositum, vt sit grande, sublime erectũ, ab aspectu quoq; agile, & ex longo, quantum figura permittit,



rotundum. Mores autem laudantur, qui sunt ex placido, & ex concitato mitissimi. nam hi et ad obsequia reperiuntur habiles, & ad certamina laborum patientissimi. equus bimus ad vsum domesticum recte domatur, certaminibus autẽ expleto triennio, sic tamen vt post quartum demum annum labori committatur. annorum notæ cum corpore mutantur. nam dum bimus & sex mensium est, medij dentes superiores, & inferiores cadunt, cum quartum agit annum, iis, qui canini appellantur, deiectis, alios affert. intra. sextum deinde annum, molares superiores cadunt. Sexto anno, quos primos mutauit, exæquat. Septimo omnes explentur æqualiter, & ex eo cauatos gerit. nec postea quot annorum sit, manifesto comprehendi potest. Decimo tamen anno tempora cauari incipiunt, & supercilia nonnunquam canescere, & dentes prominere. hæc, quę ad animum, & mores, corpusq;. & ętatem pertinent, dixisse, satis habeo. nunc sequitur cura recte, & minus valentium demonstrare.

*De cura, & medicina equorum.* Cap. XXIX.

SI Sanis est macies, celerius torrefacto tritico, quàm ordeo reficitur. sed & vini potio danda est, ac deinde paulatim eiusmodi cibi subtrahendi immistis ordeo furfuribus, dum consuescat faba, & puro ordeo ali. nec minus quotidie corpora pecudum, quàm hominum defricanda sunt. ac sæpe plus prodest pressa manu subegisse terga q̃ si largissime cibos prębeas, multum autẽ refert robur corporis, ac pedum seruare. quod vtrunq; custodiemus, si idoneis temporibus ad præsepia, ad aquam, ad exercitationem pecus duxerimus, curęq; fuerit, vt stabulentur sicco loco, ne humore madescant vngulę. quod facile euitabimus, si aut stabula roboreis axibus constrata aut diligenter subinde emundata fuerit humus, & paleę superiectę. plerunq; iumenta morbos concipiunt lascitudine, & ęstu, nonnunquam & frigore, & cum suo tempore vrinam non fecerint, vel si sudant, & à concitatione cõ-

Universidad de Deusto
Biblioteca



festim biberint, vel si cum diu steterint, subito ad cursum extimulata sunt. lassitudini quies remedio est, ita vt in fauces oleum, vel adeps vino mista infundatur. frigori fomenta adhibentur, capútque & spina, tepenti adipe, vel vino liniuntur. si vrinam non facit, eadem ferè remedia sunt. nam oleum immistum vino super ilia, & renes infunditur, & si hoc parum profuit, mel le decocto, et sale collyrium tenue inditur foramini, quò meat vrina, vel musca viua, vel thuris mica, vel de bitumine collyrium inseritur. Naturalibus hic eadem remedia adhibentur, si vrina genitalia deusserit. Capitis dolorem indicant lachrymæ, quę profluunt, aures̃q; flaccidę, & ceruix cum capite aggrauata. & in terram submissa. Tum rescinditur vena, quæ sub oculo est, & os calda fouetur, cibo q; abstinetur primo die. In postero aũt potio ieiuno tepidæ aquæ præbetur, ac viride gramen, tum vetus fœnũ, vel molle stramentum substernitur, crepusculo q; aqua iterum datur, parum q; ordei cum viciæ libris ijs vt perexigua portione cibi ad iusta pducatur. Si equo maxillæ dolent, calido aceto fouendæ, & axungia vetere confricandæ sunt, eadem q; medicina tumentibus adhibenda est. Si armos læserit, aut sanguinem demiserit, medio ferè in vtroq; crure venæ soluantur, & thuris pollinę cum eo, qui profluit, sanguine immisto, armi linantur, & ne plus iusto exinaniatur, stercus ipsius iumenti fluentibus venis ad motũ fascijs obligetur. Postero quo q; die ex ijsdẽ sanguis detrahatur, eode q; modo curetur, ordeo q; abstineatur exiguo fœno dato. Postridie deinde vsq; in diẽ sextũ porri succus instar trium cyathorũ mistus cũ olei hemina faucibus per cornu infundatur. Post sextum diẽ lente ingredi cogatur, et cum ambulauerit, in piscinã demitti eũ cõueniet, ita vt natet. sic paulatim firmioribꝰ cibis adiutus ad iusta perducetur. At si bilis molesta iumento est, venter intumescit, nec emittit ventos. Manus vncta inseritur aluo, & obsessi naturales exitus adaperiuntur, exemptoq; stercore posita cunila bubula,



& herba prædicularis cum sale trita, & decocta melli miscentur, atq; ita facta collyria subijciuntur, quę ventrem mouent, bilem q; omnem deducunt. Quidam myrrhæ tritæ quadrantem cum hemina vini faucibus infundũt, & anum liquida pice oblinunt. Alij marina aqua lauant aluum, alij recenti muria. Solent etiam vermes quasi lũbrici nocere intestinis. quorum signa sunt, si iumenta cũ dolore crebro volutantur, si admouent caput vtero, si caudam sæpius iactant. Præsens medicina est ita, vt supra scriptum est, inserere manum, & simum eximere. deinde aluum marina aqua, vel muria dura lauare. postea radicem capparis tritam cum sestario aceti faucibus infundere. nam hoc modo prædicta intereunt animalia.

*Ad tussim.* *Cap.* XXX.

OMNI autem imbecillo pecori alte substernendum est, quo mollius cubet. Recens tussis celeriter sanatur, pinsita lente, & à valuulis separata, minute q; mollita. Quæ cum ita facta sunt, sestarius aquæ calidæ in eandem mensuram lentis miscetur, & faucibus infunditur. similis q; medicina triduo adhibetur, ac viridibus herbis, cacuminibus q; arborum recreatur ægrotum pecus. Vetus aut̃ tussis discutitur porri succo trium cyathorum cum olei hemina faucibus infuso, ijsdem q; vt supra monuimus, cibis præbitis. Impetigines, & quicquid scabies occupat aceto, & alumine defricantur. Nonnunquam, si hæc permanent, paribus ponderibus permistis nitro, & scisso alumine, cum aceto linuntur. Pabulæ feruentissimo sole vsq; eo strigile raduntur, quoad eliciatur sanguis. tum ex æquo miscentur radices agrestis herbæ, sulfur q;, & pix liquida cum alumine. Et eo medicamine prædicta vitia curantur.

*Ad intertriginem, & scabiem.* *Cap.* XXXI.

INTER trigo bis in die subluitur aqua calida. Mox decocto, ac trito sale cum adipe defricatur, dum saniei vis

emanat. Scabies mortifera huic quadrupedi est, nisi celeriter succurritur. quæ, si leuis est, inter initia candenti sub sole vel cædria, vel oleo lentisci linitur, vel vrticæ semine, et oleo detritis, vel vnguine ceti, vel quod in lancibus salitus thynnus remittit. Præcipuæ tñ huic noxæ salutaris est adeps marini vituli. sed si iã inueterauerit, vehemẽtioribus opus est remedijs. propter quod bitumen, & sulfur, & veratrũ pici liquidæ, axungiæq; veteri commista pari pondere incoquuntur, atq; ea compositione curantur, ita vt prius scabies ferro erasa. perluatur vrina. Sæpe etiã scalpello vsq; ad viuũ resecare, & amputare scabiem profuit, atq; ita factis vlceribus mederi liquida pice, atq; oleo, quæ expurgant, & replẽt vulnera æque. quæ cũ expleta sunt, vt celerius cicatricẽ, & pilum ducant, maxime proderit fuligo ex aheno vlceri infricata.

*Ad muscas, & oculorum dolores.* Cap. XXXII.

MVSCAS quoq; vulnera infestãtes summouebimus pice, & oleo, vel vnguine mistis, & infusis, cætera erui farina recte curantur. Cicatrices oculorũ ieiuna saliua, & sale defricatæ extenuantur. vel cũ fusili sale trita sepiæ testa, vel semine agrestis pastinacæ pinsito, & per linteum super oculos expresso. Omnisq; dolor oculorũ inunctione succi plantaginis. cũ melle attico, vel si id nõ est, vtiq; thymino celeriter leuatur. nonnunq; etiã per nares profluuiũ sanguinis periculũ attulit. Ic q; repressum est infuso naribus viridis coriandri succo.

*Ad fastidia ciborum, & labem pestiferam remedia.*

*Caput* XXXIII.

INTERDVM & fastidio ciborum langueſcit pecus. Eius remediũ est genus seminis, quod gith appellatur. Cuius duo cyathi tritũ adiunguntur olei cyathis tribus, et vini sextario, atq; ita faucibus infunduntur. Et nausea discutitur, etiã si caput allij tritũ cũ vini hemina sæpius potandũ præbeas. Suppuratio melius ignea lamina, q̃ frigi



do ferramento reseratur, & expressa postea linamentis curatur. Est etiã illa pestifera labes, vt intra paucos dies equæ subita macie, & deinde morte corripiantur. quod cũ accidit, quaternos sextarios gari singulis per nares infundere vtile est, si minoris formæ sunt, nam si maioris etiam congios. Ea res omnem pituitam per nares elicit, & pecudem expurgat.

*De equarum rabie.* Cap. XXXIIII.

RARA quidẽ, sed & hæc est equarũ nota rabies, vt cũ in aqua imaginẽ suã viderint, amore inani capiantur. Et per hũc oblitæ pabuli, tabe cupidinis intereãt. Eius vesaniæ signa sunt, cũ per pascua veluti extimulatæ concurrant, subinde vt circunspicientes requirere, ac desyderare aliquid videantur. Mentis error discutitur, si deducas ad aquã. Tum demum speculatæ deformitatẽ suã pristinæ imaginis abolent memoriã. Hæc de vniuerso equarũ genere satis dicta sunt. Illa proprie præcipienda sunt ijs, quibus mularũ greges curæ est submittere.

*De mulis.* Cap. XXXV.

IN educando genere mularũ antiquissimũ est diligenter exquirere, atq; explorare parentẽ futuræ prolis fœminã, & marẽ, quorũ si alter nõ est idoneus, labat etiã quod ex duobus fingitur. Equã conuenit in annos decẽ, quousq; ampliſſimæ, atq; pulcherrimæ formæ sit, membris fortibus patientissimã laboris eligere, vt discordantẽ vtero suo generis alieni stirpẽ insitã facile recipiat, ac perferat, & ad fœtũ non solũ corporis bona, sed & ingenij conferat. nam cũ difficulter iniecta genitalibus locis animentur semina, tũ etiã concepta diutius in partũ adolescunt, vt quæ peracto anno mense tertiodecimo vix eduntur, natisq; inhæret plus socordiæ paternæ, q̃ vigoris materni. Veruntamen vt equæ dictos in vsus minore cura reperiuntur, ita maior est labor eligendi maris, quoniam sæpe iudicium probantis frustretur experimentum. Multi admissarij specie tenus mirabilissimã sobolem forma,

Universidad de Deusto
Biblioteca



vel sexu progenerant. Nã siue parui corporis fœminas fingant, siue etiã speciosi, plures mares, quàm fœminas, reditum patrisfamiliæ minuunt. At quidem contempti ab aspectu pretiosissimorum seminum feraces sunt, nõ nunquam aliqui generositatem suã natis exhibent, sed hebetes voluptate, rarissime solicitantur ad venerem. Huiusmodi mari sensim magistri subadmouere debent generis eiusdem fœminam, quoniam similia similibus familiariora fecit natura. Ita enim efficitur, vt eius obiectu, cum mas etiam superiectu eblanditus est, velut incẽsus, & obcæcatus cupidine, subtracta, quam petierat, fastiditæ imponatur equæ.

## *Ad temperandam sæuitiam admissarij in libidinem furentis.* Cap. XXXVI.

EST & alterum genus admissarij furentis in libidinẽ, quod nisi astu inhibeatur, affert gregi perniciem. Nã & sæpe vinculis abruptis grauidas inquietat, et cum admittitur, ceruicibus, dorsisq; fœminarum imprimit morsus. quod ne faciat, paulisper ad molam vinctus amoris sæuitiam labore temperat, &, sic veneri modestior admittitur. Nec tamen aliter admittendus est etiam clementioris libidinis, quoniam multum refert naturaliter sopitũ pecudis ingenium modica exercitatione concuti, atq; excitari, vegetioremq; factum marem fœminæ iniungi, vt tacita quadam vi semina ipsa principijs agilioribus figurentur. Mula autem non solum ex equa, & asino, sed ex asina, & equo, itemq; onagro, & equa generatur. Quidã vero non dissimulandi authores, vt Marcus Varro, & ante eum Dionysius, ac Mago prodiderunt, mularũ fœtus regionibus Africæ adeo non prodigiosos haberi, vt tam familiares sint incolis partus earum, quàm sint nobis equarum. Neq; tamen vllum est in hoc pecore, aut animo, aut forma præstantius, quàm quod seminabit asinus. quanquam possit huic aliquatenus cõparari, quod progenerat onager, nisi & indomitum, & seruitio con-



tumax syluestri more, strigosum, patris præferret habitum. Itaq; eiusmodi admissarius nepotibus magis, quàm filijs vtilior est. nam vbi asina, & onagro natus admittitur equæ, per gradus insita feritate quicquid ex eo prouenit, paternam formam, & modestiam, fortitudinem, celeritatemq; auitã refert. Qui ex equo, & asina concepti generantur, quamuis à patre nomẽ traxerint, quod hinni vocantur, matri per oĩa magis similes sunt. Itaque commodissimum est asinum destinare mularum generi seminando, cuius (vt dixi) species experimento est speciosior. Veruntamen ab aspectu non aliter probari debet, quàm vt sit amplissimi corporis, ceruice valida, robustis, ac latis costis, pectore musculoso, et vasto, fœminibus lacertosis, cruribus compactis, coloris nigri, vel maculosi. nam murinus cum sit in asino vulgaris, tũ etiam non oprime respondet in mula. neq; nos vniuersa quadrupedis species decipiat, si qualem probamus, conspicimus. nam quemadmodũ arietũ, quę sunt in linguis, et palatis maculę, plerunq; in velleribus agnorũ deprehendũtur, ita si discolores pilos asinus in palpebris, aut auribus gerit, sobolẽ quoq; frequenter facit diuersi coloris, qui et ipse etiam si diligentissime in admissario exploratus est, sæpe tamen dominũ decipit. nã interdum etiã citra prædicta signa dissimiles sui mulas fingit. quod accedere nõ aliter reor, quàm vt auitus color primordij seminis mistu reddatur nepotibus. Igitur qualem descripsi asellũ, cũ est à partu statim genitus, oportet matri statim subtrahi, & ignoranti equæ subijci, ea optime tenebris fallitur. Nam obscuro loco partu eius amoto, prędictus quasi ex ea natus alitur. Cui deinde cum decem diebus insueuit equa, semper postea destinanti præbet vbera. Sic nutritus admissarius equas diligere condiscit. Interdum etiam, quamuis materno lacte sit educatus, potest à tenero consuefactus equis familiariter earum consuetudinem appetere. Sed non oportet minorem, q̃ trimũ admitti. Atq; id ipsum si concedatur, vere fieri conueniet, cum & dese-

cto viridi pabulo, & largo ordeo firmandus, nũnunquã etiam saliuandus erit. Nec tamen teneræ fœminæ committetur. nam nisi prius ea marem cognouit, adsilientẽ admissariũ calcibus proturbat. & iniuria depulsum etiã cæteris equis reddit inimicum. Id ne fiat, degener, & vulgaris asellus admouetur, qui solicitet obsequia fœminæ. neque is tamen inire finitur. Sed, si iam est equa veneris patiens, confestim abacto viliore, pretioso mari iungitur. Locus est ad hos vsus extructus (machinam vocant rustici) qui duos parietes aduerso cliuulo inædificatos habet, & angusto interuallo sic inter se distantes. ne fœmina conluctari, aut admissario ascendenti auertere se possit. Aditus est ex vtraq; parte, sed ab inferiore clatris munitus, ad quæ capistrata imo cliuo constituitur equa, vt & prona melius ineuntis semina recipiat, & facilem sui tergoris ascensum ab editiori parte minori quadrupedi præbeat, quæ cum ex asino conceptum edidit, partum sequenti anno vacua nutrit, id enim vtilius est, q̃ quod quidam faciunt, vt et fœtam nihilo minus admisso equo impleant. Annicula mula recte à matre repellitur, & amota montib⁹, aut feris locis pascitur, vt vngulas duret, sitq; postea longis itineribus habilis. nam clitellis aptior mulus, illa quidem agilior. sed vterq; sexus et viam recte graditur, & terram commode proscindit, nisi pretiũ quadrupedis rationem rusticí oneret, aut campus graui gleba robora boum deposcat.

De *medicinis eorum.* Cap. XXXVII.

MEDICINAS huius pecoris plerunq; iam in alijs generibus edocui. propria tamen quædam vitia mularũ non omittam, quorũ remedia subscripsi. Febrienti mulæ cruda brassica datur. Suspiriosæ sanguis detrahitur, et cũ sextario vini, atq; olei thuris semuncia, marrubij succus instar heminæ mistus infunditur. Suffraginosæ ordeacea farina imponitur, mox suppuratio ferro recluſa linamentis curatur. vel gari optimi sextarius cum libra olei



p narem sinistrã demittitur. Admiscetur q; huic medicamini trium, vel quatuor ouorum albus liquor separatis vitellis. Fœmina secari, & interdũ inuri solent. Sanguis demissus in pedes, ita vt in equis emittitur. vel si est herba, quam veratrũ vocant rustici, pro pabulo cedit. Est ὑοσκύαμος, cuius semen detritum, & cum vino datum prædicto vitio medetur. Macies, & langor submouetur sæpius data potione, quæ recipit semunciam triti sulfuris, ouumq; crudum, & tritæ myrrhæ pondus denarij. Hæc tria vino admiscentur, atq; ita faucibus infunduntur. Sed & tussi, doloriq; ventris eadem ista æque medentur. Ad maciem nulla res tantum quantum, medica potest. ea herba viridis, nec tarde tamen arida fœni vice saginat iumenta. verum modice danda, ne nimio sanguine stranguletur pecus. Lassæ, & æstuanti mulæ adeps in fauces demittitur, merumq; in os suffunditur. Cetera exequemur in mulis, sicut prioribus huius voluminis partibus tradidimus, quæ curã boum, equarumq; continent.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER SEPTIMVS.

De *Asello.* Cap. I.

DE minore pecore dicturus P. Siluine principiũ tenebit minor Arcadiæ, vilis hic, vulgarisq; asellus, cuius plericq; rusticarum rerum authores in emendis, tuendisq; iumentis præcipuam rationem volũt esse, nec iniuria. Nam etiam eo rure, quod pascuo caret, contineri potest exiguo, & qualicunq; pabulo contentus. Quippe vel folijs, spinisq;, vel pticis salignis alitur, vel obiecto fasce sarmentorum. Paleis vero, quibus penè omnes regiones abundant, etiam gliscit. Tum imprudentis custodis negligentiam fortissime sustinet. plagarum, & penuriæ tolerantissimus, propter quę tardius de

Universidad de Deusto
Biblioteca



ficit, quàm vllum aliud armentum. Nã laboris, & famis maxime patiens, raro morbis afficitur. Huius animalis tã exiguæ tutelæ plurima. & necessaria opera supra portionem respondent, tum & facilem terram qualis in Bætica, totaq; Libye sit, leuibus aratris proscindat, & nõ nimio pondere vehicula trahat. Sæpe etiam, vt celeberrimus poeta memorat, Tardi costas agitator asselli.

Vilibus aut onerat pomis, lapidemq; reuertens
Incussum, aut atræ massam picis vrbe reportat.

Iam vero molarum, & conficiendi frumenti penè solennis est huius pecoris labor. Quare omne rus tanquã maxime necessarium desyderat asellum, qui, vt dixi, pleraq; vtensilia & vehere in orbem, & reportare collo, vel dorso commode potest. Qualis autem species eius vel cura probatissima sit, superiore libro, cum de pretioso præciperetur, satis dictum est.

## De Ouibus emendis, tuendisq;. Cap. II.

POST maiores quadrupedes ouilli pecoris secũda ratio est, quæ prima fit, si ad vtilitatis magnitudinem referas. nam id præcipue nos contra frigoris violentiã protegit, corporibusq; nostris liberaliora præbet velamina. Tum etiam casei, lactisq; abundantia non solũ agrestes saturat, sed etiam elegantium mensas iucundis, & numerosis dapibus exornat. Quibusdam vero nationibus frumenti ex partibus victum commodat, ex quo Nomadũ, Getarumq; plurimi γαλακτόποται dicuntur. Igitur id pecus, quamuis mollissimum sit, vt ait prudentissime Celsus, valetudinis tutissimę est, minimeq; pestilentia laborat. Veruntamẽ eligendum est ad naturam loci. quod semper obseruari non solum in hoc, sed etiam in tota ruris disciplina Vergilius præcipit, cum ait.

Nec vero terræ ferre omnes omnia possunt.

Pinguis, & campestris situs proceras oues tolerat, gracilis, & colinus quadratas, syluestris, et montosus exiguas, pratis, planisq; nonalibus tectum pecus commodissime



pascitur. Idq; non solum generibus, sed etiam coloribus plurimum refert. Generis eximij milesias, calabras, appulasq; nostri existimabant, earumq; optimas tarentinas. Nunc gallicæ pretiosiores habentur, earumq; præcipue altinates. Item quæ circa Parmam, & Mutinã macris stabulantur campis. Color albus cum sit optimus, tum etiã est vtilissimus, quod ex eo plurimi fiũt, neq; hic ex alio. Sunt etiam suapte natura pretio commendabiles pullus, atq; fuscus, quos præbent in Italia Pollentia, in Bætica Corduba. Nec minus Asia rutilos, quos vocãt ξανθούς. Sed et alias varietates in hoc pecoris genere docuit vsus exprimere. nam cum in municipium gaditanum ex vicino Africæ miri coloris syluestres, ac feri arietes, sicut aliæ bestiæ munerarijs deportarentur. M. Columella patruus meus acris vir ingenij. atq; illustris agricola quosdam mercatus in agros transtulit, et mansuefactos tectis ouibus admisit. Eæ primum hirtos, sed paterni coloris agnos ediderunt, qui deinde & ipsi tarentinis ouibus impositi, tenuioris velleris arietes progenerauerunt. Ex his rursus quicquid conceptum est, maternam molliciem, paternum, & auitum retulit colorem. Hoc modo Columella dicebat, qualemcunq; speciem, quæ fuerit in bestijs, per nepotum gradus mitigata feritate, redijsse. Ad propositum reuertar. Ergo duo genera sunt ouilli pecoris, molle, & hirsutum. sed in vtroq; vel emendo plura communia, quædam tamen sunt propria generosi, quæ obseruari conueniat. Communia in emendis gregibus ferè illa. si candor lanæ maxime placet, nunquã candidissimos mares legeris, quoniam ex albo sepe fuscus editur partus, ex erythræo, vel pullo nunquam generatur albus.

## De arietibus eligendis. Cap. III.

ITAQVE nõ solũ ea ratio est probãdi arietis, si vellere cãdido vestitur, sed etiã si palatũ, atq; lingua cõcolor lanę est. Nã cũ hę corpis ptes nigrę, aut maculosę sunt, pulla vel etiã varia nascitur proles. idq; inter cætera eximie

Universidad de Deusto
Biblioteca



talibus numeris significauit.idemq; qui supra.

Illum autem,quamuis aries sit candidus ipse,
Nigra subest vdo tantū cui lingua palato,
Reijce,ne maculis infuscet vellera pullis
Nascentum. Vna,eadēq; ratio est in erythræis, & nigris Arietibus, quorum similiter (vt iam dixi) neutra pars esse debet discolor lanę,multoq; minus ipsa vniuersitas tergoris maculis variet. ideo nisi lanatas oues emi non oportet,quo melius vnitas coloris appareat.quę ni si præcipua est in arietibus,paternæ notæ plerunq; natis inhærent.Habitus autem maxime probatur, cum est altus,atq; procerus,ventre promisso,atq; lanato,cauda lōgissima,densiq; velleris, fronte lata, testibus amplis,intortis cornibus,nō quia magis hic sit vtilis(nam est melior mutilus aries)sed quia minime nocent.Intorta potius quàm surrecta.& patula cornua.quibusdam tamen regionibus,vbi cœli status vuidus,ventosusq; est, capros, & arietes optauerimus vel amplissimis cornibus, quod ea porrecta,altaq; maximam partem capitis à tempestate defendant. Itaq; si plerunq; est atrocior hyems, hoc genus eligemus,si clementior,mutilum probabimus marem,quoniam est illud incommodum in cornuto,quod cum sentiat se velut quodam naturæ loco capitis armatum,frequenter in pugnam procurrit, & fit in fœminas quoq; procacior.nam riualem(quamuis solus admissurę non sufficit)violentissime persequitur. nec ab alio temperstiuum patitur inirigregem, nisi cum est fatigatus libidine.mutilus autem, cum se tanquam exarmatum intelligat,nec ad rixam promptus est, & in venere mitior. itaq; capri,vel arietis petulci sæuitiam pastores hac astutia repellunt,mensuræ pedalis robustam tabulam configunt aculeis,& aduersam fronti cornibus religāt. ea res ferum prohibet à rixa, cum stimulatum suo ictu ipsum se sauciat.Epicharmus autem syracusanus, qui pecudū medicinas diligentissime conscripsit, affirmat pugnacē arietem mitigari terebra secundum auriculas foratis cornibus,qua curuantur in flexu.Eius quadrupedis ætas ad progenerandum optima est trima.nec tñ inhabilis vsq; in annos octo. Fœmina post bimatum maritari debet. Iuuenisq; habetur quinquennis.fatiscit post annum septimum.igitur vt dixi, mercaberis oueis intonsas.varia, & canam comam improbabis quod sit incerti coloris. maiorem trima dente minacem sterilem repudiabis. eliges bimam vasti corporis,ceruice prolixa, prolixi villi, nec asperi,lanosi,& ampli vteri.nam vitādus est glaber, & exiguus.atq; hæc ferè communia sunt, in comparandis ouibus.Illa etiam tuendis humilia facere stabula, sed in longitudinem potius,q̄ in latitudinem porrecta,vt si mul hyeme calida sint,nec angustiæ fœtus oblidāt.ea poni debent contra medium diem.nanq; id pecus,quamuis ex oībus aīalibus vestitissimum,frigoris tñ impatientissimum est,nec minus æstiui vaporis.itaq; cohors clausa sublimi macerie præponi vestibulo debet, vt sit in eam tutus exitus æstiuandi.deturq; opera,nequis humor subsistat,vt semper quamaridissimis filicibus,vel culmis stabula constrata sint,quo purius, & mollius incubent fœtæ.sint quala mundissima, nequa earum valetudo, quæ præcipue custodienda est,infestetur vligine. omni autē pecudi larga præbenda sunt alimenta. nam vel exiguus numerus,cum pabulo satiatur,plus dño reddit, q̄ maximus grex,si senserit penuriam.sequeris aūt noualia non solum herbida,sed quæ plerunque vidua sunt spinis vta murq; sæpius authoritate diuini carminis.

Si tibi lanitium curæ est,primum aspera sylua.
Lappæq;,tribuliq; absint.

Quoniam ea res,vt ait idem, scabras oues reddit, cum tensis illotis adhæsit sudor,& hirsuti secuerunt corpora vepres. tum etiam quotidie minuitur lana, quæ quanto prolixior in pecore concrescit,tanto magis obnoxia est rubis,quibus velut hamis inuncata à pascentium tergoribus auellitur.molle vero pecus etiam velamen,quo protegitur,amittit,atq; id non paruo sumptu reparatur.in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ter authores ferè constat primum esse admissuræ tempꝰ vernum pariibus si sit ouis matura, sin vero fœta circa Iulium mẽsem. Prius tñ haud dubie probabilius, vt messem vindemia. fructum deinde vineaticum fœtura pecoris excipiat, & totius autumni pabulo satiatus agnus ante mœstitiam frigorum, atq; hyemis ieiunium confirmetur. nam melior est autumnalis verno, sicut ait verissime Celsus, quia magis ad rem pertinet, vt ante æstiuum quàm hybernum solstitium conualescat. solusq; ex omnibus animalibus bruma commode nascitur. ac si res exigit, vt plurimi mares progenerandi sint, Aristoteles vir callidissimus rerum naturæ præcipit admissuræ tempore obseruare siccis diebus halitus septentrionales, vt contra ventum gregem pascamus, & eum spectans admittatur pecus. at si fœminæ generandæ sunt, austrinos flatus captare, vt eadem ratione matrices ineantur, nam illud, quod priore libro docuimus, vt admissarij dexter, vel etiã sinister vinculo testiculus obligetur, in magnis gregibus operosum est. Post fœturã deinde longinquæ regionis pascua petiturus opilio, ferè omnẽ sobolem pastioni reseruet suburbanæ, villicus enim teneros agnos, dum adhuc herbæ sunt, expertes lanio tradit, quoniam & paruo sumptu deuehuntur, & iis summotis, fructus lactis ex matribus non minor percipitur. Summitti tamen etiam in vicinia vrbis quandoq; oportebit. nam vernaculum pecus peregrino longe est vtilius. nec committi debet, vt totus grex effœtus senectute dominum destituat. cum præsertim boni pastoris vel prima cura sit annis omnibus in demortuarum, vitiosarumq; ouium locum totidem, vel etiam plura capita substituere, quoniã sæpe frigorum, atq; hyemis sæuitia pastorem decipit, & eas oues interimit, quas ille tempore autumni ratus adhuc esse tolerabiles, non summouerat. quo magis etiam propter hos casus, nisi validissima, quæ non comprehendatur hyeme, nouaq; progenie repleatur numerus. quod qui faciet seruare debebit, ne minori quadrimæ, neue ei,



quæ excessit annos octo, prolem submittat, neutra enim ætas ad educandum est idonea. tum etiam quod ex vetere materia nascitur, plerunq; congeneratũ parentis senium refert. nã vel sterile, vel imbecillũ est. Partus vero incipientis pecoris non secus, q̃ obstetricum more custodiri debet, neq; enim aliter hoc animal, q̃ muliebris sexus enititur, sæpiusq; etiam quanto est oĩs rationis ignarũ, laborat in partu. quare veterinariæ medicinæ prudens esse debet pecoris magister, vt si res exigat, vel integrũ conceptum, cum transuersus hæret locis genitalibus, extrahat. vel ferro diuisum citra matris perniciem partum educat, quod græci vocant ἐμβρύου ἄκος. Agnus autẽ, cũ est editus, erigi debet, atq; vberibus admoueri, tũ etiã eius diductũ os pressis humectare papillis, vt condiscat maternũ trahere alimentũ, sed prius q̃ hoc fiat, exiguũ emulgendũ est, quod pastores colostrã vocant. ea nisi aliquatenus emittitur, nocet agno, qui biduo quo natus est, cũ matre clauditur, vt & ea partum suum foueat, & ille matrem agnoscere condiscat. Mox deinde quandiu non lasciuit obscuro, & calido septo custodiatur. postea luxuriantem virgea cum comparibus area claudi oportebit, ne velut puerili nimia exultatione macescat. cauendumq; est, vt tenerior separetur à validioribus, quia robustus angit imbecillũ. satisq; est mane priusquàm grex procedat in pascua. deinde etiam crepusculo redeuntibus saturis ouibus admiscere agnos. qui cum firmi esse cœperint, pascendi sunt intra stabulum cythiso, vel medica, tum etiam furfuribus. aut si permittit annona, farina ordei, vel erui. deinde, vbi conualuerint, circa meridiem pratis, aut noualibus villæ contiguis matres admouendæ sunt, & à septo emittendi agni, vt condiscant foris pasci. De genere pabuli, vt et ante diximus & nunc eorũ, quæ omissa sunt, meminerimus, iucundissimas herbas esse, quæ aratro proscissis aruis nascantur, deinde quæ pratis vligine carentibus, paluſtres, syluestresq; minime idoneas haberi. nec tamen vlla sunt

tam blanda pabula, aut etiam pascua, quorum gratia nõ exolescat vsu continuo, nisi pecudum fastidio pastor occurrerit præbito sale, quod velut ad pabuli condimentũ per æstatem canalibus ligneis impositũ cum è pastu redierint oues, lambũt, atq; eo sapore cupidinem bibendi, pascendiq; concipiunt. at contra penuriæ hyemis succurritur obiectis intra tectum per præsepia cibis. aluntur aũt commodissime repositis vlmeis, vel ex fraxino frondibus, vel autumnali fœno, quod cordum vocatur. nam id mollius, & ob hoc iucundius est, q̃ maturũ, cythiso quoq; & satiua vicia pulcherrime pascuntur. necessariæ tñ, vbi cætera defecerunt, etiam ex leguminibus paleæ. nam per se ordeũ, vel fresa cũ suis valuulis faba, vel cicercula sumptuosior est, q̃ vt suburbanis regionibus exiguo pretio possit pręberi. sed si vilitas permittit, haud dubie sunt optima. De temporibus autẽ pascendi, & ad aquã ducẽdi per æstatem non aliter sentio, quàm vt prodidit Maro.

Luciferi primo cum sydere frigida rura
Carpamus, dum mane nouum, dum gramina canent,
Et ros in tenera pecori gratissimus herba.
Inde vbi quarta sitim cœli college. t hora.
Ad puteos, aut alta greges ad stagna
Perducamus, medioq; die, vt idem, ad vallem,
Sicubi magna Iouis antiquo robore quercus
Ingentes tendit ramos, aut sicubi nigrum
Illicibus crebris sacra nemus accubat vmbra.
Rursus deinde iam mitigato vapore compellantur ad aquam, etiam per æstatem id faciendum, & iterum ad pascua producendum

Solis ad occasum, cum frigidus aera vesper
Temperat, & saltus reficit iam rosida luna.

Sed obseruandum est sydus æstatis per emersum canicu læ, vt ante meridiem grex in occidentem spectans agatur, & in eam partem progrediatur, post meridiẽ in orientem, siquidem plurimum refert, vt pascentium capita sint obuersa soli, qui plerunq; nocet animalibus oriente



prædicto sydere. Hyeme, & vere maturinis temporibus intra septa contineantur, dũ dies aruis gelicidia detrahat nã pruinosa ijs diebus herba pecudi grauedinẽ creat, ventremq; proluit. quare etiam frigidis, humidisq; temporibus anni semel tantũ ei potestas aquæ faciẽda est. tũ qui sequitur gregẽ circunspectus, ac vigilans (id quod oĩbus, & oĩm quadrupedũ custodibus præcipitur) magna clementia moderetur. idemq; duci propior q̃ dño, & in cogendis, recipiendisq; ouibus adclamatione, ac baculo minetur. nec vnquã telũ emittat in eas. neq; ab his longius recedat. nec aut recubet, aut consĩdat. nã nisi procedit, stare debet, quoniã grex quidẽ custodis officiũ sublimẽ, celsissimamq; oculorum veluti speculam, desyderat, vt neq; tardiores, & grauidas, dum cunctantur, neq; agiles, & fœtas, dum procurrunt, separari à cęteris sinat, ne fur, aut bestia hallucinantem pastorem decipiat. sed hæc communia ferè sunt in omni pecore ouillo, nunc quæ sunt generosi propria dicemus.

## De *ouibus tectis*. Cap. IIII.

GRAECVM pecus, quod plerique tarentinum vocant, nisi cum domini præsentia est, vix expedit haberi. siquidem & curam, & cibum maiorem desyderat. nam cum sit vniuersum genus lanigerum cæteris pecudibus mollius, tum ex omnibus tarentinum est mollissimum, quod nullam domini, aut magistrorum inertiam sustinet, multoq; minus auaritiam nec æstus, nec frigoris patiens. Raro foris, plerunq; domi alitur, & est auidissimũ cibi, cui si detrahitur fraude villici, clades sequitur gregẽ, singula capita per hyemem recte pascuntur ad præsepia tribus ordei, vel fresæ cum suis valuulis fabæ, aut cicercułæ quatuor sextarijs, ita vt & aridam frondem præbeat, aut siccam, vel viridem medicam, cythisumue, tum etiã cordi fœni septena pondo, aut leguminum paleas adfatim. Minimus agnis vendundis in hac pecude, nec vllus lactis reditus haberi potest, nã & qui summoueri debent

Universidad de Deusto
Biblioteca



pauciſſimos poſt dies quàm editi ſunt, immaturi ferè mactantur, orbæq; natis ſuis matres alienæ ſoboli præbent vbera. quippe ſinguli agni binis nutricibus ſummittuntur, nec quicquam ſubtrahi ſummiſſis expedit, quo ſaturior lactis agnus celeriter confirmetur, & parta nutrici conſociata minus laboret in educatione fœtus ſui. quam ob cauſam diligenti cura ſeruandum eſt, vt & ſuis quoti die matribus, & alienis non amantibus, agni ſubrumentur. Plures autem in eiuſmodi gregibus, quàm in hirtis maſculos enutrire oportet. nã prius quàm fœminas inire poſſint mares caſtrati, cum bimatum expleuerint, enecãtur. & pelles eorum propter pulchritudinem lanæ maiore pretio, quàm alia vellera mercantibus traduntur. liberis autem campis, & omni ſurculo, ruboq; vacantibus ouem græcam paſcere meminerimus, ne, vt ſupra dixi, & lana carpatur, & tegumen. nec tamen ea minus ſedulam curam foris, quia non quotidie procedit in paſcua, ſed maiorem domeſticam poſtulat. nam ſæpius detergẽda, & refrigeranda eſt. ſæpius eius lana diducẽda, vinoq;, & oleo inſuccanda. nonnunquam etiã tota eſt eluenda, ſi diei permittit apricitas. idq; ter anno fieri ſat eſt. ſtabula vero frequenter euerrenda, & purganda, humorq; omnis vrinæ deuerrendus eſt, qui commodiſſime ſiccatur perforatis tabulis, quibus ouilia conſternuntur, vt grex ſupercubet, nec tantum cœno, aut ſtercore. ſed exitioſis quoq; ſerpentibus tecta liberentur, quod vt fiat.

Diſce & odoratam ſtabulis incendere cædrum,
Galbaneoq; agitare graues nidore chelydros.
Sæpe ſub immotis præſepibus aut mala tecta
Vipera delituit, cœlumq; exterrita fugit,
Aut tecto aſſuetus coluber. Quare, vt idem iubet,
Cape ſaxa manu, cape robora paſtor,
Tollentemq; minas, & ſibila, colla tumentem
Deijce. Vel ne iſtud cum periculo facere neceſſe ſit,
muliebres capillos. aut ceruina ſæpius vre cornua. quorũ odor maxime non patitur ſtabulis prædictam peſtẽ con



ſiſtere. Tonſuræ certum tempus anni per omnes regiones ſeruari non poteſt, quoniam nec vbiq; tarde, nec celeriter æſtas ingruit. & eſt modus optimus conſyderare tempeſtates, quib⁹ouis, neq; frigus, ſi lanam detraxeris, neq; æſtum, ſi nondum detonderis, ſentiat. verũ ea quando cunq; detonſa fuerit, vngi debet tali medicamine. ſuccus excocti lupini, veteriſq; vini fex, et amurca pari menſura miſcentur, eoq; liquamine tonſa ouis imbuitur, atq; vbi per triduum delibuto tergore medicamina perbiberit, quarto die ſi eſt vicinia maris, ad litus deducta merſatur, ſi minus eſt, cœleſtis aqua ſub dio ſalibus in hunc vſum durata, paulũ decoquitur, eaq; grex perluitur. hoc modo curatum pecus toto anno ſcabrum fieri nõ poſſe Celſus affirmat. nec dubium eſt, quinetiam ob eam rem lana quoq; mollior, atq; prolixior renaſcatur.

*Medicinæ pecoris ouilli.* Cap. V.

ET quoniam recenſuimus cultum, curamq; recte valentium, nunc quemadmodum vitijs, aut morbo laborantibus ſubueniendum ſit, præcipiemus, quanquam pars hęc exordij penè tota iam exhauſta ſit, cum de medicina maioris pecoris priore libro diſputaremus, quia cum ſit ferè eadem corporum natura minorum, maiorumq; quadrupedum, paucæ, paruæq; morborum, & remediorum differentiæ poſſunt inueniri. quæ tamen quantulæcunq; ſint, non obmittentur à nobis. Si ægrotat vniuerſum pecus, vt & ante præcepimus. & nunc⁄ quod remur eſſe maxime ſalutare, iterum adſeueramus in hoc caſu, quod eſt remedium præſentiſſimum. pabula mutemus, & aquationes totius regionis, & alium quæramus ſtatum cœli. curemusq;, ſi ex calore, & æſtu concepta peſtis inuaſit, vt opaca rura, ſi inuaſit frigore, vt eligantur aprica. ſed modice, ac ſine feſtinatione perſequi pecus oportebit, ne imbecillitas eius longis itineribus aggrauetur, nec tamẽ in totum pigre, ac ſegniter agere. nam quemadmodum feſſas morbo pecudes vehemẽter agitare, & extẽdere nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca



conuenit, ita conducit mediocriter exercere, & quasi torpentes excitare, nec pati veterno conseneſcere, atq; extinguí. cũ deinde grex ad locum fuerit perductus in lacinias colonis distribuatur. nã particulatim facilio q̃ vni uersus conualeſcit, ſiue quia ipſius morbi halitus minor eſt in exiguo numero, ſeu quia expeditius cura maior adhibetur paucioribus. Hæc ergo, & reliqua (ne nũc eadẽ repetamus) quæ ſuperiore exordio percenſuimus, obſeruare debemus, ſi vniuerſæ laborabunt, illa, ſi ſingulæ. Oues frequentius, q̃ vllũ aliud animal infeſtantur ſcabie, quæ ferè naſcitur, ſicut noſter memorat poeta:

Cum frigidus imber
Altius ad viuum perſedit, & horrida cano
Bruma gelu. Vel poſt tonſurã, ſi remediũ prædicti medicaminis nõ adhibeas, ſi æſtiuũ ſudorẽ mari, vel flumine nõ abluas, ſi tonſum gregẽ patiaris ſylueſtribus rubis, ac ſpinis ſauciari. ſi ſtabulo vtaris, in quo mulæ, aut equi, aut aſini ſteterũt, præcipue tñ exiguitas cibi maciẽ, macies aũt ſcabiẽ facit. hæc vbi cœpit irrepere, ſic intelligitur, vitioſum locũ pecudes, aut morſu ſcalpũt, aut cornu, vel vngula tundũt, aut arbori adfricãt, parietibúsue detergẽt. quod vbi aliquã facientẽ videris, comprehende re oportebit, & lanã diducere, nã ſubeſt aſpera cutis, & velut quædam prurigo, cui primo quoq; tempore occurrendũ eſt, ne totã progeniẽ coinquinet, et quidẽ celeriter, cũ & alia pecora, tum præcipue oues contagione vexentur. ſunt aũt complura medicamina, quæ iccirco enumerabimus, nõ quia cunctis vti neceſſe ſit, ſed quoniã nonnullis regionibus quędã reperiri nequeũt, ex pluribus ali quod inuentũ remedio ſit. Facit aũt commode primũ ea compoſitio, quã paulo ante demonſtrauimus, ſi ad fecẽ, & amurcam, ſuccumq; decocti lupini miſceas portione æqua detritũ album elleborũ. poteſt etiã ſcabriciẽ tollere ſuccus viridis cicutæ. quæ verno tempore, cũ iã caulẽ nec adhuc ſemina facit, deciſa contunditur, atq; expreſſus humor eius fictili vaſe reconditur, duabus vnis liquoris,



admiſto ſalis torridi ſemodio. quod vbi factũ eſt, oblitũ vas in ſterquilinio defoditur, ac toto anno fimi vapore concoctũ, mox promitur. tepefactũq; medicamentũ linitur ſcabræ parti, quæ prius aſpera teſta, vel pumice defricta redulceratur. eidẽ remedio eſt amurca duabus partibus decocta, itẽ vetus hoîs vrina teſtis candentibus inuſta. quidã tamẽ hãc ipſam ſubiectis ignibus quinta parte minuũt, admiſcẽtq; pari menſura ſuccũ viridis cicutę. Deinde figularibus tritis, & picis liquidæ, & fricti ſalis ſingulos ſextarios infundunt. facit etiã ſulfuris triti, & picis liquidæ modus æqualis igne lento coactus. ſed georgicum carmẽ affirmat, nullã eſſe præſtantiorẽ medicinã,

Quam ſiquis ferro potuit reſcindere ſummum
Vlceris os, alitur vitium, viuitq; tegendo.

Itaq; reſerandum eſt, & vlcerã medicamentis curandum, ſubijcit deinde æque prudenter febricitantibus ouibus, de talo vel inter duas vngulas ſanguinẽ emitti oportere. nam plurimum id quidem

Profuit incenſos æſtus auertere, & inter
Ima ferire pedis ſalientem ſanguine venam.

Nos etiã ſub oculis & de auribus ſanguinẽ detrahimus. claui quoq; dupliciter infeſtãt ouẽ, ſiue cũ ſubluuies, atq; intertrigo in ipſo diſcrimine vngulæ naſcitur, ſeu cũ idẽ locus tuberculũ habet, cuius media ferè parte canino ſimilis extat pilus, eiq; ſubeſt vermiculus. Subluuies, & intertrigo pice per ſe liquida, vel alumine & ſulfure, atq; aceto miſtis rite eruentur, vel tenero punico malo, prius quàm grana faciat, cum alumine pinſito, ſuperfuſoq; aceto, vel æris ærugine infriata, vel combuſta galla cum auſtero vino leuigata, & ſuperpoſita. tuberculum, cui ſubeſt vermiculus, ferro quamcautiſſime circunſecari oportet, ne, dum amputatur etiam, quod infra eſt animal vulneremus. id enim cum ſauciatur, venenatam ſaniem mittit, qua reſperſum vulnus ita inſanabile facit, vt totus pes amputandus ſit. & cum tuberculum diligenter circunciderís, candens ſeuum vulneri per ardentem tedam inſtil-

Universidad de Deusto
Biblioteca



lato. Quem pulmonariam similiter vt suem curari conuenit, inserta per auriculam, quam veterinarij consiliginem vocant. de ea iam diximus, cū maioris pecoris medicinam tradidimus. sed is morbus æstate plerunq; concipitur, si defuit aqua, propter quod vaporibus omni quadrupedi largius bibendi potestas danda est. Celso placet, si est in pulmonibus vitium, acris aceti tantum dare, quantum ouis sustinere possit, vel humanæ veteris vrinæ tepefactæ trium heminarum instar per sinistram narem corniculo infundere, atq; axungiæ sextantem faucibus inferere. Est etiam insanabilis sacer ignis, quam pusulam vocant pastores. ea nisi compescitur intra primā pecudem, quę tali malo correpta est, vniuersum gregem contagione prosternit. sic quidem quod nec medicamētorum, nec ferri remedia patitur. nam penè ad omnem tactum excandescit. sola tamen ea fomenta non aspernatur lactis caprini, quod infusum tantum valet, vt & blandiatur igneam sæuitiam, differens magis occidionē gregis, quam prohibens. Sed ægyptiæ gentis author memorabilis Dolus Mendesius, cuius commenta, quæ appellantur græce ὑπομνήματα sub nomine Democriti falsò produntur, sensit propter hanc sæpius, ac diligenter ouium terga perspicere, vt si forte sit in aliqua tale vitium deprehensum, confestim scrobem defodiamus in limine stabuli, & viuam pecudem, quæ fuerit pusulosa, resupinam obruamus, patiamurq; super obrutam meiere totum gregem, quod eo facto, morbus propulsetur. Bilis æstiuo tempore non minima pernicies potione depellitur humanæ veteris vrinæ, quæ ipsa remedio est etiam pecori arcuato. At si molesta pituita est, cunelæ bubulæ, vel nepetæ syluestris surculi lana inuoluti naribus inseruntur, versanturq;, donec sternuat ouis. Fracta pecudū non aliter, quàm hominum crura sanantur, inuoluta lanis oleo, atq; vino insuccatis, & mox circundatis ferulis conligata. Est etiā grauis pernicies herbæ sanguinariæ, quam si pasta est ouis, toto ventre distenditur, contrahi-



turq;, & spumam quandam tenuem tetri odoris expuit. Celeriter sanguinem mitti oportet sub cauda in ea parte, quę proxima est clunibus, nec minus in labro superiore vena soluenda est. Suspirioſe laborantibus, auriculæ ferro rescindendæ, mutandæq; regiones, quod in omnibus morbis, ac pestib⁹ fieri debere censemus. Agnis quoque succurrendum est vel febricitantibus, vel ægritudine alia affectis, qui vbi morbo laborant, admitti ad matres non debent, ne in eas perniciem transferant. Itaque separatim mulgendæ sunt oues, & cœlestis aqua pari mē sura lacti miscenda est, atq; ea potio febricitātibus danda. multi lacte caprino ijsdem medentur, quod per cornículum infunditur faucibus. Est etiam mentigo, quam pastores ostiginē vocant mortifera lactentibus. Ea plerunq; fit, si per imprudentiam pastoris emissi agni, vel etiam hœdi rosidas herbas depauerint, quod minime cō mitti oportet. sed cum id factum est, velut ignis sacer, os, atque labra fœdis vlceribus obsidet. Remedio sunt hyssopus. & sal equis ponderibus contrita. nam ea mistura palatum, atque linguam totumq; os perfricatur. Mox vlcera lauantur aceto, & tunc pice liquida, cum adipe suillo perlinuntur. Quibusdam placet æruginis tertiam partem duabus veteris axungiæ portionibus commiscere, tepefactoque vti medicamine. Nonnulli folia cupressi trita miscent aquæ, & ita perluunt vlcera, atque palatum. Castrationis autem ratio iam tradita est. neque enim alia in agnis, quàm in maiore quadrupede seruatus.

## De caprino pecore. Cap. VI.

ET quoniam de ouiarico satis dictum est, ad caprinum pecus nunc reuertar. Id autē genus dumeta potius, quàm cāpestrem situm desyderat. asperisq; etiam locis, ac syluestribus optime pascitur. nam nec rubos auersatur, nec vepribus offenditur, & arbusculis, frutetisque maxime gaudet. Ea sunt arbutus, atq; alaternus, cythisusq; agre-

Universidad de Deusto
Biblioteca



stis, nec minus ilignei, querneiq; frutices, qui in altitudinem non prosiliunt. Caper, cui sub maxillis binæ verruculæ collo dependent, optimus habetur, amplissimi corporis, cruribus crassis, plena, & breui ceruice, flaccidis, & prægrauantibus auribus, exiguo capite, nigro, densoq;, & nitido, atq; longissimo pilo. Nam & ipse tundetur
Vsum in castrorum, ac miseris velamina nautis.
Est autem mensium septem satis habilis ad procreandum, quoniam immodicus libidinis, dum adhuc vberibus alitur, matrem stupro superuenit, & ideo celeriter, & ante sex annos consenescit, quod immatura veneris cupidine primis pueritiæ temporibus exhaustus est. Itaque quinquennis parum idoneus habetur fœminis implendis. Capella præcipue probatur similima hirco, quẽ descripsimus, si etiam est vberis maximi, & lactis abundantissimi. Hanc pecudem mutilam parabimus quieto cœli statu. nam procelloso, atq; imbrifero cornuta semper, nam & omni regione maritos gregum mutilos esse oportebit, quoniã cornuti ferè pernicioſi sunt propter petulantiam. Sed numerum generis huius maiorẽ, quàm centum capitum sub vno clauso non expedit habere, cũ lanigeræ mille pariter commode stabulentur. Atq; vbi capræ primum comparantur, melius est vnum gregem totum, quàm ex pluribus particulatim mercari, vt nec in pastione separatim laciniæ deducantur, & in caprili maiore concordia quietæ consistant. Huic pecudi nocet æstus, sed magis frigus, & præcipue fœtæ, quæ gelicidio hyemis conceptum fecit. nec tamen ea sola creant abortus, sed etiam glans cum citra satietatem data est. Itaque nisi potest affatim præberi, non est gregi permittenda. Tempus admissuræ per autumnũ ferè ante mensem Decembrem præcipimus, vt propinquante vere gemmantibus frutetis, cum primum syluæ noua germinant fronde, partus edatur. Ipsum vero caprile vel naturali saxo, vel manu constratum eligi debet, quoniam huic pecori nihil substernitur. Diligensq; pastor quotidie stabulum



conuerrit, nec patitur stercus, aut humorem consistere, lutumue fieri, quæ cuncta sunt capris inimica. Parit aũt, si est generosa proles, frequenter duos, nonnunquam tri geminos. Pessima est fœtura cum matres bimæ, ternos hœdos efficiunt. Qui vbi editi sunt, eodem modo, quo agni educantur, nisi quod magis hœdorum lasciuia compescenda, & arctius cohibenda est. Tum super lactis abundantiam samera, vel cythisus, aut edera prębenda, vel etiam cacumina lentisci, aliæq; tenues frondes obijciendæ sunt. Sed ex geminis singula capita, quæ videntur esse robustiora, in supplementum gregis reseruantur, cætera mercantibus traduntur. Anniculæ, vel bimæ capellæ (nam vtraq; ætas partum edit) submitti hœdum non oportet. neq; enim educare, nisi trima debet. sed anniculæ confestim depellenda soboles, bimę tamdiu admittenda, dum possit esse vendibilis. nec vltra octo annos matres seruandæ sunt, quod assiduo partu fatigatæ steriles existant. Magister autem pecoris acer, durus, strenuus, laboris patientissimus, alacer, atq; audax esse debet, & qui per rupes, per solitudines, per vepres facile vadat, & non vt alterius generis pastores sequatur, sed plerunq; vt antecedat gregem. Quare eum esse maxime strenuum opus est. Capellæ, dum dumeta pascunt, capris cedunt, subinde quæ cedit compesci debet, ne procurrat. sed placide, ac lente pabuletur, vt & largi sit vberis, & non strigosissimi corporis.

## De *medicina caprarum*. Cap. VII.

ALIA nanq; genera pecorum, cum pestilentia vexantur, prius morbo, & langoribus macescunt, solæ capellæ quamuis opimæ, atq; hilares subito concidunt, velut aliqua ruina gregatim prosternantur. Id accidere maxime solet vbertate pabuli. Quamobrem statim cum vnam, vel alteram pestis perculit, omnibus sanguis detrahendus. Nec tota die pascendæ, sed mediis quatuor horis intra septa claudendæ. Sin alius langor infestat, pabulo me

Universidad de Deusto
Biblioteca



dicantur arundinis. & albæ spinæ radicibus, quas cũ ferreis pilis diligenter contuderimus, admiscemus aquam pluuialem, solamq; potandam pecori præbemus. Quod si ea res ægritudinem non depellit, vendenda sunt pecora. vel si neq; id contingere potest, ferro necanda, sallendaq;. Mox interposito spatio conueniet alium gregem reparare. nec tamen ante quàm pestilens tempus anni, si ue id fuit hyemis vertatur æstate, siue autumni, vere mutetur. Cum vero singulæ domo laborabunt, eadem remedia, quæ etiam ouibus adhibebimus. nam cum distenditur aqua cutis, quod vitium græci vocant ὑδρώπα, sub armo pellis leuiter incisa perniciosum transmittet humorem, tum factum vulnus pice liquida curetur. Cum effœtæ loca genitalia tumebunt, aut secundæ non responderint, defruti sextarius, vel cum id defuerit, boni vini tantundem faucibus infundatur, & naturalia cerato liquido repleantur. Sed ne nunc singula persequar, sicut in ouillo pecore prædictum est, caprino medebimur.

## *Caſei faciendi ratio.* *Cap.* VIII.

CASEI quoq; faciendi non erit omittenda cura vtiq; longinquis regionibus, vbi mulctram deuehere non expedit. Is porrò si tenui liquore conficitur, quamcelerime vendendus est, dum adhuc viridis succum retinet. si pingui, et opimo, longiorem patitur custodiam, sed lacte fieri debet syncero, & quamrecentissimo. nam requietum, vel mistum celeriter acorem concipit. Id plerunq; cogi agni, aut hœdi coagulo, quamuis possit & agrestis cardui flore conduci, & seminibus gneti, nec minus ficulneo lacte, quod emittit arbor, si eius virentem saucies corticem. Verum optimus caseus est, qui exiguum medicaminis habet. Minimum autem coagulum recipit sinum lactis argentei pondus denarij. nec dubium, quin fici ramulis glaciatus caseus iucundissime sapiat. sed mulctra, cum est repleta lacte, non sine tepore aliquo debet esse. nec tamen admouenda est flammis, vt quibusdam placet, sed haud procul igne constituenda, & confestim cum concreuit, liquor in fiscellas, aut in calathos, vel formas transferendus est. nam maxime refert primo quoque tempore serum percolari, & à concreta materia separari. Quam ob causam rustici nec patiuntur quidem sua sponte pigro humore defluere, sed cum paulo solidior caseus factus est, pondera superponunt, quibus exprimatur serum. dinde vt formis, aut calathis exemptus est opaco, ac frigido loco, ne possit vitiari, quamuis mundissimis tabulis componitur, aspergitur tritis salibus, vt exudet acidum liquorem. Atque vbi duratus est, vehementius premitur, vt conspissetur. Et rursus torrido sale contingitur, rursusq; ponderibus condensatur. Hoc cũ per dies nouem factum est, aqua dulci eluitur, et sub vmbra cratibus in hoc factis, ita ordinatur, ne alter alterum caseus contingat, & vt modice siccetur. deinde quo tenerior permaneat, clauso neque ventis obnoxio loco stipatur per complura tabulata. Sic neque fistulosus, neque salsus, neque aridus prouenit. Quorum vitiorum primum solet accidere, si parum pressus. secundum, si nimio sale imbutus, tertiũ, si sole exustus est. Hoc genus caseí potest etiam trans maria permitti. nam is, qui recens intra paucos dies absumi debet, leuiore cura conficitur, quippe fiscellis exemptus in salem, muriamq; demittitur, & mox in sole paulum siccatur. Nonnulli ante quàm pecus numellis inducant, virides pineas nuces in mulctram demittunt, & mox super eas emulgent, nec separant, nisi cum transfiniserint in formas coactam materiam. Ipsos quidam virides conterunt nucleos, & lacti permiscent, atque ita congelant. Sunt qui thymum contritum, cribróque colatum cum lacte cogant. Similiter qualiscunq; velis saporis efficere possis, adiecto quod elegeris, condimento. Illa vero notissima est ratio faciundi caseí, quem dicimus manu pressum. nanq; is paulum gelatus in mulctra dum est tepefactus, rescinditur, & feruẽte aqua perfusus, vel manu figuratur, vel buxeis for-

Universidad de Deusto
Biblioteca



mis exprimitur. Est etiam nõ ingrati saporis muria perduratus, atq; ita malini ligni, vel culmi fumo coloratus. Sed iam redeamus ad originem.

## De *Suibus, & eorum medicinis.* Cap. IX.

IN omni genere quadrupedum species maris diligenter eligitur, quoniam frequenter patri similior est progenies, quàm matri. Quare etiam in suillo pecore probandi sunt totius quidem corporis amplitudine eximij, & qui quadrati potius, quàm qui longi, aut rotundi sunt, ventre promisso, clunibus vastis, nec perinde cruribꝰ, aut vngulis proceris, amplæ, & glanduloſæ ceruicis, toſtris breuibus, & resupinis. Maximeq; quod ad rẽ pertinet, quam salaciſſimos oportet esse mares, qui & annicula ætate cõmode progenerant, dum quadrimatum agant, possunt tamen etiam semestres implere fœminam. Scrofæ probantur longiſſimi status, & vt sint reliquis membris similes descriptis verribus. Si regio frigida, & pruinosa est, quamduriſſimæ, densæq; & nigræ setæ grex eligendus est. Si temperata, atq; aprica, glabrum pecus, vel etiã priſtinale albũ potest pasci. Fœmina sus habetur ad partus edendos idonea ferè vsq; in annos septem, quę quanto fœcundior est celerius senescit. Annicula non improbe concipit, sed iniri debet mense Februario. Quatuor quoq; mensibus fœta, quinto parere, cum iam herbæ solidiores sunt, vt & firma lactis maturitas porcis contingat, et cũ desierint vberibꝰ ali, stipula pascantur, cęterisq; leguminum caducis frugibus. Hoc autẽ fit longinquis regionibus, vbi nihil niſi submittere expedit. Nam suburbanis lactens porcus ære mutandus est. sic enim mater non educando, labori subtrahitur, celeriusq; iterum conceptum partum edet. Idq; bis anno faciet. Mares vel cum primũ ineunt semestres, aut cũ sæpius progenerauerunt, trimi, aut quadrimi castrantur, vt possint pinguescere. Fœminis quoq; vuluæ ferro exulcerantur, & cicatricibus clauduntur, ne sint genitales. Quod facile non in-



telligo, quæ ratio compellat, niſi penuria cibi. nã vbi est vberrimus pabuli, submittere prolẽ semper expedit. Omnẽ porrò sitũ ruris pecus hoc vsurpat. nã & montibus & campis commode pascitur, melius tamen paluſtribus agris, quàm sitientibus. Nemora sunt conuenientiſſima quæ vestiuntur quercu, subere, fago, cerris, ilicibus, oleaſtris, tamaricibus, corylis, pomiferisq; syluestribus, vt sunt albæ spinæ, græcæ ſiliquæ, iuniperus, loros, pinus, cornus, arbutus, prunus, & paliurus, atq; achrades pyri. Hæc enĩ diuerſis temporibus mitescunt, ac penè toto anno gregẽ saturant. At vbi penuria est arborũ, terrenum pabulũ conſectabimur, & sicco limoſum præferemus, vt paludẽ rimentur, effodiantq; lumbricos, atq; in luto volutentur, quod est huic pecori gratiſſimũ, quinetiã vt aquis abuti possint. nanq; & id feciſſe maxime per æstatẽ profuit, & dulceis eruiſſe radiculas aquatilis syluæ, tanquã scyrpi, iunciq; & degeneris arundinis, quã vulgus cannã vocat. nã quidẽ cultus ager opimas reddit sues, cũ est graminoſus, & pluribus generibus pomorũ conſitus, vt per anni diuerſa tempora, mala, pruna, pyrũ, multiformes nuces, ac ficũ præbeat. nec ramen propter hæc parcetur horreis. nã sæpe de manu dandũ est, cũ foris deficit pabulũ, propter quod plurima glans vel ciſternis in aquã, vel fumo tabulatis recondenda est. Fabæ quoq; & ſimiliũ leguminũ, cũ vilitas permittit, facienda est poteſtas, & vtiq; vere, dũ adhuc lactant. Viridia pabula suibus plerunq; nocent. itaq; mane priuſquã procedant in pascua, conditiuis cibis ſuſtinendæ sunt. ne immaturis hærbis citetur aluus. Eoq; vitio pecus emacietur. nec vt cæteri greges vniuerſi claudi debent. sed per porticus haræ faciendæ sunt, quibus aut à partu, aut etiã prægnantes includantur. nã præcipue sues cateruatim, atq; inconditæ, cũ sint pariter incluſæ, ſuper alias aliæ cubant, & fœtus elidunt. Quare, vt dixi, iunctæ parietibus haræ conſtruendæ sunt in altitudinem pedũ quatuor, ne ſus tranſilire ſepta queat. nã contegi non debet, vt à ſuperiore

parte custos numerum porcorum recenseat. & siquem decumbens mater oppresserit, cubanti subtrahat. Sit autem vigilans, impiger, industrius, nauus omnium, quas pascit. Et matricum, & iuniorũ meminisse debet, vt vni uscuiusq; partũ consyderet. Semper obseruet enitentem claudatq; vt in hara fœtũ edat. Tũ denotet protinꝰ quotq;, & quales sint nati, & curet maxime nequis sub nutrice aliena educetur. nam facillime porci, si euaserint haram, miscent se, & scrofa cũ decubuit, æque alieno, ac suo præbet vbera. Itaq; porculatoris maximũ officiũ est, vt vnãquãq; cũ sua prole claudat, qui si memoria deficitur, quo minus agnoscat cuiusq; progeniem, pice liquida eãdẽ notã scrofæ, er porcis imponat, et siue per lineas siue per alias formas vnũquẽq; fœtũ cũ matre distinguat. nã in maiore numero diuersis notis opꝰ est, ne cõfundatur memoria custodis. Attamen quia id facere gregibus amplis videtur operosum, commodissimũ est haras ita fabricare, vt limen earum in tantam altitudinem consurgat, quantũ possit nutrix euadere, lactens autem supergredi non possit. Sic nec alienus irrepit, & in cubili suam quisq; matrem nidus expectat, qui tamen non debet octo capitum numerum excedere. Non quin ignorem fœcunditatem scrofarum maioris esse numeri, sed quia celerrime fatiscit, quæ plures educat. Atq; eæ, quibꝰ partus summittitur, cocto sunt ordeo sustinendæ, ne ad maciem summam perducantur, & ex ea ad aliquam perniciem. Diligens autem porculator frequenter suille cõuerrat, & sæpius haras. nam quamuis prædictũ animal in pabulationem spurce versetur, mundissimum tamen cubile desyderat. Hic fere cultus est suilli pecoris recte valentis.

## De *medicina suum*. Cap. X.

SEQVITVR vt dicamus, quæ sit cura vitiosi. Febricitantiũ signa sunt, cũ obstipæ sues transuersa capita ferũt, ac per pascua subito cũ paululũ procurrerũt, con-



sistũt, & vertigine correptæ concidũt. Earũ notanda sunt capita, quam in partem proclinentur, vt ex aduersa parte de auricula sanguinem mittamus. Item sub cauda duobus digitis à clunibus intermissis venam feriamꝰ quæ est eo in loco satis ampla, eamq; sarmento prius oportet verberari, deinde ab ictu virgæ tumentem ferro rescindi, detractoq; sanguine colligari saligneo libro, vel etiam vlmeo. Quod cum fecerimus vno, aut altero die sub tecto pecudũ continebimus, & aquam modice calidam quantam volent, farinæq; ordeaceæ singulos, sextarios præbebimus. Strumosis sub lingua sanguis mittendus est, qui cũ profluxerit, sale trito cũ farina triticea cõfricari totũ os conuenit. Quidam præsentius putant esse remediũ, cũ per cornu singulis ternos cyatos gari demittunt. deinde fissas taleas ferularũ lineo funiculo religant. & ita collo suspendũt, vt strumæ ferulis contingãtur. Nauseantibus quoq; salutaris habetur eburnea scobis sale fricto. & fabæ minutæ fresæ commista, ieiunisq; prius q̃ in pascua prodeant obiecta. Solet etiam vniuersum pecꝰ ægrotare ita, vt emacietur, nec cibos capiat, productũq; in pascua medio campo procũbat, & quodã veterno pressum somnos æstiuo sub sole captet. Qđ cũ facit, totus grex tecto clauditur stabulo, atq; vno die abstinetur potione, & pabulo. postridie radix anguinei cucumeris trita, & commista cũ aqua datur sitientibus. quam cũ pecudes biberũt, nauseã correptæ vomitãt, atq; expurgantur, oĩq; bile depulsa cicercula, vel faba, dura muria consperſa, deinde (sicut hoĩbus) aqua calida potanda permittitur, sed cũ oĩ quadrupedi per æstatẽ sitis sit infesta, tũ suillo maxime est inimica, quare nõ vt capellã, vel ouẽ, sic & hoc animal bis ad aquã duci præcipimus, sed si fieri põt, iuxta flumẽ, aut stagnũ per ortũ caniculæ detineri. quia cũ sit æstuosissimum, non est contentum potione aquæ nisi obesam illuuiem, atq; distentam pabulis aluum demerserit, ac refrigerauerit. nec vlla re magis gaudet, quàm riuis, atq; cœnoso lacu volutari. Quod si lo-

Universidad de Deusto Biblioteca



corũ situs repugnat,ne ita fieri possit,puteis extracta,& large canalibus immissa præbenda sunt pocula, quibus nisi affatim satientur pulmonariæ fiunt.Isq; morbus optime sanatur auriculis inserta consiligine.de qua radicula diligenter,ac sæpius iã locuti sumus. Solet etiã vitiosi splenis dolor eas infestare,quod accidit, cũ ficcitas magna prouenit,&,vt Bucolicon loquitur poema,

Strata iacent passim sua quæq; sub arbore poma,

Nã pecus insatiabile est, sues enim, dũ dulcedinẽ pabuli consectantur,supra modũ æstate splenis incremento laborant.Cui succurritur,si fabricentur canales ex tamaricibus,& rusco, repleanturq; aqua, & deinde sitientibus admoueantur. Quippe ligni succus medicabilis, epotus intestinũ tumorem compescit.

## De castratione suum. Cap. XI.

CASTRATIONIS autẽ in hoc pecore duo tẽpora seruantur, veris, & autumni, & eius administrandæ duplex ratio.Prima illa, quã iã tradidimus. cũ duobus vulneribus impressis per vnanquanq; plagã singuli exprimuntur testiculi.altera est speciosior, sed magis periculosa,quã tamen non emittã.cũ virilẽ partẽ vnã ferro resectã detraxeris,per impressum vulnus scalpellũ inserito,& mediã quasi cutẽ,quæ interuenit duobus mẽbris genitalibus,rescindito. atq; vncis digitis alterũ quoque testiculũ educito. sic fiet vna cicatrix adhibitis cæteris remedijs,quæ prius docuimus.Illud autẽ, quod pertinet ad religionẽ patrisfamilias, non reticendũ putaui. sunt quædã scrofæ,quæ mandunt fœtus suos,quod cũ fit, nõ habetur prodigiũ.nã sues ex omnibus pecudibus impatientissimæ famis sunt.ita vt aliquando,si indigeant pabuli,non tantũ alienã(si liceat)sobolẽ,sed etiã suã consumant.De armentis, cæterisq; pecudibus, & magistris, per quos quadrupedũ greges humana solertia domi,foriscq; curantur,atq; obseruantur(nisi fallor)satis accurate diximus.



## De canibus. Cap. XII.

NVNC, vt exordio priore sum pollicitus, de mutis custodibus loquar, quanquam canis falsõ dicitur mutus custos. nam quis hoĩm clarius, aut tanta vociferatione bestiam,vel furem prædicat,q̃ iste latratu? quis famulus amantior domini?quis fidelior comes?quis custos incorruptior?quis excubitor inueniri potest vigilantior?quis denicq; vltor, aut vindex constantior? quare vel in primis hoc animal mercari,tueriq; debet agricola,quod & villam,& fructus,familiamq;,& pecora custodit.eiq; aũt parandi,tuendiq; triplex ratio est. nanq; vnũ genus aduersus hoĩm insidias eligitur, & id villam, quæq; iũcta sunt villæ custodit.at alterũ pro pellendis iniurijs hoĩm, ac ferarũ,& id obseruat domi stabulũ, foris pecora pascentia.Tertiũ venandi gratia comparatur, idq; non solũ nihil agricolam iuuat,sed et auocat,desidemq; ab opere suo reddit.de villatico igitur,& pastorali dicendũ est nam venaticus nihil pertinet ad nostram professionem. Villæ custos eligendus est amplissimi corporis,valti latratus,canoriq;,vt prius auditu maleficũ, deinde etiam conspectu terreat,& tamen nonnũquam, ne visus quidem horribili fremitu suo fuget insidiantem. sit aũt coloris vnius,isq; magis eligatur albus in pastorali, niger in villatico.nam varius in neutro est laudabilis. pastor albũ probat,quoniam est feræ dissimilis, magnoq; op̃ interdum discrimine est in propulsandis lupis sub obscuro mane, vel etiam crepusculo, ne si non sit albo colore conspicuus, pro lupo canem feriat. Villaticus qui hominum maleficijs opponitur, siue luce clara fur aduenerit,terribilior niger conspicitur,siue nocte, ne conspicitur qdem propter vmbræ similitudinem, quamobrem tectus tenebris canis tutiorem accessum habeat ad insidiantem.probatur quadrat̃ poti̇, q̃ longus, aut breuis, cãpite tam magno, vt corporis videatur pars maxima, deiectis,& propendentibus auribus, nigris, vel glaucis

Canis villaticus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



oculis acri lumine radiantibus, amplo, villosoq; pectore, latis armis, cruribus crassis, et hirtis, cauda breui, vestigio tũ articulis, & vnguibꝰ amplissimis, qui græce ὀρεκάς appellãtur. Hic erit villatici canis status præcipuè laudãdus. mores autem neq; mitissimi, neq; rursus truces, atq; crudeles, quod illi furem quoq; adulantur, hi etiam domesticos inuadunt. satis est seueros esse, nec blandos, vt nonnunquam etiam conseruos iratius intueantur, semper excandescant in exteros. Maxime autem debent in custodia vigilaces conspici, nec erronei, sed assidui, & circunspecti magis, quàm temerarij. nam illi nisi quod certum compererunt, non indicant. hi vano strepitu, & falsa suspicione concitantur. Hęc iccirco memoranda credidi, quia non natura tantum, sed etiam disciplina mores facit, vt cũ emendi potestas fuerit, eiusmodi probemus, & cum educabimus domi natos, talibus institutis formemus. Nec multum refert an villatici corporibus graues, & parum veloces sint. plus enim comminus, & in gradu, quam eminus, & in spatioso cursu facere debent. nã semper circa septa, & intra ædificium consistere, immo ne longius quidem recedere debent, satisq; pulchre funguntur officio, si & aduenientem sagaciter adoriuntur, & latratu conterrent. nec patiũtur propius accedere, vel constantius appropinquantẽ violenter inuadũt. Primũ est enim non adtentari, secundum est lacessitum fortiter, & perseueranter vindicari. atque hæc de domesticis custodibus, illa de pastoralibus. Pecuarius canis neq; tam strigosus, aut pernix debet esse, quàm qui damas, ceruosque, & velocissima sectatur animalia, nec tam obesus, aut grauis, quàm villæ, horreiq; custos, sed & robustus nihilo minus, & aliquatenus promptus, ac strenuus, quoniam & ad rixam, & ad pugnam, nec minus ad cursum comparatur, cum & lupi repellere insidias, & raptorem ferum consequi fugientem, prædamq; excutere, atq; auferre debeat. quare status eius longior, productiorq; ad hos casus magis habilis est, quàm breuis, aut etiam quadratus, quoniam (vt dixi) nonnunquam necessitas exigit celeritate bestiã consectandam. cęteri artus similes meritis villatici canis æque probantur. Cibaria ferè eadem sunt vtriq; generi præbenda. nam si tam laxa rura sunt, vt sustineant pecorum greges, oẽs sine discrimine canes ordeacea farina, cum sero commode pascit. Sin autẽ surculo consitus ager sine pascuo est, farreo, vel triticeo pane satiandi sunt, admisto tamen liquore coctæ fabæ, sed tepido. nam feruens rabiẽ creat. huicquadrupedi neq; fœminæ, neq; mari, nisi post annũ permittenda venus est, quæ si teneris conceditur, carpit & corpus, & vires, animosq; degenerat. Primus effœtæ partus amouendus est, quoniam truncula nec recte nutrit, & educatio totius habitus aufert incrementũ. Mares nueniliter vsq; in annos decem progenerant. post id tempus ineundis fœminis nõ videntur habiles. quoniam seniorum pigra soboles existit. Fœminę concipiunt vsq; in annos nouem, nec sunt vtiles post decimum. Catulos sex mensibus primis, dum corroborentur, emitti non oportet nisi ad matrem lusus, ac lasciuiæ causa. postea & cathenis per diem continendi. & noctibus soluendi, nec vnquam eos, quorũ generosam volumus indolem conseruare, patiemur alienę nutricis vberibus educari, quoniam semper & lac. & spiritus maternus longe magis ingenij, atq; incremẽta corporis auget. quod si effœta lacte deficitur, caprinũ maxime conueniet præberi catulis, dum fiant mensium quatuor, nominibus autem nõ longissimis appellandi sunt, quo celerius quisq; vocatus exaudiat, nec tamen breuioribus, q̃ quæ duabus syllabis enuntientur, sicuti græcũ est σκύλαξ, latinum ferox, græcum λάκων latinũ celer, vel fœmina, vt sunt græca ἀλωπηξ, ἀλωπηξ, latina, lupa, cerua, tigris. Catulorum caudas post diem quadragesimum, quàm sint editi, sic castrare conueniet. neruus est, qui per articulos spinæ prorepit, vsq; ad vltimã partẽ caudæ. is mordicus comprehensus, & aliquatenus eductus abrumpitur, quo facto neque in longitudinem

Universidad de Deusto
Biblioteca



cauda fœdū capit incrementū, & (vt plurimi pastores affirmāt) rabies arcetur letifer morbus huic generi.

*De morbis, & medicinis canum.* Cap. XIII.

FERE aūt per æstatē sic muscis aures canū exulcerantur, sæpe vt totas amittant. quod ne fiat amaris nucibus contritis liniendæ sunt. quod si vlceribus iam prœoccupatæ fuerint, coctā picē liquidā suillæ adipi vulneribus stillari conueniet. hoc eodē medicamine contacti ricini decidūt. nā manu nō sunt vellendi, ne vt ante prędixerā faciāt vlcera. Pulicosæ cani remedia sunt, fume cyminū tritū pari pondere, cū veratro, aquaq; mistū, & inlitū, seu cucumeris anguini succū. vel si hęc nō sunt, vetus amurca per totū corpus infusa. Si scabies infestabit, cythisi, & sesami tantundē conterito, & cū pice liquida permisceto, vitiosamq; partem linito. quod medicamentū putatur etiā hominibus esse conueniēs. eadē pestis, si fuerit vehementior, cedrino liquore aboletur. reliqua vitia sicut in cæteris animalibus præcepimus, curanda sunt. Hactenus de minore pecore. mox de villaticis pastionibus, quę continent volucrum, piscium q;, & syluestrium quadrupedū curam, sequenti volumine præcipiemus.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER OCTAVVS.

*De villaticis pastionibus.* Cap. I.

QVAE ferè consumabāt Publi Siluine ruris exercendi, colendiq; scientiā, quæq; pecuariæ negotiationis exigebat ratio, septē memorauimus libris. hic nunc sequentis numeri titulum possidebit, nec quia proximā, propriamq; rustici curā desyderēt ea, quę dicturi sumus, sed quia non alio loco, quàm in agris, aut



villis debeāt administrari, & tamen agrestibus magis, q̄ vrbanis prosint. quippe villaticæ pastiones, sicut pecuariæ non minimā colono stipem conferunt, cum & auiū stercore macerrimis vineis, & omni surculo, atq; aruo medeantur, & eisdem familiarē focum, mensamq; pretiosis dapibus opulentent. postremo venditorū animalium pretio villæ reditū augent. quare de hoc quoq; genere pastionis dicendum censui. est autem id ferè vel in villa, vel circa villam. in villa est, quod appellant græci ὀρνιθῶνας, καὶ περιστερεῶνας, atq; etiā cum datur liquoris facultas ἰχθυοτροφεῖα sedula cura exercentur. Ea sunt omnia, vt latine potius loquamur, sicut auium cohortalium fabula. nec minus earum, quæ conclauibus septæ saginantur, vel aquatilium animaliū receptacula. rursus circa villā ponuntur μελισσῶνας καὶ χηνοτροφεῖα, quin etiā λαγοτροφεῖα studiosè administrantur, quæ nos similiter appellamus apum cubilia, apiaria. vel nantium volucrum, quę stagnis, piscinisq; lætantur, auiaria. vel etiam pecudum syluestrium, quæ nemoribus clausis custodiuntur, viuaria.

*De gallinarum generibus, gallis cohortalibus paranda, & nutriendis.* Cap. II.

PRIVS igitur de his præcipiam, quæ intra septa villæ pascuntur, ac de alijs quidem forsitan ambigitur, an sint agrestibus possidenda. gallinarum vero plerunq; agricolæ cura solennis est. Earum genera sunt vel cohortaliū, vel rusticarum, vel africanarum. Cohortalis est auis, quæ vulgo per omnes ferè villas conspicitur. Rustica, quæ nō dissimilis villaticæ per aucupē decipitur. eaq; plurima est in insula, quā nautę in ligustico mari sitam producto nomine alitis gallinariam vocitauerunt. Africana est, quam plericq; numidicam dicunt, meleagridi similis, nisi quod rutilam galeam, & crista capite gerit, quæ vtraq; sunt in meleagride cœrulea. sed ex his tribus generibus cohortales fœminæ propriæ appellantur gallinæ. mares

Universidad de Deusto
Biblioteca



autem galli. semimares, capi, qui hoc nomine vocantur, cum sint castrati, libidinis abolendæ causa. nec tamen id patiuntur amissis genitalibus, sed ferro candente calcarib⁹ inustis, quæ cum ignea vi consumpta sunt, facta vlcera dum consanescãt, figurali creta linuntur. Huius igitur villatici generis non spernendus est reditus, si adhibeatur educandi scientia, quam plerique græcorum, & præcipue celebrauere Deliaci. sed & ij, quoniam procera corpora, & animos ad prælia pertinacis requirebant, præcipue tanagricum genus, & rhodium probabant, nec minus chalcidicum, & medicum, quod ab imperito vulgo litera mutata melicum appellatur. nobis nostrum vernaculum maxime placet. omisso tamen illo studio græcorum, qui ferosissimum quenque alitem certaminibus, & pugnæ præparabant. nos enim censemus instituere vectigal industrij patrisfamilias, non rixosarũ auium laniſtæ, cuius plerũq; totum patrimonium pignus aleæ victor gallinaceus pyctes abstulit. igitur cui placebit sequi nostra præcepta, consyderet oportet primum quàm multas, & cuiusmodi parare debeat matrices. deinde qualiter eas tueri, et pascere. mox quibus anni temporibus earum partus excipere. tum demum vt incubent, & excludant efficere. Postremo vt cõmode pulli educentur operam dare. his enim curis, et ministerijs exercetur ratio cohortalis, quam græci vocant ὀρνιθοτροφίαν. Parandi autem modus est, ducen corũ capitũ, quæ pastoris vnius curam dispendant, dum tamen anus sedula, vel puer adhibeatur custos vagantium, ne obsidijs hominũ, aut insidiosorum animalium diripiantur. mercari porrò nisi fœcundissimas aues non expedit. eæ sint rubicundæ, vel fuscæ plumæ, nigrisq; pennis, ac si fieri poterit, omnes huius, & ab hoc proximi coloris eligantur. sin aliter, euitentur albæ, quæ ferè cum sint molles. ac minus viuaces, tũ ne fœcundę quidem facile reperiuntur, atq; etiam conspicuæ, propter quod insigne candoris ab accipitribus, & aquilis sæpius abripiuntur. sint ergo matrices probi co-



loris, robusti corporis, quadratæ, pectorosæ, magnis capitibus, rectis, rutilisq; cristulis, albis auribus, et sub hac specie quamamplissimæ, nec paribus vngulis, generosissimæq; creduntur, quæ quinos habent digitos, sed ita ne cruribus emineant transuersa calcaria. nam quæ hoc viri le gerit insigne, contumax ad concubitũ dedignatur admittere marem, raroq; fœcunda, etiam cum incubat, calcis aculeis oua perfringit. Gallinaceos mares nisi salasissimos habere non expedit. atq; in his quoq; sicut in fœminis, idem color, idemq; numerus vngulum. status altior quæritur. Sublimes, sanguineæq;, nec obliquæ cristæ. rauidi, vel nigrantes oculi. breuia, & adunca rostra, maximæ, candidissimæq; aures. paleæ ex rutilo albicantes, quę velut incanæ barbæ dependent, iubæ deinde variæ, vel ex auro flauæ per colla, ceruicesq; in humeros diffusæ. tum lata, & musculosa pectora, lacertos æque similes brachijs. alæ tum procerissimæ. caudę duplici ordine singulis vtrĩq; prominentibus pinnis inflexæ, quinetiã vasta fœmina, & frequenter horrentibus plumis hirta. robusta crura, nec longa, sed infestis velut sudibus nocenter armata. Mores autem quamuis non ad pugnam, neque ad victoriæ laudem præparentur, maxime tamen generosi probantur, vt sint elati, alacres, vigilaces, & ad spius canendum prompti, nec qui facile terreantur. nam interdum resistere debent. & protegere coniugalem gregem. quin attollentem minas serpentem, vel aliud noxium animal interficere. talibus autem maribus quinæ singulis fœminæ comparantur. nam Rhodij generis, aut medici propter grauitatem, neque patres nimis salaces, nec fœcundæ matres, quæ tamen ternæ singulis maritantur. & cum pauca oua posuerunt, inertes ad incubandum, multoque magis ad excludendum raro fœtus suos educant. Itaque quibus cordi est ea genera propter corporum speciem possidere, cum exceperunt oua generosarum, vulgaribus gallinis subijciunt, & ab his exclusi pulli nutriuntur. tanagrici plerunque rhodijs,

& medicis amplitudine pares, non multum moribus à vernaculis distant, sicut & chalcidici. Omnium tamẽ horum generum nothi sunt optimi pulli, quos conceptos ex peregrinis maribus, nostrates ediderunt. nam et pater nam speciem gerunt, & salacitatem fœcunditatemq; vernaculam retinent. pumiliones aues, nisi quem humilitas earum delectat, nec propter fœcunditatem, nec propter alium reditum nimium probo, tam hercule, quàm nec pugnacem. nec rixosæ libidinis marem. nam plerunque cæteros infestat, & non patitur iniri fœminas, cum ipse pluribus sufficere non queat. impedienda est itaq; procacitas eius ampullaceo corio, quod cum in orbiculum formatum est, media pars ouis rescinditur, & per excisam partem galli pes inseritur. eaq; quasi compede cohibentur feri mores. sed, vt proposui, iam de tutela vniuersi generis præcipiam.

*De gallinarijs constituendis.* *Cap.* III.

GALLINARIA constitui debent parte villæ, quæ hybernum spectat orientem. iuncta sint ea furno, vel culinę, vt ad auem perueniat fumus. qui est huic generi præcipue salutaris. Totius autem officinæ, idest ornithonis tres continue extruuntur cællæ, quarum, sicuti dixi, perpetua frons orienti sit obuersa. in ea deinde frõte exiguus detur vnus omnino aditus mediæ cællæ, quæ ipsa tribus minima esse debet in altitudinem, & quoquouersus pedes septem. in ea singuli dextro, leuoq; pariete aditus ad vtranq; cællam faciendi sunt, iuncti parieti, qui est in trantibus aduersus. Huic autem focus applicetur tã longus, vt nec impediat prædictos aditus, & ab eo fumus pueniat in vtranq; cællam. eaq; longitudinis, & altitudinis duodenos pedes habeant, nec plus latitudinis, quàm media sublimitas. Diuidantur tabulatis, quæ supra se quaternos, & infra septenos liberos pedes habeãt, quoniam ipsa singulos occupant. vtraq; tabulata gallinis seruire debent, & ea paruis ab oriente singulis illuminari fenestellis, quæ & ipse matutinum exitum præbeant auibus ad cohortem, nec minus vespertinum introitum, sed curandum erit. vt semper noctibus claudantur, quo tutius aues maneant. intra tabulata maiores fenestræ aperiantur. & eæ clatris muniantur, ne possint noxia irrepere animalia. sic tamen, vt illustria sint loca, quo commodius habitent, auiariusq; subinde debet speculari aut incubantis, aut parturientis fœtus. nam etiam in ijs ipsis locis ita crassos parietes ædificare cõuenit, vt excisa p ordinẽ gallinarũ cubilia recipiãt. in quib⁹ aut oua edãtur aut excludãtur pulli. hoc enĩ & salubrius, et elegantius est, q̃ illud, qd̃ quidã faciunt, vt palis in parietes vehementer actis, vimineos qualos superimponant. siue autem parietibus, ita, vt diximus, cauatis, aut qualis vimineis, præponenda erũt vestibula, per quæ matrices ad cubilia pariendi, vel incubandi causa perueniant. neq; enim debet ipsis nidis inuolare, ne dum adsiliunt, pedibus oua confringant. ascensus deinde auibus ad tabulata per vtranq; cællam datur iunctis parieti modicis asserculis, qui paulum formatis gradibus aspẽrantur, ne sint aduolantibus lubrici. sed ab cohorte forinsecus prædictis fenestellis scandulę similiter iniungantur, quibus irrepant aues ad requiem nocturnam. maxime autem curabimus, vt & hæc auiaria, & cætera, de quibus mox dicturi sumus, intrinsecus, et extrinsecus poliantur opere tectorio, ne ad aues feles habeant, aut coluber accessum, & æque noxiæ prohibeantur pestes. tabulatis insistere dormientem auem non expedit, ne suo lædatur stercore. quod cum pedibus vncis adhæsit, podagram creat. ea pernicies vt euitetur, perticæ dolantur in quadrum, ne teres leuitas earum supersilientem volucrem non recipiat. conquadratæ deinde foratis duobus aduersis parietibus induuntur, ita vt à tabulato pedalis altitudinis, & inter se bipedalis latitudinis spatio distent. hæc erit cohortalis officinæ dispositio. cæterum cohors ipsa, per quam vagantur, nõ tam stercore, quàm vligine careat. nam plurimum refert aquam non esse in

Universidad de Deusto
Biblioteca



ea nisi vno loco, quam bibant, eamq; mundissimã. nam stercorosa pituitam concitat. puram tamen seruare non possis, nisi clausam vasis in hunc vsum fabricatis. sunt autem, qui aut aqua replentur, aut cibo plumbei canales, quos magis vtiles esse ligneos, aut fictiles compertũ est. hi superpositis operculis clauduntur, & à lateribꝰ sup mediã partẽ altitudinis p̃ spatia palmaria modicis foran tur cauis, ita vt auiũ capita possint admittere. nã nisi o perculis muniãtur, quãtuluncũq; aquæ, vel ciborũ ineſt, pedibꝰ euertitur. sunt q; à superiore parte foramina ipsis operculis imponant. quod fieri non oportet. nã superfi liens auis proluuie ventris cibos, & aquam conspurcat.

## De *cibarijs gallinarum.* Cap. IIII.

CIBARIA gallinis præbentur optima, pinsitum or deum, & vicia, nec minus cicercula, tum etiam milium, aut panicum. sed hæc vbi vilitas annonæ permittit. vbi vero ea est carior excreta tritici minute commode dan tur. nam per se id frumentum, etiam quibus locis villissi mum est, non vtiliter præbetur, quia obest auibus, potest etiã lolium decoctũ obiici, nec minus furfures modice à farina excreti, q; si nihil habent farris, nõ sunt idonei, nec tantũ appetũtur. Iciunis cythisi folia, seminaq; maxime probantur, et sunt huic generi gratissima. neq; est vlla re gio, in qua nõ possit huius arbusculę copia esse vel maxi ma. Vinacea quãuis tolerabiliter pascant, dari nõ debẽt, nisi quibus temporibus anni auis fœtus non edit. nam et partus raro, & oua faciunt exigua. Sed cum planè post autumnum cessant à fœtu, possunt hoc cibo sustineri. at tamen quæcunq; dabitur esca per cohortem vagantibus die incipiente, & iam in vesperum declinante bis diuidẽ da est, vt & mane nõ protinus à cubili latius euagentur, & ante crepusculum propter cibi spem temporius ad of ficinam redeant, possitq; numerus capitum sæpius reco gnosci. nam volatile pecus facile pastoris custdoiã reci pit. Siccus etiam puluis, & cinis vbicunq; cohortem pos



ticus, vel tectum protegit, iuxta parietes reponendus est, vt sit, quo aues se perfundant. nam his rebus plumam, pinnasq; emundant. si modo credimus Ephesio Hera cleto, qui ait sues cœno, cohortales aues puluere. vel cine re lauari. Gallina post primam emitti, & ante horã diei vndecimam claudi debet, cuius vagę cultus hic, quem di ximus, erit. nec tamen alius clausæ, nisi quod ea nõ emit titur, sed intra ornithonem ter die pascitur maiore men sura. nam singulis capitibus quaterni cyathi diurna ciba ria sunt, cum vagis terni, vel bini præbeantur. Habere etiam clausam oportet amplum vestibulum, quõ prode at, & vbi apricetur. idq; sit retibus munitum, ne aquila, vel accipiter inuolet. quas impensas, & curas nisi locis, quibus harum rerum vigent pretia, non expedit adhibe ri. Antiquissima est autem cum in omnibus pecoribus, tum in hoc fides pastoris, qui nisi eam domino seruat. nullus ornithonis quęstus vincet impensas. De tutela sa tis dictum est. nunc reliquum ordinem prosequemur.

## De *seruandis, & supponendis ouis.* Cap. V.

CONFECTA bruma parere ferè id genus auiũ cõ suieuit. atq; earum, quæ sunt fœcundissimæ, locis tepidio ribus. circa Calendas Ianuarias oua edere incipiunt, frigi dis autem regionibus eodem mense post Idus. Sed cibis idoneis fœcunditas earum elicienda est, quo maturius partum edant. Optime præbetur ad satietatem ordeum semicoctum. nam & maius facit ouorum incremen tum. & frequentiores partus. Sed is cibus quasi condien dus est interiectis cythisi folijs ac semine eiusdem, quæ vtraque maxime putantur augere fœcunditatem auium. Modus autem cibariorum sit, vt dixi, vagis binorum cyathorum ordei, aliquid tamen admiscendum erit cy thisi, vel si id non fuerit, viciæ, aut milij. Curæ autem de bebit esse custodi, cum parturient aues, vt habeãt quam mundissimis paleis constrata cubilia, eaq; subinde con uerrat, & alia stramenta quamrecentissima reponat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



nã pulicibus,alijsq; similibus animalibus replentur,quæ secum affert auis,cum ad idem cubile reuertitur. Assiduus autem debet esse custos,& speculari parientes,quod se facere gallinę testantur crebris singultibus interiecta voce acuta. Obseruare itaq;,dũ edant oua, & confestim circumire oportebit cubilia, vt quæ nata sunt recolligantur,notenturq; quæ quoq; die sint edita, vt quãrecentissima supponantur glocientibus. sic enim rustici appellãt aues eas, quæ volunt incubare. Cætera vel reponantur, vel ære mutentur. Aptissima porrò sunt ad excludendũ recentissima quæq;. Possunt tamen etiam requieta supponi,dum ne vetustiora sint, quàm dierum decem. Ferè autem,cum primum partum consumauerint,gallinæ incubare cupiunt ab Idibus Ianuarijs,quod facere non omnibus permittendum est,quoniam quidem nouellæ magis edendis, quàm excubandis ouis vtiliores sunt. Inhibeturq; cupiditas incubandi pinnula per nares traiecta. Veteranas igitur aues ad hanc rem eligi oportebit, quæ iam sępius id fecerint,moresq; earum maxime pernosci quoniam aliæ melius excubant,aliæ editos pullos comodius educant. At è contrario quædã & sua, & aliena oua comminuunt,atq; consumunt, quod facientẽ protinus submouere conueniet. Pulli autem duarum, aut triũ auium excusi,dum adhuc teneri sunt,ad vnam,quæ sit melior nutrix,transferri debent, sed primo quoq; die,dum mater suos, & alienos propter similitudinem dignoscere non potest. Veruntamen seruare oportet modũ. neq; enim debet maior esse,quàm triginta capitum. negant enim hoc ampliorem gregem posse ab vna nutriri. Numerus ouorum,quæ subijciuntur,impar obseruatur,nec semper idem. nam primo tempore, idest mense Ianuario quindecim,nec vnquã plura subijci debẽt,Martio. XIX. nec his pauciora. vnũ & viginti Aprili, tota deinde æstate vsq; in Calendas Octobris totidem. Postea superuacua est huius rei cura, quod frigoribus excusi pulli plerunq; intereant. Plericq; tamen etiam ab æstiuo solstitio



non putant bonã pullationẽ, quod ab eo tempore etiã si facilẽ educationẽ habent, iustũ tñ non capiũt incremẽtũ. Verũ suburbanis locis,vbi à matre pulli non exiguis pretijs veneũt,nec plerũq; intereũt,probanda est æstiua educatio. Semper aũt, cũ supponũtur oua, consyderari debet, vt luna crescente à decima vsq; ad quintamdecimam id fiat. nam & ipsa suppositio per hos ferè dies est commodissima, & sic administrandũ est, vt rursus cũ excludũtur pulli, luna crescat, diebus quibus animantur oua, & in speciem volucrũ conformantur. Ter septenis opus est gallinaceo generi. At pauonino, & anserino paulo amplius ter nouenis, quæ siquando fuerint supponenda gallinis, priꝰ eas incubare decem diebꝰ fœtibus alienigenis patiemur. Tũ demũ sui generis quatuor oua, nec plura q̃ quinq; fouenda recipient. Sed & hæc quammaxima. nam ex pusillis aues minutæ nascũtur. Cũ deinde qs volet quamplurimos mares excludi, longissima quæq;, & acutissima oua subijciet, & rursus cũ fœminas, quã rotũdissima. Supponendi aũt consuetudo tradita est ab ijs, qui religiosiꝰ hæc administrant eiusmodi. Primũ quã secretissima cubilia eligũt, ne incubantes matrices ab alijs auibus inquietentur. deinde ante q̃ consternant ea, diligenter emũdant, palleasq;, quas substraturi sunt, sulfure & bitumine, atq; ardente teda perlustrant, & expiatas cubilibus injiciunt, ita factis concauatis nidis, ne ab aduolantibus, aut etiam desilientibus euoluta decidant oua. Plurimi etiam infra cubiliũ stramenta graminis aliquid, & ramulos lauri, nec minꝰ allij capita cũ clauis ferreis subijciũt. quæ cũcta remedia credũtur esse aduersus tonitrua, quibus vitiantur oua, pulliq; semiformes interimũtur ante, q̃ toti partibus suis consumentur. Seruat aũt q̃ subijcit, ne singula oua in cubili manu componat sed totũ ouorũ numerũ in alueolũ ligneũ conferat. deinde vniuersum leniter in præparatũ nidũ transfundat. Incubantibus aũt gallinis iuxta ponendus est cibus, vt saturæ studiosius nidis immorentur, neue longius euaga-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tæ refrigerent oua, quæ quamuis pedibus ipsæ conuer-
tant, auiarius tñ, cũ desilierint matres, circumire debet, ac
manu versare, vt æqualiter calore concepto facile ani-
mentur. Quin etiã siqua vnguibus læsa, vel fracta sunt,
vt remoueat. idq; cũ fecerit, die vndeuigesimo animad-
uertat, an pulli rostellis oua percuderint, & auscultetur,
si pipiant. nã sæpe propter crassitudinẽ putaminũ erum
pere non queunt. Itaq; hærenteis pullos manu eximere
oportebit, & matri fouendos subijcere, idq; non ampli-
us triduo facere. nã post vnũ & vigesimũ diẽ silentia o-
ua carent aĩalibus. eaq; remouẽda sunt, ne incubãs inani
spe diutius detineatur effœta. Pullos aũt nõ oportet singu
los, vt quisq; natus sit, tollere, sed vno die in cubili sinere
cũ matre, et aqua, ciboq; abstinere, dũ oẽs excludãtur. Po
stero die, cũ grex fuerit effœtꝰ, hoc modo deponitur. Cri
bro vitiario, vel etiã loliario, qui iã fuerit in vsu, pulli su
perponantur. deinde pulegij furculis fumigentur. ea res
videtur prohibere pituitã, quæ celerrime teneros interfi
cit. Post hæc cauea cũ matre claudendi sunt, & farre or-
deaceo cũ aqua incocto. vel adoreo farre vino respers
modice alendi. nã maxime cruditas vitanda est, & ob
hoc tertia die cauea cũ matre continendi sunt, priusq;,
q̃ emittantur ad recentem cibũ, singuli tentandi, nequid
hesterni habeant in gutture. nã si vacua non est ingluui
es, eruditatẽ significat, abstineriq; debent, dũ conco-
quant. Longius aũt non est permittendũ teneris euagari
sed circa caueã continendi sunt, & farina ordeacea pa-
scendi, dũ corroborentur. Cauendumq; ne à serpentibus
adflentur, quarũ odor tã pestilens est, vt interimat vni-
uersos. id vitatur sæpius incenso cornu ceruino, vel gal-
bano, vel muliebri capillo. quorũ oĩm ferè nidoribus
prædicta pestis submouetur. Sed & curandũ erit, vt tepi
de habeantur. nã nec calorẽ, nec frigus sustinent. Opti-
mũq; est infra officinã clausos haberi cũ matre, & post
quadragesimũ diẽ potestatẽ vagandi fieri. Sed primis
quasi infantiæ diebus pertractandi sunt, plumulæq; sub



cauda clunibus detrahendæ, ne stercore coinquinatæ du-
rescant. & naturalia præcludant. Quod quamuis caueа-
tur, sæpe tñ euenit, vt aluus exitũ nõ habeat. itaq; pinna
pertunditur, & iter digestis cibis præbetur. Sed & iã vali
dioribus factis, atq; ipsis matribus etiã vitanda pituitæ
pernicies erit. Quæ ne fiat, mundissimis vasis, & quãpu-
rissimã præbebimus aquã. nec minus gallinaria semper
fumigabimus, & emundata stercore liberabimus. quod
si tñ pestis peruaserit. sunt qui spicas allij tepido madefa
ctas oleo faucibus inferant. Quidã hoĩs vrina tepida ri-
gant ora, & tandiu comprimunt, dũ eas amaritudo co-
gat per nares emoliri pituitæ nauseã. Vua quoq;, quam
græci ἀγρίαν σταφυλὴν vocant, cũ cibo mista pro-
dest. Vel eadẽ pertrita, & cũ aqua potui data. Atq; hæc
remedia mediocriter laborantibus adhibentur. nã si pi-
tuita circunuenit oculos, & iã cibos auis respuit, ferro re
scindũtur genæ, & coacta sub oculis sanies oĩs exprimi
tur. atq; ita paulũ triti salis vulneribus infriatur. Id por-
rò vitiũ maxime nascitur cũ frigore, & penuria cibi la-
borant aues. Itẽ cũ per æstatẽ consistens in cohortibus
aqua potatur. itẽ cũ ficus, aut vua immatura nec ad satie
tatẽ permissa est, quibus scilicet cibis abstinendæ sunt a-
ues, eosq; vt fastidiant efficit vua labrusca de vepribus
immatura lecta, quæ cũ farre triticeo minuto cocta ob
ijcitur esurientibꝰ, eiusq; sapore offensæ aues, oẽm asper
nantur vuã. Similis ratio est etiã caprifici, quæ decocta
cũ cibo præbetur auibus, & ita fici fastidiũ creat. Mox
quoq; sicut in cæteris pecoribus eligenda quæq; optima
& deteriora vendenda. seruetur etiã in hoc genere, vt p
autumni tempus oĩbus annis, cũ fructus earũ cessat, nu
merus quoq; minuatur. Summouebimus aũt veteres, id
est quæ trimatum excesserunt. Item quæ aut parum fœ-
cundæ, aut parum bonæ nutrices sunt, & præcipue quæ
oua vel sua, vel aliena consumunt Nec minus, quæ ve-
lut mares cantare, atq; etiã calcare cœperunt. Itẽ serotini
pulli, qui ab solstitio nati capere iustũ incrementũ non

Universidad de Deusto
Biblioteca



potuerũt. In masculis aũt nõ eadem ratio seruabitur, sed tandiu custodiemus generosos, quandiu fœminam implere potuerint. Nam rarior est in his auibus mariti bonitas. Eodem quoq; tempore cũ parere desinent aues, id est ab Idibus Nouembris pretiosiores cibi subtrahendi sunt, & vinacea præbenda, quæ satis cõmode pascũt adiectis interdũ tritici excrementis.

*De Ouis.* Cap. VI.

OVORVM quoq; longioris temporis custodia nõ alien a est huic curæ. quæ commode seruantur per hyemẽ, si paleis obruas, æstate si furfuribus. Quidã prius trito sale sex horis adoperiũt. deinde eluũt, atq; ita paleis, aut furfuribus obruũt, nonnulli solida, multi etiã fresa faba coaggerant. Alij salibus integris adoperiũt. Alij muria tepefacta durant. sed oĩs sal quemadmodũ nõ patitur putrescere, ita minuit oua, nec sinit plena permanere, quę res ementẽ deterret. Itaq; ne in muriã quidem qui dimittũt, integritatem ouorũ conseruant.

*De gallinis farciendis.* Cap. VII.

PINGVEM quoq; facere gallinã, quamuis fartoris non rustici sit officiũ, tñ quia non ægre contingit, præcipiendũ putaui. Locus ad hanc rẽ desyderatur calidus maxime, & minimi luminis, in quo singulæ caueis angustioribus, vel sportis inclusæ pendeant aues, sed ita coarctatæ, ne versari possint. Verũ habeant ex vtraq; parte foramina. Vnũ, quo caput exeratur, alterũ, quo cauda, clunesq;. vt & cibos capere possint, & eos digestos sic edere, ne stercore coinquinentur. Substernatur aũt mundissima palea, vel molle fœnũ, ideſt cordũ. nã si dure cubãt, non facile pinguescunt. Pluma oĩs è capite, & sub alis atq; clunibus detergetur. Illic ne pediculum creet, hic ne stercore loca naturalia exulceret. Cibus aũt præbetur ordeacea farina, quæ cũ est aqua conspersa, & subacta, formantur offæ, q̃bus aues saginãtur. Eæ tñ primis diebus dari parcius debent, dũ plus concoquere consueſcãt. Nã



erudita s vitanda est maxime, tantumq; præbendũ, quantũ digerere possint. neq; ante recens admouenda est, q̃ tentato gutture apparuerit nihil veteris escæ remansisse. Cũ deinde sariata est auis, paululũ deposita cauea dimittitur, sed ita ne vagetur. sed potius, siquid est, quod eã stimulet, aut mordeat, rostro persequatur. Hæc enim ferè communis est cura farcientiũ. nã illi, qui volunt non solũ opimas, sed etiã teneras aueis efficere, mulsea recente aqua prædicti generis farinã conspergunt, & ita farciũt nonnulli tribus aquæ partibus vnã boni vini miscent, madefactoq; triticeo pane obesant auẽ, quæ prima luna (quoniã id quoq; custodiendũ est) saginari cœpta, vigesima perglisçit. Sed si fastidiet cibũ, totidẽ diebus minuere oportebit, quot iã farturæ processerit. ita tñ, ne tẽpus oẽ opimandi quintã & vigesimã lunã superueniat. Antiqssimũ est aũt maximã quãq; auẽ lautioribꝰ epulis destinare. sic enĩ digna merces sequitur operam, & impensam.

*De palumbis, & columbis farciendis, & colũbarijs constituendis.* Cap. VIII.

HAC eadẽ ratione palumbos, columbosq; cællares pinguissimos facere contingit. neq; est tñ in colũbis farciendis tantus reditus, quantus in educãdis. nã etiã horũ possessio nõ abhorret à cura boni rustici. Sed id genus minore tutela pascitur longinquis regionibus, vbi liber egressus auibus permittitur, quoniã vel summis turribꝰ, vel editissimis ædificijs assignatas sedes frequẽtãt patẽtibꝰ fenestris, p quas ad requirẽdos cibos euolitãt. Duobꝰ tñ, aut tribus mẽsibus acceptãt conditicia cibaria, cæteris seipsas pascũt seminibus agrestribus. Sed hoc suburbanis locis facere nõ possunt, quoniã intercipiũtur varijs aucupũ insidijs. itaq; clausæ intra tectũ pasci debẽt, nec in plano villæ loco, nec in frigido, sed in edito fieri tabulatũ oportet, qd aspiciat hybernũ meridiẽ. Eiusq; parietes, ne iã dicta iterem, vt in ornithone præcepim, cõtinuis cubilibus excauentur. vel si ita non competit, paxillis ad-

Universidad de Deusto
Biblioteca



actis tabulæ superponantur, quæ vel loculamenta, quibus nidificent aues, vel fictilia columbaria recipiant, præpositis vestibulis, per quæ ad cubilia perueniant. Totus autem locus, & ipsæ columbarum cellæ poliri debent albo tectorio, quoniam eo colore præcipue delectatur hoc genus auiũ. Nec minus extrinsecus leuigari parietes maxime circa fenestram, & ea sit ita posita, vt maiore parte hyberni diei solem admittat, habeatq; appositam satis amplam caueam retibus emunitam, quæ excludat accipitres, & recipiat egredientes ad apricationem columbas. nec minus in agros emittant matrices, quæ ouis, vel pullis incubant, ne quasi graui perpetuæ custodiæ seruitio contristatæ senescant. nam cum paulum circa ædificia volitauerint, exhilaratæ recreantur, & ad fœtus suos vegetiores redeunt, propter quos ne longius quidem euagari, aut fugere conantur. Vasa, quibus aqua præbeatur, similia esse debent gallinarijs, quæ colla bibentium admittant, & cupientes lauari, propter angustias non recipiant. nam id facere eas nec ouis nec pullis, quibus plerunque incubant, expedit. Cæterum cibos iuxta parietem conueniet spargi, quoniam ferè partes eæ columbarij carent stercore. Commodissima cibaria putantur vicia, vel eruum, tum etiam lenticula, miliúmque, & lolium, nec minus excreta tritici, & siqua sunt alia legumina, quibus etiam gallinæ aluntur. Locus autem subinde conuerri, & emundari debet. nam quanto est cultior, tanto lætior auis conspicitur, eaq; tam fastidiosa est, vt sæpe sedes suas perosa, si detur euolandi potestas, relinquat. quod frequenter in his regionibus, vbi liberos habent egressus, accidere solet. Id ne fiat vetus est Democriti præceptum. Genus accipitris tinunculum vocant rustici, qui ferè in ædificijs nidos facit. Eius pulli singuli fictilibus ollis conduntur, stipatisq; opercula supponuntur, & gypso lita vasa in angulis columbarij suspenduntur. quæ res auibus amorem loci sic conciliat, nec vnquam deserant. Seligendæ vero sunt ad educa-



tionem neque vetulæ, nec nimium nouellæ, sed corporis maximi. Curandumque, si fieri possit, vt pulli, quemadmodum excluſi sunt, nunquam seperentur. nam ferè, si sic maritatæ sunt, plures educant fœtus. Sin aliter, certe nec alieni generis coniunguntur, vt alexandrinæ, & campanę. minus enim impares suas diligunt, & ideo nec multum ineunt, nec sæpius fœtant. Plumæ color non semper, nec omnibus idem probatus est. atque ideo qui sit optimus non facile dictu est. Albus, qui vbique vulgo conspicitur, à quibusdam non nimium laudatur, nec tamen vitari debet in ijs, quæ clauso continentur. nam in vagis maxime est improbandus, quod eum facillime speculatur accipiter. Fœcunditas autem, quamuis longe minor sit, quàm est gallinarum, maiorem tamen refert quæstum. nam & octies anno pullos educat, si est bona matrix, & pretijs eorum domini complent arcam, sicut eximius author M. Varro nobis affirmat, qui prodidit etiam illis seuerioribus suis temporibus paria singula millibus singulis sextertiorum solita venire. nam nostri pudet seculi, si credere volumus, inueniri qui quaternis millibus numum binas aues mercentur. Quanquam vel hos magis tolerabiles putem, qui oblectamenta delitiarum possidendi, habendiq; causa graui ære, & argento pensent, quàm illos, qui ponticum phasim, & scythica stagna meotidis eluant. Iam nunc gangeticas, & ægyptias aues temulenter eructant. Potest tamen etiam in hoc auiario, sicut dictum est, sagina exerceri. nam siquæ steriles, aut sordidi coloris interueniunt, similiter vt gallinæ farciuntur. Pulli vero facilius sub matribus pinguescunt, si iam firmis, prius quàm subuolent, paucas subtrahas pinnas, & obteras crura, vt vno loco quiescant, præbeásque copiosum cibum parientibus, quo, & se, & eos abundantius alant. Quidam leuiter obligant crura, quoniam si frangantur, dolorem, & ex eo maciem fieri putent. sed nihil ista res pinguitudinis efficit, nam dum vincula exerere conantur, non conquie-

Universidad de Deusto
Biblioteca



scũt, et hac quasi exercitatione corpori nihil adijciũt. Fracta crura non plus q̃ bidui, aut summũ triduj dolorẽ afferũt, & spem tollunt euagandi.

*De alendis turturibus.* Cap. IX.

TVRTVRVM educatio superuacua est, quoniam id genus in ornithone nec parit, nec excludit. A volatura ita vt capitur, farturæ destinatur. eaq; leuiore cura, q̃ cæteræ aues saginatur. Verũ nõ omnibus temporibus. Per hyemẽ, quamuis adhibeatur opera, difficulter gliscit. Et tñ, quia maior est turdi copia, pretiũ turturũ minuitur. Rursus æstate vel sua sponte, dummodo sit facultas cibi, pingueſcit. nihil enĩ aliud, q̃ objcitur esca, sed præcipue milium, nec quia tritico vel alijs frumentis minus crassescãt, verũ q; semine huius maxime delectantur. Hyeme tñ offæ panis vino madefactæ, sicut etiã palumbos, celerius opimãt, q̃ cęteri cibi. Receptacula nõ tanq̃ columbis loculamenta, vel cællulæ cauatæ efficiuntur, sed ad lineã mutili per parietẽ defixi, tegeticulas cannabinas accipiũt prętentis retibus, quibus prohibeantur volare, quoniã si id faciant, corpori detrahũt. In his aũt assidue pascuntur milio, aut tritico, sed ea semina dari nisi sicca nõ oportet. Satiatq; semodius cibi in diebus singulis vicenos, & centenos turtures. Aqua semper recẽs, & quammundissima vasculis qualibus columbis, atq; gallinis præbetur. Tegeticulæq; mundentur, ne stercus vrat pedes, quod tamen & id ipsum diligenter reponi debet ad cultus agrorum, arborumq;, sicut & omnium auium, præterquam nantium. Huius auis ætas ad saginam non tam vetus est idonea, quàm nouella. Itaq; circa messem, cum iam confirmata est pullities, eligitur.

*De turdis educandis.* Cap. X.

TVRDIS maior opera, & impensa præbetur, q̃ omni quidem rure, sed salubrius in eo pascuntur, in quo capti sunt. nã difficulter in aliã regionẽ transferuntur, quia caueis clausi plurimi despondẽt, quod faciunt etiã cũ eodẽ



momento temporis à rete in auiaria coniecti sunt. itaq; ne id accidat, veterani debent intermisceri, qui ab aucupibus in hunc vsum nutriti, quasi allectores sint captiuorum. mœstitiamq; eorũ mitigent interuolando. Sic enĩ consuescent & aquã, & cibos appetere feri, si mansuetos id facere viderint, locũ æque munitum, & apricum, q̃ columbi desyderant, sed in eo transuersæ perticę perforatis parietibus aduersis aptantur, quibus insideant, cum satiati cibo requiescere volunt. eæ perticæ non altius à terra debent subleuari, quàm hominis statura patiatur, vt à stante contingi possint. cibi ponuntur ferè partibus his ornithonis, quæ super se perticas non habent, quo mundiores permaneant. semper autem arida ficus diligenter pinsita, & permista polline, præberi debet, tam large quidem, vt supersit. hanc quidã mandunt, & ita objciunt. sed istud in maiore numero facere vix expedit, quia nec paruo conducuntur, qui mandant, & ab ijs ipsis aliquantũ propter iucunditatẽ consumitur. multi varietatẽ cibo rũ, ne vnũ fastidiãt, præbendã putant. ea est cum objciuntur myrti, & lentisci semina. item oleastri, & ederaceæ bacæ, nec minus arbuti. Ferè enĩ etiã in agris ab eiusmodi volucribus hæc appetuntur, quæ in auiarijs quoq; desidentiũ detergent fastidia, faciuntq; auidiorẽ volaturã, quod maxime expedit. nam largiore cibo celerius pingueſcit, semper tamen etiã canaliculi milio repleti apponuntur, quæ est firmissima esca. nam illa, quæ supra diximus, pulmentariorũ vice dantur. vasa quibus recens, & munda præbeatur aqua, non dissimilia sint gallinarijs. hac impensa, curaq; M. Terentius ternis sæpe denarijs singulos emptitatos esse significat auorum temporibus, quibus qui triumphabant, populo dabant epulum. at nunc ætatis nostræ luxuries quotidiana fecit hæc pretia. propter quæ ne rusticis quidem contemnendus sit hic reditus, atq; ea genera, quę intra septa villę cibantur. ferè persecuti sumus. nunc de his dicendum est, quibus etiam exitus ad agrestia pabula dantur.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De pauonibus educandis.* *Cap. XI.*

PAVONVM educatio magis vrbani patrisfamiliæ, quàm tetrici rustici curam poscit. sed ne hæc tamen alie-na est agricolæ captantis vndiq; voluptates acquirere, quibus solitudines ruris eblandiantur. Harum autem de-cor auium etiam exteros, nedum dominos oblectat. ita-que genus alitum numerosis, & paruulis insulis, quales obiacent Italiæ, facillime continetur. nam quoniam nec sublimiter potest, nec per longa spatia volitare, tum etiam quia furis, ac noxiorum animalium rapinæ metus nõ est, sine custode tutò vagatur, maioremq; pabuli par-tem sibi acquirit. fœminæ quidem sua sponte tanquã ser-uitio liberatæ studiosius pullos enutriunt. nec curator aliud facere debet, quàm vt diei certo tempore signo da-to, iuxta villam gregem conuocet, & exiguum ordei cõ-currentibus obijciat, vt nec auis esuriat, & numerus adue-nientium recognoscatur. sed huius possessionis rara cõ-ditio est, quare mediterraneis locis maior adhibenda cu-ra est. eaq; sic administretur herbidus, syluestrisq; ager planus sublimi clauditur maceria, cuius tribus lateribus porticus applicantur. & in quarto duæ cellæ, vt sit alte-ra custodis habitatio, atq; altera stabulum pauonũ. sub porticibus deinde per ordinem fiunt arundinea septa in-modum cauearum, qualia columbarij tectis superponũ-tur. ea septa distinguntur velut clatris intercurrentibus calamis, ita vt ab vtroque latere singulos aditus habe-ant. Stabulum autem carere debet vligine, cuius in so-lo per ordinem figuntur breues paxilli, eorumq; partes summæ lingulas edolatas habent, quæ transuersis fora-tis perticis inducantur. hæ porrò quadratæ perticæ esse debent, quæ paxillis superponuntur, vt auem recipiant adsilientem. sed iccirco sunt exemptiles, vt cum res exi-git, à paxillis deductæ liberum aditum conuerrentibus stabulum præbeant. hoc genus auium, cum trimatum expleuit, optime progenerat. siquidem tenerior ætas aut



sterilis, aut parum fœcunda est. Masculus pauo gallina-ceam salacitatem habet, atque ideo quinque fœminas de-syderat. nam si vnam, vel alteram fœtam sæpius com-pressit, vix dum concepta in alio vitiat oua, nec ad par-tum sinit perduci, quoniam immatura genitalibus locis excidunt. vltima parte hyemis concitantibus libidinem cibis vtriusque sexus accendenda venus est. maxime fa-cit ad hanc rem, si faualla leui torreas fabam, tepidamq; des ieiunis quinto quoque die. nec tamen excedas modũ sex cyathorum in singulas aueis, hæc cibaria non omni-bus promiscue spargenda sunt, sed in singulis septis, quæ arundinibus intexi oportere proposueram, portione seruata quinque fœminarum, & vnius maris ponenda sunt cibaria, nec minus aqua, quæ sit idonea potui. quod vbi factum est, mares sine rixa deducuntur in sua quisq; septa cũ fœminis, & æqualiter vniuersus grex pascitur. nam etiam in hoc genere pugnaces inueniuntur mascu-li, qui & à cibo, & à coitu prohibent minus validos, nisi sint hac ratione separati. Ferè autem locis apricis ineun-di cupiditas exercet mares, cum fauonij spirare cœperũt. id est tempus ab idibus Februarijs ante Martium men-sem. Signa sunt extimulatæ libidinis, cum semetipsum veluti mirantem caudæ gemmantibus pinnis, prote-git. idque cum facit, rotare dicitur. Post admissuræ tem-pus confestim matrices custodiendæ sunt, ne alibi quàm in stabulo fœtus edant, sæpiusque digitis loca fœmina-rum tentanda sunt nam in promptu gerunt oua, quibus iam partus appropinquat. itaque includendæ sunt eni-tentes, ne extra clausum fœtum edant. maximéque tem-poribus ijs, quibus pariuriunt, pluribus stramentis ex-aggerandum est auiarium, quo tutius integri fœtus ex-piantur. nam ferè pauones, cum ad nocturnam requiem venerunt, prædictis perticis insistentes, enituntur oua, quæ quo propius, ac mollius deciderint. illibatam seruãt integritatem. quotidie ergo diligenter mane temporib⁹ fœturæ stabula circumeunda erunt, & iacentia oua col-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ligenda. quæ quanto recentiora gallinis subiecta sunt, tanto commodius excluduntur. idq; fieri maxime patrisfamilias ratione cõducit, nam fœminæ pauones, quæ non incubant, ter anno ferè partus edunt, at quæ fouent oua totum tempus fœcunditatis aut excludendis, aut etiam educandis pullis consumunt. Primus est partus quinque ferè ouorum. Secundus quatuor. Tertius aut trium, aut duorum. neq; est quod committatur, vt rhodiæ aues pauoninis incubent, quæ ne suos quidem fœtus commode nutriunt, sed veteres maxime quæq; gallinæ vernaculi generis eligantur. eæq; nouem diebus à primo lunæ incremento, nouenis ouis incubent, sintq; ex his quinque pauonina, & cætera gallinacei generis. Decimo deinceps die omnia gallinacea subtrahantur. & totidem recentia eiusdem generis supponãtur, vt trigesima luna, quæ est ferè noua. cum pauoninis excludantur. Sed custodis cura non effugiat obseruare desilientem matricem, sæpiusq; ad cubile peruenire, & pauonina oua, quę propter magnitudinem difficilius à gallina mouentur, versare manu. idq; quo diligentius faciat, vna pars ouorum notanda est atramento, quod signũ habebit auiarius an à gallina conuersa sint. Sed, vt dixi, meminerimus cohortales quammaximas ad hanc rem præparari, quę si mediocris habitus sunt, nõ debent amplius quàm terna pauonina, & sena generis sui fouere. cum deinde fecerit pullos ad aliam nutricem gallinacei debebunt transferri, & subinde qui nati fuerint pauonini ad vnam congregari, donec quinq; & viginti capitum grex efficiatur. Sed cum erunt editi pulli, similiter vt gallinacei primo die non amoueantur. postero die cum educatrice transferantur in caueam. primisq; diebus alantur ordeaceo farre vino respersо. nec minus ex quolibet frumento cocta pulticula, & refrigerata. post paucos deinde dies huic cibo adijciũdum erit concisum porrum tarentinum, & caseus mollis vehementer expressus. nam serum nocere pullis manifestum est. Locustæ quoq; pedibus ademptis vtiles cibandis pullis habentur, atq; ijs pasci debent vsq; ad sextum mensem. postmodũ satis est ordeum de manu præbere. Possunt autem post quintum, & trigesimum diem quàm nati sunt, etiã in agro satis tutò educi, sequiturq; grex velut matrem gallinã singultientem. ea cauea clausa fertur in agrum à pastore, & emissa ligato pede longa linea gallina custoditur, ad quam circumuolant pulli. qui cum ad satietatem pasti sunt, reducuntur in villam per sequentes, vt dixi, nutricis singultus. satis autem conuenit inter authores non debere alias gallinas, quæ pullos sui generis educant, in eodem loco pasci. nam cum conspexerunt pauoninam prolem, suos pullos diligere desinunt, & immaturos relinquunt, perosæ videlicet, quod nec magnitudine, nec specie pauoni pares sint. vitia quę gallinaceo generi nocere solent, eadẽ has aueis infestãt. sed nec remedia traduntur alia, quàm quæ gallinaceis adhibentur. nam & pituita, & cruditas, & si quæ aliæ sunt pestes, ijsdem remedijs, quæ præposuimus, prohibentur. Septimum deinde mensem cum excesserunt, in stabulo cum cæteris ad nocturnam requiem debent includi, sed erit curandum, ne humi maneant. nam qui sic cubitant, tollendi sunt, & supra perticas imponendi, ne frigore laborent.



## De *numidicarum, & rusticarum gallinarum educatione.* Cap. XII.

NVMIDICARVM eadem est ferè, quæ pauonũ educatio. cæterum syluestres gallinæ, quæ rusticæ appellantur, in seruitute non fœtant. & ideo nihil de his præcipimus, nisi vt cibus ad satietatẽ præbeatur, quo sint conuiuiorum epulis aptiores.

## De *auibus, quas græci ἀμφίβια, latini duplicis uitæ appellant.* Cap. XIII.

VENIO nunc ad eas aues, quas græci vocant ἀμφίβια, quia non tantum terrestria, sed aquatilia quoq; de

Universidad de Deusto
Biblioteca



fyderant pabula. nec magis humo, quàm stagno consuerunt. eiusq; generis anser præcipue rusticis gratus est, quod nec maximam curam poscit, & solertiorem custodiam præbet, quam canis. nam clangore prodit insidiantem, sicut etiam memoria tradidit in obsidione capitolij, cum aduentu Gallorum vociferatus est, canibus silentibus. is autem non vbiq; haberi potest, vt existimat verissime Celsus, q sic ait. anser neq; sine aqua, nec sine multa herba facile sustinetur, neq; vtilis est locis cõsitis, quia quicquid tenerũ contingere potest, carpit. Sic vbi vero flumen, aut lacus est, herbæq; copia, nec minus iuxta satæ fruges, id quoq; genus nutriendũ est, quod etiam nos facere censemus, non quia magni sit fructus, sed quia minimi oneris. attamen præstat ex se pullos, atq; plumam, quã, non vt in ouibus lanã semel demetere, sed bis anno, vere, & autumno vellere licet. atq; ob has quidẽ causas, si permittit locorum conditio, vel paucos vtiq; oportet educare, singulisq; maribus ternas fœminas destinare. nã propter grauitatẽ plureis inire nõ possunt. quinetiam intra cohortem, vt protecti sint secretis angulis haras facere oportet, in quibus cubitent, & fœtus edant.

## De anseribus educandis, & anseraria constituendo. Caput XLIII.

QVI vero gregis nantium possidere student, chenobosceia constituant, quę tum demum vigebunt, si fuerint ordinata ratione tali. Cohors ab omni cætero pecore secreta clauditur alta nouem pedũ, maceria, porticibusq; circundata ita, vt in aliqua parte sit cælla custodis. sub porticibus deinde quadratæ haræ cementis, vel etiam latericulis extruuntur. quas singulas satis est habere quoquouersus pedes ternos, & aditus singulos firmis ostiolis munitos, quia per fœturam diligenter claudi debent, & extra villam. deinde non longe ab ædificio si est stagnum. vel flumen, alia non quęratur aqua. sin aliter, lacus, piscinaq; manu fiant, vt sint quibus inurinare possint aues. nã si



ne isto præsidio non magis, quàm sine terreno recte viuere queunt. Palustris quoq; sed herbidus ager destinetur, atq; alia pabula conserantur, vt vicia, trifolium, fœnum græcum, sed præcipue genus intubi, quod σέριν græci appellant. Lactucæ quoq; in hunc vsum semina vel maxime serenda sunt, quoniam & mollissimum est olus, & libentissime ab his auibus appetitur. Tum etiam pullis vtilissima est esca. hæc cum præparata sunt, curandum est, vt mares, fœminæq; quamamplissimi corporis, & albi coloris eligantur. nam est aliud genus variũ, quod à fero mitigatum domesticum factum est, id neq; æque fœcundũ est, nec tam pretiosum, propter quod minime nutriendum est. Anseribus admittendis tempus aptissimum est à bruma, mox ad pariendum, & ad incubandum à Calen. Martij vsq; in solstitium, quod fit vltima parte mensis Iunij. Ineunt autẽ non, vt priores aues, de quibus diximus, in sistentes humi. nam ferè in flumine, aut piscinis id faciunt. singulæq; ter anno pariunt, si prohibeantur fœtus suos excludere, quod magis expedit, quàm quod ipsæ suos fouent. nam & à gallinis melius enutriuntur, & longe maior grex efficitur. pariunt autẽ singulis fœtibus oua, primo quina, sequẽti quaterna, nouissimo terna. quem partum nonnulli permittunt ipsis matribus educare, quia reliquo tempore anni vacaturæ sunt à fœtu. Minime autem cõcedendum est fœminis extra septum parere, sed cum videbuntur sedem quærere, comprimendæ sunt, atque tentandæ. nam si appropinquant partus, digito tanguntur oua, quæ sunt in prima parte locorum genitalium. quam ob rem perduci ad haram debent, includiq; vt fœtum edant. idq; singulis semel feciſſe satis est, quoniam vna quæq; recurrit eodem, vbi primo peperit. sed nouissimo fœtu cum volumus ipsas incubare, notandi erunt vniuscuiusq; partus, vt suis matribus subijciantur, quoniam negatur anser aliena excudere oua, nisi subiecta sua quoque habuerit. Supponuntur autẽ gallinis huius generis oua, sicut pauonina

Universidad de Deusto
Biblioteca



plurima quinq̄, pauciſſima tria. ipſis autē anſeribus pau
ciſſima. VII. plurima. XV. Sed cuſtodiri debet, vt ouis
ſubijciantur radices vrticarum, quo quaſi remedio medi
cantur, ne noceri poſſit excuſſis anſerculis, quos enecant
vrticæ, ſi teneros pupugerint. pullis autem formandis, ex
cudendiſq̄ triginta diebus opus eſt, cum ſunt frigora. nā
tepidis quinq̄ & viginti ſatis eſt. Sæpius tamen anſer tri
geſimo die naſcitur, atq̄ is dum exiguus eſt. decem pri
mis diebus paſcitur in hara clauſus cum matre. poſtea cū
ſerenitas permittit, producitur in prata, & ad piſcinas. ca
uendumq̄ eſt, ne aut aculeis vrticæ compungatur, aut
eſuriens mittatur in paſcuum, ſed ante conciſis intubis,
vel lactucæ folijs ſaturetur. nam ſi adhuc parum firmus,
et indigens ciborum peruenit in paſcuum, fruticibus, aut
ſolidioribus herbis obluctatur ita pertinaciter, vt collum
abrumpat. milium quoq̄, aut etiam triticum miſtum cū
aqua recte præbetur, atq̄ vbi ſe paulum confirmauit, in
gregem coæqualium compellitur, & ordeo alitur. quod
& matricibus præbere non inutile eſt. Pullos autem nō
expedit plures in ſingulas haras. quàm vicenos adiici,
nec rurſus omnino cum maioribus includi, quoniam va
lidior enecat infirmum. Cællas, in quibus incubitant,
ficciſſimas eſſe oportet, ſubſtratasq̄ habere paleas, vel ſi
eæ non ſunt, gratiſſimū quodq̄ fœnum. cętera eadē, quę
in alijs generibus pullorum ſeruanda ſunt, ne coluber,
ne vipera, felesq̄, aut etiam muſtella poſſit aſpirare. quæ
ferè pernices ad internetionem proſternūt teneros. ſunt
qui ordeum maceratum incubantibus apponant, nec pa
tiantur matrices ſæpius nidum relinquere. deinde pullis
excluſis primis quinq̄ diebus polentam, vel maceratum
far, ſicut pauonibus obijciunt. Nonnulli etiam viride na
ſturtium conſectum minutatim cum aqua præbēt, eaq̄
eis eſt eſca iucundiſſima. mox vbi quatuor menſiū ſunt,
farturæ maximus quiſq̄ deſtinatur, quoniā tenera ætas
precipue habetur ad hanc rem aptiſſima. & eſt facilis ha
rum auium ſagina. nam præter polentam, & pollinē ter



die nihil ſanè aliud dari neceſſe eſt dummodo large bibē
di poteſtas fiat. ne vagandi facultas detur ſintq̄ calido,
& tenebroſo loco. quæ res ad creandas adipes multū cō
ferūt. hoc mō duob⁹ mēſibus pingueſcūt, & ea propter
etiā tenerrima pullities ſæpe. xl. diebus redditur opima.

## De anatibus, querquedulis, & ſimilibus. Cap. XV.

NEOSSO tropheij cura ſimilis, ſed maior impen
ſa eſt, nā clauſæ paſcuntur anates, querquedulæ, boſchi
des, phalerides, ſimilesq̄ volucres, quę ſtagna, & paludes
rimantur, locus planus eligitur, iſq̄ munitur ſublimiter
pedū quindecī maceria. deinde clatris ſuperpoſitis, vel
grandi macula retibus contegitur, ne aut euolādi ſit po
teſtas domeſticis auibus, aut aquilis, vel accipitribus in
uolandi. Sed ea tota maceries opere tectorio leuigatur
extra, intraq̄, ne feles, aut vipera perrepat. media deinde
parte neoſſotropheij lacus defoditur in duos pedes altitu
dinis, ſpatiūq̄ longitudini datur, & latitudini quantū lo
ci cōditio permittit. Ora lacus ne corrūpātur violētia re
ſtagnātis vndæ, quæ ſemper interfluere debet, opere ſig
nino cōſternuntur. eaq̄ nō in gradus oportet erigi, ſed
paulatī cliuo ſubſidere, vt tanquā è litore deſcendatur in
aquā. Solū aūt ſtagni per circuitū, quod ſit inſtar modi
totius duarū partiū lapidibus inculcatis, ac tectorio mu
niendū eſt, ne poſſit herbas euomere, præbeatq̄ nātibus
aquæ purā ſuperficiē. Media rurſus terrena pars eſſe de
bet, vt colocaſijs cōſeratur, alijſq̄ familiaribus aquæ vi
ridibus, quæ inopacant auiū receptacula. ſunt eni quibus
cordi eſt vel in ſyluulis tamaricū, aut ſirporū frutetis im
morari. nec ob hanc tn cauſam totus locus ſyluulis occu
petur, ſed vt dixi. per circuitū uacet, vt ſine impedimen
to, cū apricitate diei geſtiunt aues, nandi velocitate con
certēt. nā quēadmodū deſyderāt eſſe vbi irrepāt, & vbi
diliteſcētibus fluuiaticis aīalibus inſidiētur, ita offendun
tur, ſi nō ſunt libera ſpatia, qua permeēt extra lacū. dein
de p̄ vicenos vndiq̄ pedes gramine ripæ veſtiātur. ſint

q; post hunc agri modũ circa macerią, lapide fabricata, et expolita tectorijs pedalia in quadratũ cubilia, quibus nidificent aues. eaq; contegantur interſitis buxeis, aut myrteis fruticibus, qui non excedãt altitudinẽ parietũ, ſtatĩ deinde perpetuus canaliculus humi depreſſus conſtruatur, per quẽ quotidie miſti cũ aqua cibi decurrãt, ſic enĩ pabulatur id genus auiũ. gratiſſima eſt & eſca terreſtris leguminis paniçũ, & miliũ, necnõ & ordeũ, ſed vbi copia eſt, etiã glans, ac vinacea præbeantur. Aquatilibꝰ aũt cibis, ſi ſit facultas, datur cammarus, & riualis allecula, vel ſiqua ſunt incrementi parui fluuiorũ aĩalia. tempora concubitus, eademq; cæteri ſyluestres alites obſeruãt Martij, ſequentisq; menſis, per quos feſtucæ, ſurculiq; in auiarijs paſſim ſpargendi ſunt, vt colligere poſſint aues, quibus nidos conſtruant. ſed antiquiſſimũ eſt, cũ qs νεοσσοτροφεῖον cõſtituere volet, vt prædictarũ auiũ circa paludes, in quibus plerunq; fœtant, oua colligat, & cohortalibus gallinis ſubijciat. ſic enĩ excluſi, educatiq; pulli deponũt ingenia ſyluestria, clauſiq; viuarijs haud dubitãter progenerãt. Nã ſi modo captas aues, quæ conſueuere libero victu, cuſtodiæ tradere velis, parere cũctãtur ĩ ſeruitute, Sed de tutela nãtiũ volucrũ ſatis dictũ eſt.

## De piſcinis, & piſcibus alendis. Cap. XVI.

VERVM opportune, dũ meminimus aquatiliũ animaliũ, ad curam peruenientes piſciũ, quorũ reditũ quãuis alieniſſimũ agricultoribus putẽ (quid enĩ tã cõtrariũ excogitare queã, q; terrenũ fluidotĩ non omittã, nã & harũ ſtudia rerũ maiores noſtri celebrauerunt, adeo quidẽ, vt etiã dulcibus aquis marinos clauderent piſces, atq; eadẽ cura mugilẽ, ſcaurumq; nutrirent, qua nunc murena, & lupus educatur. Magni enĩ æſtimabat vetus illa Romuli, & Numæ ruſtica progenies, ſi vrbanæ vitæ cõparetur villatica, nulla parte copiarũ deficĩ. quamobrẽ non ſolum piſcinas, quas ipſi conſtruxerant, frequentabant, ſed etiã quos rerũ natura lacus feceràt, conjectis



marinis ſeminibus replebant. inde velinus, inde etiam ſabatinus, & item vulſinenſis, & ciminus lupos, auratasq; procreauerunt, ac ſiqua ſint alia piſcium genera dulcis vndæ tolerantia. mox iſtam curam ſequens ætas abolẽuit, & lautitiæ locupletum maria ipſa Neptunumq; clauſerunt. et iam cum auorum memoria circumfertur M. Philippi (velut vrbaniſſimum, quod erat luxurioſiſſimum) factum, atq; dictum. nam is forte caſſini, cum apud hoſpitem cœnaret, appoſitumq; è vicino flumine lupum deguſtaſſet, atq; expuiſſet, improbum factum dicto proſecutus. Peream inquit, niſi piſcem putaui. Hoc igitur periurium multorum ſubtiliorem fecit gulam, doctaq;, & erudita palata faſtidire docuit fluuialem lupũ niſi quem Tyberis aduerſo torrente defatigaſſet. Itaq; Terentius Varro, Nullus eſt inquit hoc ſeculo nebulo, ac rhynthon, qui non iam dicat, nihil ſua intereſſe, vtrum eiuſmodi piſcibus, an ranis frequens habeat viuarium. Attamen ijſdem temporibus, quibus hanc memorabat Varro luxuriem, maxime laudabatur ſeueritas Catonis, qui nihilo minus & ipſe tutor Luculli grandi ære ſeſtertiũ milliumquadringentorum piſcinas pupilli ſui venditabat. Iam enim celebres erant delitiæ popinales, cum ab mari deferrentur viuaria, quorum ſtudioſiſſimi, velut ante deuictarum gentium Numantinus, & Iſauricus, ita Sergius Orata, & Licinius Murena captorũ piſciũ lætabantur vocabulis. Sed quoniam ſic mores obcalluere, non vt hæc vſitata, verum vt maxime laudabilia, & honeſta iudicarentur. Nos quoq;, ne videamur tot iam ſeculorũ ſeri caſtigatores, hunc etiam quæſtũ villaticum patriſfamilias demonſtrabimus, qui ſiue inſulas, ſiue maritimos agros mercatus, propter exilitatẽ ſoli, quæ plerũq; litori vicina eſt, fructus terræ præcipere nõ poterit, ex mari reditũ conſtituat. Huius aũt rei quaſi primordiũ eſt naturã loci contemplari, quo piſcinas facere conſtitueris. non enim omnibus litoribus omne genus piſciũ haberi põt. Limoſa regio planũ educat piſcẽ, velut ſoleã

rhombū, passerem. Eadem quoq; maxime idonea est conchylijs, muricibus, & ostreis, purpurarumq; tū concharū pectunculis, balanis, vel sphōdilis. At arenosi gurgites planos quidem nō pessime, sed pelagios melius pascunt, vt auratas, ac dentices, punicasq;, & indigenas, vmbrasue, verum conchylijs minus apti. Rursus optime saxosum mare nominis sui pisces nutrit, qui scilicet, quod in petris stabulentur, saxatiles dicti sunt, vt merulæ, turdiq;, nec minus melanuri. Atq; vt litorū, sic & fretorū differentias nosse oportet, ne nos alienigeni pisces decipiant, non enim oi mari potest ois esse, vt helops, qui pamphilio profundo, nec alio pascitur, vt athlantico faber, qui & in nostro gadiū municipio generosissimis piscibus adnumeratur, eumq; prisca consuetudine Zeū appellamus, vt Scaurus, qui totius Asiæ, Græciæq; litorib⁹ Sicilia tenus frequētissimus exit, nūquā in liguſticū, nec per Gallias enauit ad hibericū mare, Itaq; ne si capti quidē pferātur ī nostra viuaria, diuturni queāt possideri, Sola ex ptiosis piscib⁹ murena, quāuis tarsensis, carpathijq; pelagi, qđ est vltimū ꝟnacula. quouis hospes freto peregrinū mare sustinet. Sed iā de situ piscinarū dicēdū est,

## *De positione piscinæ.* Cap. XVII.

STAGNVM censemus eximie optimū, quod sic positū est, vt insequens maris vnda priorē submoueat, nec intra conseptū sinat remanere veterē. nāq; id simillimū est pelago, quod agitatū ventis assidue renouatur, nec cōcalescere pōt. quoniā gelidū ab imo fluctū reuoluit in partē superiorē. id autem stagnum vel exciditur in petra, cuius rarissima est occasio, vel in litore construitur opere signino. sed vt cunq; fabricatum est, si semper influente gurgite riget, habere debet specus iuxta solum. Eorum q; alios simplices, & rectos, quò secedant squamosi greges, alios in cochleam retortos, nec nimis spatiosos, in quibus murenæ delitescant. Quanquā nonnullis commiscri eas cū alterius notæ piscibus nō placet, quia



si rabie vexantur, quod huic generi velut canino solet accidere, sæuissime petisequuntur squamosos, plurimosq; mandendo consumūt. Itineraq;, si loci natura permittit, oī lateri piscinæ dari conuenit. Facilius enim vetus submouetur vnda, cū quacunq; parte fluctus vrget, per aduersam patet exitus. Hos aūt meatus fieri censemus p imam consepti partem. si loci situs ita competit, vt in solo piscinæ posita libella septē pedibus sublimius esse maris æquor ostendat, nam piscibus stagni hæc in altitudinem gurgitis mensura abunde est. nec dubiū, quin quanto magis imo mari venit vnda, tanto sit frigidior, qđ est aptissimum nantibus. Sin aūt locus, vbi viuarium cōstituere censemus, pari libra cū æquore maris est, in pedes nouem defodiatur piscina, & infra duos à summa parte cuniculis riui perducantur, curandumq; est, vt quamlargissime veniant, quoniam modus ille aquæ iacentis infra librā maris non aliter exprimitur, q̄ si maior recētis freti vis incesserit. Multi putant in eiusmodi stagnis longos piscibus recessus, & fluxuosos in lateribus specus esse fabricandos, quo sint opaciores æstuantibus latebræ. Sed, si recens mare non semper stagnum permeat, id facere contrarium est. nam eiusmodi receptacula nec facile nouas admittūt aquas, nec nisi difficulter veteres emittunt. plusq; nocet putris vnda, q̄ prodest opacitas. Debet tñ similes velut cællæ parietibus excauari, vt sint, quæ protegant refugientes ardorem solis, & nihilo minus facile, quam conceperint aquam, remittant. Verum meminisse oportebit, vt riuis, per quos exundat piscina, præfigātur æneī foraminibus exiguis cancelli, quib⁹ impediatur fuga piscium. Si vero laxitas permittit, è litore scopulos, qui præcipue herbis algæ vestiuntur, non erit alienum per stagni spatia disponere, & quantum comminisci valet hois ingenium, repræsentare faciem veri maris, vt clausi quamminime custodiam sentiāt. hac ratione stabulis ordinatis aquatile pecus inducemus. Sitq; nobis antisquissimum meminisse etiam in fluuiatili

negotio quod in terreno præcipitur, & quid quæq; ferat regio. neq; enim si velimus, vt in mari nonnunquã conspeximus, in viuario multitudinẽ mulorũ pascere queamus, cum sit mollissimum genus, & seruitutis indignantissimum. Raro itaq; vnus, aut alter de multis millibus clausura patitur. At contra frequenter animaduertimus intra septa pelagicos greges inertis mugilis, et rapacis lupi. Quare, vt proposueram, qualitatem litoris nostri contemplemur, si vitemus scopulos, an probemus. Turdi cõ plura genera, merulasq;, & auidas mustellas, tum etiam sine macula (nam sunt & varij) lupos includemus. Itẽ flutas, quæ maxime probantur, murenas, & siquæ sunt aliæ saxatilis notæ, quarum pretia vigent. nam vile ne capta re quidem nedum alere conducit. Possunt ista eadem genera etiam litoris arenosi, stagnis contineri. nam quæ limo, cœnoq; lutescunt, vt ante iam dixi, conchylijs magis, & iacentibus apta sunt animalibus. Neq; est eadem lacus positio, quæ recipit cubantes. atq; eadem præbentur cibaria, & prostratis piscibus, & erectis. nanq; soleis, ac rhombis, & simillimis animalibus. Humilis in duos pedes piscina deprimitur in ea parte litoris, quæ profluo recessu nũquam destituitur. Spissi deinde clatri marginibus infiguntur. qui super aquam semper emineant, etiam cum maris æstus intumuerit. Mox prẽiaciuntur in gyrum moles, ita vt complectantur sinu suo, nec tamen excedant stagni modum. Sic enim & maris atrocitas obiectu crepidinis frangitur, & in tranquillo consistens piscis sedibus suis non exturbatur, neq; ipsum viuariũ repletur algarũ congerie, quam tempestatibus eructat pelagi violentia. Oportebit autem nonnullis locis moles intercidi more Mæandri. paruis sed angustis itineribus, quæ quantalibet hyemis sæuitia mare sine fluctu transmittat. Hinc esca iacentiũ mollior esse debet quàm saxalium. Nã quia dentibus carent, aut lambunt cibos, aut integros hauriunt, mandere quidem non possunt. itaque præberi conuenit tabenteis haleculas, & salibus exesam



chalcidem, putremq; sardiniam, nec minus scaurorum branchias, vel quicquid intestini pelamis, aut lacertus gerit. Tũ scombri, charchariq;, & elacatę ventriculos, & ne per singula enumerem, salsamentorum omnium purgamenta, quę cætariorum officinis euerruntur. Nos autem plura nominauimus genera, non quia cuncta cunctis litoribus exeunt, sed vt ex his aliqua, quorũ erit facultas, præbeamus. Facit etiam ex pomis viridibus adaperta ficus. Et nuces digitis infractæ sunt dandæ, nec minus elixum molle sorbum, quicq; sunt sibi sorbilibus proximi, vt mulctra, recens caseus, si loci conditio, vel lactis anno na permittit. nulla tamen æque, quàm prædictæ salsuræ pabula commodantur, quoniam odorata sunt. oĩs enim iacens piscis magis naribus escam, quàm oculis vestigat. nam dum supinus semper cubat, sublimius aspectat, & ea, quæ in plano sunt dextra, leuaq; non facile peruidet. Itaq; cũ salsamenta obiecta sunt, eorũ sequens odorem peruenit ad cibos. Cæteri autem saxatiles, aut pelagici satis ex his, sed ex recentibus melius pascuntur. nam & haleculæ modo captæ, & cammarus, exiguusq; gobio, & quisquis denicq; est incrementi minuti piscis maiorem alit. Siquando tamen hyemis sęuitia non patitur eius generis escã dari, vel sordidi panis offæ, vel siqua sunt temporis poma concisa præbentur. Ficus quidem arida semper obijcitur, eximia si sit (vt Bæticæ, Numidiæq; regionum) larga. Cæterum illud committi non debet, quod multi faciunt, vt nihil præbeant, quia semetipsos etiam diu clausi tolerare possint, nam nisi piscis domini cibarijs saginatur, cum ad piscatorium forum perfatus est, macies indicat eum non esse libero mari captum, sed de custodia elatum, propter quod plurimum pretio detrahitur. Atq; hęc villatica pastio finem præsenti disputationi faciat, ne immodico volumine lector fatigetur. Redimus autem sequenti exordio ad curam syluestrium pecorum, cultumq; apum.

# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER NONVS.

VENIO nūc ad tutelā pecudū syluestriū, & aprū educationē, quas & ipsas Publi Siluine villaticas pastiones iure dixerim. Siquidē mos antiquus lepusculis, capreisq; ac similibus feris iuxta villā plerunq; subiecta dominicis habitationibus ponebat viuaria, vt & conspectu suo clausa venatio possidentis oblectaret oculos, & cū exegisset vsus epularū, velut è cælla promerentur. Apibus quoq; dabantur sedes adhuc nostra memoria, vel in ipsis villæ parietibus excisis, vel in protectis porticibus, ac pomarijs. Quare quoniā tituli, quem scripsimus, huic disputationi ratio reddita est, ea nūc quę proposuimus, singula persequamur.

*De uiuarijs faciendis, & includēdis pecudibus feris. Ca. I.*

FERAE pecudes, vt capreoli, damæq;, nec minus origū, ceruorumq; genera, & aprorū modo lautitijs, & voluptatibus dominorū seruiunt, modo quæstui, ac reditibus. Sed qui venationē voluptati suæ claudunt, contenti sunt, vtcunq; competit proximus ædificio loci situs, munire viuariū, semperq; de manu cibos, & aquā præbere. Qui vero quæstū, reditumq; desyderāt, cum est vicinū villæ nemus (id enim refert non procul esse ab oculis domini) sine cunctatione prædictis animalibus destinatur. Et si naturalis defuit aqua, vel inducitur fluēs, vel infossi lacus signino consternuntur, qui receptā pluuiatilē contineāt. Modus syluæ pro cuiusq; facultatibus occupatur, ac si lapidis, & operæ vilitas suadeat haud dubie cementis, & calce formatus circundatur murus. Sin aliter, crudo latere, ac luto constructus. Vbi vero neutrū patrifamiliæ conducit, ratio postulat vacerris includi. sic enim appellatur genus clatrorum. idq; fabricatur ex robore, quercu, vel subere. nā oleæ rara est occasio. Quicquid deniq; sub iniuria pluuiarū magis diuturnū est, pro conditione regionis ad hunc vsum eligitur. Et si veteris arboris truncus, siue vt crassitudo postulat, erit fissilis stipes, compluribus locis perlatus efforatur, & in circuitu viuarij certis interuenientibus spatijs defixus erigitur. deinde per transuersa laterū caua transmittuntur ramices, q exitus ferarū obserēt. Satis est aūt vacerras inter pedes octonos defigere, serisq; transuersis ita clatrare, ne spatiorum laxitas, quæ foraminibus interuenit, pecudi præbeat fugā. Hoc autē modo licet etiā latissimas regiones, tractusq; montium claudere, sicuti Galliarū, necnon & in alijs quibusdam prouincijs locorum vastitas patitur. nam & fabricandis ingens est vacerris materiæ copia, & cætera in hanc rem fęliciter suppetunt. Quippe crebris fontibus abundat solum, quod est maxime prædictis generibus salutare. Tum etiam sua sponte pabula feris benignissime subministrat, præcipueq; saltus eliguntur, qui & terrenis fœtibus, & arboreis abundant. nam vt graminibus, ita frugibus roburneis opus habent, maximeq; laudantur, qui sunt feraciſſimi, querneæ glandis, & iligneæ, nec minus cerreæ, tum & arbuti, cæterorumq; pomorum syluestrium, quæ diligentius persecuti sumus, cum de cohortalibus pecudibus disputaremus. nā eadem ferè sunt pecudum syluestrium pabula, quæ domesticarum. Contentus tamen non debet esse diligens paterfamilias cibis, quos suapte natura terra gignit, sed temporibus anni, quibus syluæ pabulis carent, condita messe, clausis succurrere, ordeoq; alere, vel adoreo farre, aut faba, plurimumq; etiā vinaceis, & quicquid deniq; vilissime constiterit dare. idq; vt intelligant feræ præberi, vnam, vel alteram domi mansuefactam conueniet immittere, quæ peruagata totum viuarium cunctanteis ad obiecta cibaria pecudes perducat. Nec solum istud per hyemis penuriam fieri expedit, sed cum etiam fœtæ partus ediderint, quo melius educent natos. Itaq; custos viuarij frequenter speculari debebit, si iam effœtæ sint, vt manu datis sustineantur

Universidad de Deusto
Biblioteca



frumentis. nec vero patiendus est oryx, aut aper, a siue quis ferus vltra quadrimatum senescere. nam vsq; in hoc tempus capiunt incrementa, postea macescunt senectute, quare dum viridis ætas pulchritudinem corporis conseruat, ære mutandi sunt. Ceruus autem compluribus annis sustineri potest. nam diu iuuenis possidetur, quod æui longioris vitam sortitus est. De minoris autem incrementi animalibus, qualis est lepus, hæc præcipimus, vt in ijs viuarijs, quę macteria munita sunt, ferraginis, & oletum ferè intubi, lactucæq; semina paruulis areolis p diuersa spatia factis inijciantur. Itemq; punicũ cicer, vel hoc vernaculum, nec minus ordeum, & cicercula condita ex horreo promantur, & aqua cœlesti macerata obijciantur. nam sicca non nimis ab lepusculis appetuntur. Hæc porrò animalia, vel similia his (etiam silente me) facile intelligitur, quàm non expediat conferre in id viuarium, quod vacerris circundatum est, siquidem propter exiguitatem corporis facile clatris subrepunt, & liberos nactæ egressus fugam moliuntur.

## De Apibus. Cap. II.

VENIO nunc ad alueorum curam, de quibus neque diligentius quicquam præcipi potest, quàm ab Higinio iam dictum est, nec ornatius, quàm Vergilio, nec elegantius, quàm Celso. Higinius veterum authorum placita secretis dispersa monimentis industrie collegit. Vergilius poeticis floribus illuminauit. Celsus vtriusq; memorati adhibuit modũ. Quare ne attentanda quidem nobis fuit hęc disputationis materia, nisi quod consumatio susceptæ professionis hanc quoq; sui partem desyderabat, ne vniuersitas inchoati operis nostri velut membro aliquo reciso, mutilia, atq; imperfecta conspiceretur. Atq; ea, quæ Higinius fabulose tradita de originibus apũ nõ intermisit, poeticæ magis licentiæ, quàm nostræ fidei cõcesserim. Nec sanè rustico dignum est scisciatari, fuerit ne mulier pulcherrima specie Melissa, quam Iupiter in apẽ



conuertit, an (vt Euhemerus poeta dicit) crabronibus, et sole genitas apes, quas nymphæ Phruxonides educauerint, mox dictæo specu Iouis extitisse nutrices, easq; pabula munere dei sortitas, quibus ipsæ paruum educauerant alumnum. Ista enim, quamuis non dedeceant poetam, summatim tamen, & vno tantummodo versiculo leuiter attigit Vergilius, cum sic ait,

Dictæo cœli regem pauere sub antro.

Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando & in qua regione primum natæ sint. Vtrum in Thessalia sub Aristęo, an in insula Cea, vt scribit Euhemerus, an Erichthonij temporibus in monte Hymeto, vt Euthronius, an Cretæ Saturni temporibus, vt Nicander. Non magis quàm vtrum examina tanquam cętera videmus animalia concubitu sobolem procreent, an hæredem generis sui floribus eligant, quod affirmat noster Maro, & vtrũ euomant liquorem mellis, an alia parte reddant. Hæc enim, & his similia magis scrutantium rerum naturæ latebras, quàm rusticorum est inquirere. Studiosis quoq; literarum gratiora sunt ista in otio legentibus, quàm negotiosis agricolis, quoniam neq; in opere, neq; in re familiari quicquam iuuant.

## Quot genera sint apũ, & quod ex ijs optimũ. Ca. III.

QVARE reuertamur ad ea, quæ alueorum cultoribꝰ magis apta sunt. Peripateticæ sectæ conditor Aristoteles in ijs libris, quos de animalibus conscripsit, apum siue examinum genera complura demonstrat, earumq; alias vastas, sed glomerosas, easdemq; nigras, & hirsutas apeis habent. alias minores quidem, sed ęque rotundas, & infusci coloris, horridiq; pili. alias magis exiguas, nec tã rotundas, sed obesas tamen, & latas coloris meliusculi, nonnullas minimas, gracilesq;, & acuti aluei ex aureolo, varias, atq; leues, eiusque authoritatem sequens Vergilius maxime probat paruulas, oblongas, leues, nitidas, ardentes auro, & paribus lita corpora guttis, moribꝰ eti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



am placidis. Nam quanto grandior apis, atq; etiam robustior, tanto peior. Si vero sæuior maxime pessima est, sed tamen iracundia notæ melioris apium facile delinitur assiduo interuentu eorum, qui curant aluearia. nam, cum sæpius tractantur, celerius mansuescunt. Durantq;, si diligenter excultæ sunt, in annos decem, nec vllũ examen hanc ætatem potest excedere, quamuis in demortuarum locum quotannis pullos substituant. Nam ferè decimo ab internitione anno, gens vniuersa totius aluei consumitur. Itaq; ne hoc in toto apiario fiat, semper propaganda erit soboles, obseruandumq; vere cum se noua profundent examina, vt excipiantur, & domiciliorũ numerus augeatur. nam sæpe morbis intercipiuntur, quibus quemadmodum mederi oportet, suo loco dicetur.

## *Quales pastiones, & qui situs pastionum apum esse debeat.* Cap. IIII.

INTERIM per has notas, quas iam diximus, probatis apibus destinari debent pabulationes, eæq; sint secretissimæ, vt & noster præcipit Maro, viduæ pecudibus, aprico, & minime procelloso cœli statu.

Quò neq; sit ventis aditus, nam pabula venti
Ferre domum prohibent. neq; oues, hœdiq; petulci
Floribus insultent, aut errans bucula campo
Decutiat rorem, & surgenteis atterat herbas.

Eademq; regio fœcunda sit fruticis exigui, & maxime thymi, aut origani, tum etiam tymbræ, vel nostratis cunilæ, quam satureiam rustici vocant. Post hæc frequens sit incrementi maioris surculus, vt rosmarinus, & vtraque cythisus. Est enĩ satiua, & altera suæ spontis, itemq; semper virens pinus, & minor ilex, nã prolixior ab omnibus improbatur. Ederę quoq; non propter bonitatem recipiuntur, sed quia prębent plurimum mellis. Arbores vero sunt probatissimæ rutila, atq; alba ziziphus, nec minus amaranthus, tum etiam amygdalæ, & persici, atq; pyri, denicq; pomiferarum pleræq;, ne singulis immorer. At syluestrium commodissime faciunt glandifera robora, quinetiã terebinthus, nec dissimilis huic lentiscus, & odorata cædrus. At tiliæ solæ ex omnibus sunt nocentes, taxi repudiantur. Mille præterea semina vel crudo cespite virentia, vel subacta sulco, flores amicissimos apibus creant, vt sunt in irriguo solo frutices amelli. caules acanthini. scapus asphodeli, gladiolus narcissi. At in hortensi lira consita nitent candida lilia, nec his sordidiora leucoia, tum punicæ rosæ, luteolæq;, & sarranæ violæ, nec minus cœlestis numinis hyacinthus, coritius item, siculusq; bulbꝰ croci deponitur, qui coloret, odoretq; mella. Iam vero notæ vilioris innumerabiles nascuntur hęrbæ, cultisq;, atq; pascuis regionibus, quæ fauorum ceras exuberant. vt vulgares lapsanæ, nec his pretiosior armoratia, rapistriq; olus, & intubi syluestris, ac nigri papaueris flores. Tum agrestis pastinaca, & eiusdem nominis edomita, quam græci σκαφυλῖνον vocant. Verũ ex cunctis, quę proposui, quęq; obmisi temporis compendia sequens (nã inexputabilis erat numerus) saporis præcipui mella reddit thymus. Thymo deinde proxima tymbra, serpyllumq; & origanum. Tertiæ notæ, sed adhuc generosæ marinus ros, & nostras cunila, quam dixi satureiã. Mediocris deinde gustus amaranthini, ac ziziphi flores, reliquaq;, quæ proposuimus, cibaria. sed ex omnibus deterrimæ notæ mel habetur nemorense, quod ex sparto, atq; arbuto prouenit, villaticum, quod nascitur in oleribus, & stercorosis herbis. Et quoniam situm pastionũ, atq; etiam genera pabulorum exposui, nunc de ipsis receptaculis, & domicilijs examinum loquar.



## *De sedibus apum eligendis.* Cap. V.

SEDES apibus collocanda est contra brumalem meridiem procul à tumultu, & cœtu hominum, ac pecudũ, nec calido loco, nec frigido, nam vtraq; re infestantur. Hæc autem sit ima parte vallis, & vt vacuæ cum prodeunt pabulatum apes, facilius editioribus aduolent, & col

Universidad de Deusto
Biblioteca



lectis vtensilibus, cum onere per procliuia non ægre deuolent. Si villæ situs ita competit, non est dubitandum, quin ædificio iunctum apiarium maceria circundemus, sed in ea parte, quæ tetris latrinę, sterquilinijq;, & balinei libera est odoribus. Verū si positio repugnabit, nec maxima tamen incommoda congruent. sic quoq; magis expedit, & sub oculis domini esse apiarium. sin autem cuncta fuerint inimica, certe vicina vallis occupetur, quò sæpius descendere nō sit graue possidenti. nam res ista maximam fidem desyderat, quæ quoniam rarissima est, interuentu domini tutius custoditur. neq; ea curatorē fraudulentum tantum, sed etiam immundæ segnitiæ perosa est, æque enim dedignatur, si minus pure habita est, ac si tractetur fraudulenter. Sed vbicūq; fuerint aluearia, nō editissimo claudantur muro, qui si metu prædonū sublimior placuerit, tribus elatis ab humo pedibus, exiguis in ordinem feneſtellis apibus sit peruius. iungaturq; tugurium, quo & custodes habitent, & condatur instrumentum. sitq; maxime repletum præparatis alueis ad vsum nouorum examinum, nec minus herbis salutaribus. & siqua sunt alia, quæ languentibus adhibentur.

Palmaq; vestibulum, aut ingens oleaster obumbret,
Vt cum prima noui ducent examina reges,
Vere suo, ludetq; fauis emissa iuuentus
Vicina inuitet decedere ripa calori,
Obuiaq; hospitijs teneat frondentibus arbos.

Tum perennis aqua, si est facultas, inducatur, vel extructo canali manu detur, sinę qua neq; faui, neq; mella, neq; pulli denicq; figurari queunt. Siue igitur, vt dixi, præterfluens vnda, vel putealis, canalibus immissa fuerit, virgis, ac lapidibus aggeretur apum causa.

Pontibus vt crebris possint consistere, & alas
Pandere ad æstiuum solem, si forte moranteis
Sparserit, aut præceps Neptuno immerserit eurus.

Conseri deinde circa totum apiarium debent arbusculæ incrementi parui, maximeq; propter salubritatem, nam



sunt etiam remedio languentibus cythisi, tum deinde casiæ, atq; pini, & rosmarinus, quin etiam cunilæ, & thymi frutices. itemq; violarum, vel quæcunq; vtiliter deponi patitur qualitas terræ. Grauis, & tetri odoris non solum virentia, sed & quælibet res prohibeantur, sicuti cancri nidor, cum est ignibus adustus, aut odor palustris cœni, nec minus vitentur cauæ rupes, aut valles argutæ, quas græci ἠχοὺς vocant.

## De uasis alueorum probandis. Cap. VI.

IGITVR ordinatis sedibus, aluearia fabricanda sunt pro conditione regionis. siue illa ferax est suberis, haud dubitanter vtilissimas aluos faciemus ex corticibus, quia nec hyeme rigent, nec candent æstate, siue ferulis exuberat, iis quoq;, cū sint naturę corticis similes, è quibus commode vasa texuntur. Si neutrum aderit, opere textorio salicibus connectūtur. vel si nec hæc suppetent, ligno cauatæ arboris, aut in tabulas desectæ fabricabūtur. Deterrima est conditio fictiliū, quæ & accendūtur æstatis vaporibus, & gelantur hyemis frigoribus. Reliqua sunt alueorū genera duo vt vel ex fimo fingantur, vel laterib? extruantur. quorū alterū iure damnauit Celsus quoniam maxime est ignibus obnoxiū. alterū probauit, quamuis incommodū eius precipuū non dissimulauerit, quod si res postulet, transferri non possit. Itaq; non assentior ei, qui putat nihilo minus eius generis habendas esse aluos. neq; enim solū id repugnat rationibus domini, quod immobiles sint, cum vendere, aut alios agros instruere velit (hoc enim commodum pertinet ad vtilitatem solius patrisfamilias) sed quod ipsarū apium causa fieri debet, cum aut morbo, aut sterilitate, aut penuria locorum vexatas conueniat in aliam regionē mitti, nec propter præfectā causam moueri poterūt. hoc maxime vitandū est, Itaq; quamuis doctissimi viri authoritatē reuerebar, tñ ambitiōe submota, qd ipse censerē. nō omissi. nā qd maxime mouet Celsum, ne sint stabula vel igni, vel furibus

Universidad de Deusto
Biblioteca



obnoxia, potest vitari opere lateritio ciacũstructis aluis, vt impediatur rapina prædonis, & contra flammarum violentiam protegantur, easdemq; cum fuerint mouendæ, resolutis structuræ compagibus, licebit transferre.

## *Quemadmodum aluei collocandi sint.* Cap. VII.

SED quoniam plerisq; videtur istud operosum, qualiacunq; vasa placuerint collocari, debebit suggestus lapideus extendi per totum apiarium in tres pedes altitudinis, totidemq; crassitudinis, isq; sic extructus, diligenter opere tectorio leuigari, ita ne ascensus lacertis, aut anguibus, alijsue noxijs animalibus præbeatur. superponuntur deinde siue (vt Celso placet) lateribus facta domicilia, siue (vt nobis) aluearia, præterquam à tergo circumstructa, seu quod penè omnium in vsu est, qui modo diligẽter ista curant, per ordinem vasa disposita ligantur, vel laterculis, vel cementis, ita vt singula binis parietibus angustis contineantur, liberæq; frontes vtrinq; sint. nã & qua procedunt, nonnunquam patefaciendæ sunt, & multo magis à tergo, quia subinde curantur examina. Sin autem nulli parietes aluei interuenient, sic tamen collocãdæ erunt, vt paulum altera ab altera distet, ne, cum inspiciuntur ea, quæ in curatione tractantur, hærentem sibi alteram concutiat, vicinasq; apes conterat, quæ oẽm motum imbecillis cereis operibus suis, tanquam ruinam timent. Ordines quidem vasorum superinstructos in altitudinem treis esse abunde est, quoniã summum sic quoque parum commode curator inspicit. ora caucarũ, quæ præbent apibus vestibula, proniora sint, quàm terga, vt ne influant imbres, et si forte tamen ingressi fuerint, nõ immorentur, sed per aditum effluant. propter quod conuenit aluearia porticibus supermuniri. sin aliter, luto punico frondibus illinitis adumbrari. quod tegmen cum frigora, & pluuias, tũ æstus arcet. Nec tamen ita nocet huic generi caloris æstus, vt hyems. itaque semper ædificium sit post apiarium, quod aquilonis excipiat iniuriam, sta-



bulisq; præbeat teporẽ. nec minus ipsa domicilia, quam uis ædificio protegantur, obuersa tñ ad hybernũ orientẽ componi debebunt, vt apricũ habeant apes matutinũ egressum, & sint experrectiores. nã frigus ignauiã creat propter quod etiã foramina, quibus exitus, aut introit⁹ datur, angustissima esse debent, vt quamminimũ frigoris admittant. eaq; satis est ita forari, ne possint capere plus vnius apis incrementũ. sic nec venenatus stellio, neu obscœnũ scarabæi, vel papilionis genus, lucifugeq; blattæ, vt ait Maro, per laxiora spatia ianuæ fauos populantur. atq; vtilissimũ est pro frequẽtia domicilij, duos, vel tres aditus in eodẽ operculo distantes inter se fieri contra fallaciã lacerti, qui velut custos vestibuli prodeuntibus inhians apibus affert exitiũ. eæq; pauciores intereũt cũ licet vitare pestis obsidia per aliud vadẽtib⁹ effugiũ.

## *De comparandis apibus, & quemadmodum syluestria examina capiantur.* Cap. VIII.

ATQVE Hæc de pabulationibus, domicilijs, & sedibus eligendis abunde diximus. quibus prouisis, sequitur vt examina desyderem⁹. ea porrò vel ære parta, vel gratuita contingunt. Sed quas pretio comparabimus, studiosius prædictis comprobemus notis. & earũ frequentiã prius q̃ mercemur, apertis aluearibus cõsyderemus. vel si nõ fuerit inspiciendi facultas, certe id quod contẽplari licet, notabimus. vt in vestibulo ianuæ complures consistant, & vehemens sonus intus murmurantiũ exaudiatur. atq; etiã (si oẽs intra domiciliũ silentes forte conquiescant,) labris foramini aditus admotis, & inflato spiritu ex respondente earũ subito fremitu poterimus æstimare vel multitudinẽ, vel paucitatẽ. præcipue aũt custodiendũ est vt ex vicinia pot⁹, q̃ ex peregrinis regionib⁹ petãtur, quoniã solent cœli nouitate lacessiri. quod si non cõtingit, ac necesse habuerimus longinquis itineribus aduehere, curabimus, ne salebris solicitentur. optimeq; noctibus collo portabuntur. nã diebus requies danda est, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



infundendi sunt grati apibus liquores, quibus intra clau sum alantur. mox cū perlatæ domū fuerint, si dies super uenerit, nec apiriri, nec collocari oportebit alueū nisi ve speri, vt apes placidæ mane post totius noctis requiē e grediantur. specularīq; debemus ferè triduo, an vniuersę se profundant. quod cū faciunt, fugā meditantur. Ea re media, quibus debeāt inhiberi, mox præcipiem⁹. at quæ dono, vel aucupio contingunt, minus scrupulosè proba tur, quanquā nec sic quidē velī nisi optimas possidere, cū & impensam, & eandē operā custodis postulent bonæ, atq; improbæ, & quod maxime refert, non sunt degene res intermiscendæ, quæ infament generosas, nam minor fructus mellis respondet, cū segniora interueniunt exa mina. Veruntn quoniā interdū propter conditionē lo corū vel mediocre pecus (nā malū nullo quidē modo) parandū est, curā vestigandis examinibus hac ratione adhibebim⁹. Vbicunq; saltus sunt idonei, mellifici nihil antiquius, q̄ apes, quibus vtantur, vicinos eligunt fon tes. eos itaq; conuenit plerunq; ab hora secunda obsidē ri, specularīq; quæ turba sit aquantiū, nā si paucæ ad modū circumuolant (nisi tn complura capita riuorū di ductas faciūt rariores) intelligenda est earū penuria, pro pter quā locū quoq; nō esse mellificū suspicabimur. at si commeant frequētes, spē quoq; aucupandi examina ma iorē faciunt. eaq; sic inueniuntur. Primū q̄ longe sint ex plorandū est, præparandumq; in hanc rē liquida rubri ca, qua cū festucis illitis contigeris apū terga fontē libā tiū, commoratus eodē loco facilius redeuntes agnosce re poteris. at si nō tarde id facient, scias eas in vicinio cō sistere. sin aūt serius, pro morę tempore æstimabis distā tiā loci. sed cū animaduerteris celeriter redeuntes, si nō ægre persequeris iter volantiū, ad sedē perduceris exami nis. in ijs aūt, quæ longius meare videbuntur, solertior adhibebitur cura, quæ talis est. arundinis internodiū cū suis articulis exciditur, & terebratur ab latere talea, & p id foramē exiguo melle, vel defruto instillato, ponitur



iuxta fontē. deinde cū ad odorē dulcis liquoris complu res apes irrepserūt, tollitur talea, & appositō foramini pollice nō emittitur, nisi vna, quæ, cū euasit, fugā suā de monstrat obseruanti, atq; is, dū sufficit, persequitur euo lantē. Cū deinde conspicere desijt apē, tū alterā emittit. & si eandē petit cœli partē, vestigijs prioribus inhæret, & si minus aliā quoq;, atq; aliā foramine adaperto pati tur egredi, regionemq; notet, in quā plures reuolent, & eas persequatur, donec ad latebrā perducatur examinis, quod si est abditū specu, fumo elicitur. & cū erupit, æris strepitu coercetur. nā statī sono territū, vel in frutice, vel in editiore syluæ fronde cōsidet, & à vestigatore præpa rato vase reconditur sin aūt sedē habet arboris cauæ, &, aut extat ramus, quē obtinent, aut sunt in ipsius arboris trunco, tūc, si mediocritas patitur, acutissima serra, quo celerius id fiat, præciditur primū superior pars, quæ ab a pibus vacat, deinde inferior quatenus videtur inhabitari tū recisus vtraq; parte mundo vestimēto cōtegitur, quo niā hoc quoq; plurimū refert. ac si quibus rimis hiat, illi nitur, & ad locum perfertur. relictisq; paruis (vt iā dixi) foraminibus, more cæterarū aluorū collocatur. sed inda gatorem conueniet matutina tempora vestigandi eli gere, vt spatiū diei habeat, quo exploret cōmearus apū, sæpe enī, si seriō cœpit eas denotare, etiā cū in propinquo sunt, iustis operū peractis se recipiūt, nec remeant ad a quā. quo euenit vt vestigator ignoret. q̄ longe à fonte di stet examen, sunt qui per initia veris apiastrū, atq; (vt ille vates ait) trita meliphylla, & cærinthæ ignobile gra mē, aliasq; colligāt similes herbas, q̄bus id genus aīaliū delectatur, & ita aluos perfricēt, vt odor, & succō vasi in hæreat. quæ deinde mundata exiguo melle respergāt, & per nemora nō lōge à fontibus disponāt, eaq; cū repleta sunt examinibus, domū referāt. sed hoc nisi locis, q̄bus abūdāt apes, facere nō expedit. nā sæpe inania vasa na cti, q̄ forte prætereūt, secū auferunt. neq; tamen est tanti vacua perdere complura, vt vno, vel altero potiare ple

Universidad de Deusto
Biblioteca



no. at in maiore copia etiã si multa intercipiuntur, plus est quod in repertis apibus acquiritur. atq; hæc est ratio capiendi syluestria examina.

*Quemadmodum uernacula examina obseruantur, & in aluos condantur.* Cap. IX.

DEINCEPS talis altera est uernacula retinendi. semper quidẽ custos sedule circumire debet aluearia. neq; enĩ ullũ tempus est, quo nõ curã desiderent. sed eã postulant diligentiorẽ, cũ uernant & exundant nouis fœtibus, qui nisi curatoris obsido protinus excepti sunt, diffugiunt. quippe talis est apiũ natura, ut pariter quæq; plebs generetur cũ regibus, qui ubi euolandi uires adepti sunt, consortia dedignantur ueteriorũ, multoq; magis imperia. quippe cũ rationabili genere mortaliũ, tũ magis egentibus cõsilij mutis aĩalibus nulla sit regni societas. itaq; noui duces procedunt, cũ sua iuuentute, quæ uno, aut altero die in ipso domicilij uestibulo glomerata consistens, egressu suo proprie desyderiũ sedis ostendit. eaq; uelut patria contenta est, si à procuratore protinus assignetur. sin aũt defuit custos, uelut iniuria repulsa peregrinã regionẽ petit. quod ne fiat, boni curatoris est uernis temporibus obseruare alueos in octauã ferè diei horã. postquã nõ temere se noua propripiunt agmina, eorumq; egressus, regressusq; ut diligentius custodiat. nã quædã solent, cũ subito euaserunt, sine cunctatione se proripere. poterit exploratã fugã præscisscere uespertinis temporibus aurẽ singulis alueis admouendo. siquidẽ ferè ante triduũ, q̃ eruptionẽ facturæ sint, uelut militaria signa mouentiũ tumultus, ac murmur exoritur. ex quo, ut uerissime dicit Vergilius,

Corda licet uulgi præscisscere, nanq; moranteis
Martius ille æris rauci canor increpat, & uox
Auditur fractos sonitus imitata tubarum.

Itaq; maxime obseruari debet, quę istud faciũt, ut siue ad pugnã eruperint (nã inter se tãquã ciuilibus bellis, & cũ alteris quasi cũ exteris gẽtibus præliãtur) siue fugæ causa se proripuerint, præsto sit ad utrũq; casum paratus custos. pugna quidẽ uel unius inter se dissidẽtis, uel duorũ examinũ discordãtiũ facile compescitur. nã ut idem ait,

Pulueris exigui iactu compressa quiescit,
Aut mulso, passoue, aut alio quouis liquore simili respersa uidelicet familiari dulcedine sæuiẽtiũ iras mitigãte. nã eadẽ mire etiã dissidẽtes reges cõciliãt. Sũt enĩ sæpe plures unius populi duces, & quasi procerũ seditione plebs in partes diducitur. qd̃ frequẽter fieri prohibẽdũ est, quoniã intestino bello totæ gentes cõsumũtur. itaq; si cõstat principibus gratia, manet pax incruẽta. Sin aũt sæpius aciẽ dimicãteis notaueris, duces seditionũ interficere curabis. dimicãtiũ uero prælia prædictis remedijs sedãtur. ac deinde cũ agmẽ glomeratũ in proximo frondẽtis arbusculæ ramo cõsederit, animaduertito, an totũ examẽ in speciẽ uni? uuę depẽdeat. idq; signũ erit aut unũ regẽ ineſſe, aut certe plures bona fide recõciliatos, quos sic patieris, dũ in suũ reuolent domiciliũ. sin aũt duobus, aut etiã compluribus uelut uberibus diductũ fuerit examẽ, ne dubitaueris & plures proceres, & adhuc iratos esse. at q; in ijs partibus, quibus maxime uideris apes glomerari, requirere duces debebis. itaq; succo prædictarũ herbarũ, id est melissophili, uel apiastri manu illita, ne ad tactũ diffugiãt, leuiter inseres digitos, & diductas apes scrutaberis, donec authorẽ pugnę, quẽ elidere debes, reperias.

*Quæ sit forma regis apum.* Cap. X.

SVNT aũt ij reges maiores paulo, & oblõgi magis q̃ cæterę apes rectioribus cruribus, sed minus amplis pinnis, pulchri coloris, & nitidi, leuesq;, ac sine pilo, sine spiculo, nisi quis forte pleniorẽ quasi capillũ, quẽ in ventre gerũt, aculeũ putet, quo & ipso tamen ad nocendũ non utuntur. quidã etiã infusci, atq; hirsuti reperiuntur, quorum pro habitu, damnabis ingenium.

Nanq; duæ regum facies, duo corpora gentis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Alter erit maculis auro squallentibus ardens,
Et rutilis clarus squamis insignis, & ore.
Atq; hic maxime probatur, qui est melior. nam deterior
sordido sputo similis tam fœdus est, q̃ puluere ab alto
Cum venit, & sicco terrã spuit ore viator. Et, vt idẽ ait,
Desidia, latamq; trahens inglorius aluũ. Omnes igitur
duces notæ deterioris
Dede neci, melior vacua sine regnet in aula.
Qui tamen & ipse spoliandus est alis, vbi sæpius cũ exa
mine suo conatur eruptione facta profugere. nam velut
quadam compede retinebimus erronem ducem detractis
alis, qui fugæ destitutus præsidio, finẽm regni non audet
excedere, propter quod ne ditionis quidẽ suę populo per
mittit longius euagari.

## *Quomodo apium paucitas emendetur.* Cap. XI.

SED nonnunquam necandus est, cum vetus alueare
numero apum destituitur, atq; infrequentia eius aliquo
examine replenda est. itaq; cum primo vere in eo vase
nata est pullities, nouus rex eliditur, vt multitudo sine di
scordia cum parentibus suis conuersetur. quod si nullam
progeniem tulerint faui, duas, vel tres alueorũ plebes in
vnũ cotribuere licebit, sed prius respersas dulci liquore,
tum demũ includere. & posito cibo dũ conuersari cõsue
scant, exiguis spiramentis relictis triduo ferè clausas ha
bere. sunt qui seniorem potius regem submoueant, quod
est cõtrariũ. quippe turba vetustior, si elidatur velut qui
dã senatus iunioribus pareat necesse est, & si quę sint im
peria validiorũ contumaciter spernentes, pœnis, ac mor
tibus afficiuntur. Illud tamẽ incommodũ iuniori exami
ni solet accidere, cũ antiquarum apium relictus à nobis
rex senectute deficit, quod tanquam domino mortuo fa
milia nimia licentia discordat, cui facile occurritur, nã ex
ijs alueis, quę plures habent principes, dux vnus eligitur,
isq; translatus ad eas, quæ sine imperio sunt, rector cõsti
tuitur. Potest aũt minore molestia in ijs domicilijs, quæ



aliqua peste vexantur, paucitas apium emendari. nã vbi
cognita est clades infrequentis aluei, quos habeat fauos
oportet consyderare. tum deinde, ceræ, quę semina pullo
rũ continet, partem recidere, in qua regij generis proles
animatur. est aũt facilis conspectu, quoniam ferè in ipso
fine cerarum velut papilla vberis apparet eminẽrior, &
laxioris fistulæ, quàm sint reliqua foramina, quibus po
pularis notę pulli detinentur. Celsus quidem affirmat in
extremis fauis transuersas fistulas esse, quæ cõtineant re
gios pullos. Higinius quoq; authoritatem græcorum se
quens negat ex vernaculo (vt cæteras apes) fieri ducem,
sed in circuitu fauorum paulo maiora, quàm sint plebeij
seminis inueniri recta foramina repleta quasi sorde ru
bri coloris, ex qua protinus alatus rex figuretur.

## *De cõdẽdo examine, & eius fuga inhibẽda.* Cap. XII.

EST & illa vernaculi examinis cura, si forte prædicto
tempore facta eruptione patriam fastidiens sedem lon
giorem, fuga denuntiauit. Id autem significat, cũ sic apis
euadit vestibulum, vt nulla intro reuolet, sed sẽ cõsestim
leuet sublimius. Crepitaculis æreis, aut testarum plerunq;
vulgo iacentiũ sonitu terreatur fugiẽs iuuentus. Eaq; q
vel pauida, cũ repetierit aluum maternã, & in eius aditu
glomerata pependerit, vel statim se ad proximã frondẽ
contulerit, protinus custos nouũ loculamentum in hoc
præparatũ perliniat intrinsecus prædictis herbis. deinde
guttis mellis respersum admoueat. Tũ manibus, aut etiã
trulla congregatas apes recondat. Atq; vti debet, adhibi
ta cętera cura, diligenter compositũ, & illitũ vas interim
patiatur in eodẽ loco esse, dũ aduesperascat. Primo dein
de crepusculo transferat, & reponat in ordinẽ reliquorũ
alueorum. Oportet autem etiam vacua domicilia collo
cata in apiarijs habere. nã sunt nonnulla examina, quæ,
cũ processerint, statim sedẽ sibi quęrant in proximo, eam
demq; occupent, quam vacuã repererint. Hęc ferè acqui
rendarum, ac etiam retinendarum apium traditur cura.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Remedia apũ laborantiũ morbo.* Cap. XII.

SEQVITVR vt morbo, vel pestilentia laborantibus remedia desyderentur. Pestilentiæ rara in apibus pernicies, nec tñ aliud, q̃ quod in cætero pecore præcepimus, qd fieri possit reperio, nisi vt longius aluei transferantur. Morborũ aũt facilius in his & causæ inspiciuntur, & inueniuntur medicinæ. Maximus aũt annuus earum labor est initio veris, quo tithymalli floret frutex, & quo fame rã vlmi promũt. nanq; sicut nouis pomis, ita his primitiuis floribus illectę auide vescuntur post hybernã famẽ nil alioquin citra satietatẽ, tali nocente cibo, quo cum se affatim repleuerint, profluuio alui, nisi celeriter succurritur, intereũt. nã & tithymallus maiorũ quoq; animaliũ ventrẽ soluit, & proprie vlmus apiũ. Eaq; causa est, cur in regionibus Italię, quę sunt eius generis arboribus consitæ, raro frequentes durent apes. Itaq; veris principio si medicatos cibos præbeas, ijsdẽ remedijs & prouideri potest, ne tali peste vexentur, & cũ iam laborant, sanari. nã illud, quod Higinius maiores secutus authores prodidit, ipse nõ expertus asseuerare nõ audeo, volentibus tñ licebit experiri. Siquidẽ præcipit apũ corpora, quæ, cũ eiusmodi pestis incessit, sub fauis aceruatim enectę reperiuntur, sicco loco per hyemẽ reposita circa æquinoctiũ vernum, cũ clementia diei suaserit, post horã tertiã in solẽ proferre, ficulneoq; cinere obruere. Quo facto, affirmat intra duas horas cũ viuido halitu caloris animatæ sunt, resumpto spiritu in præparatũ vas, si obijciatur, irrepere. Nos magis ne intereant, quæ deinceps dicturi sumus, ægris examinibus exhibenda censemus. nam vel grana mali punici tunsa, & vino amineo conspersa, vel vuæ passæ cũ rore syriaco pari mensura pinsitæ, & austero vino insuccatę dari debẽt, vel si per se ista frustrata sunt, oĩa eadẽ æquis ponderibus in vnũ leuigata, & fictili vase cũ amineo vino inferuefacta, mox etiã refrigerata ligneis canalibus apponi. Nonnulli rorẽ marinum aqua



mulsa decoctũ, cũ gelauerit, imbricibus infusum præbẽt libandũ. Quidã bubulã, vel hominis vrinã (sicut Higinius affirmat) alueis apponũt. necnõ etiã ille morbus maxime est conspicuus, q̃ horridas, contractasq; carpit, cũ frequenter aliæ mortuarũ corpora domicilijs suis efferũt, aliæ intra tecta vt in publico luctu, mœsto silentio torpẽt. Id cũ accidit, arundineis infusi canalibus offerunt cibi, maxime decocti mellis, & cũ galla, vel arida rosa detriti. Galbanũ etiã, vt eius odore medicentur, incendi conuenit, passoq;, & defruto vetere fessas sustinere. Optime tñ facit amelli radix, cuius est frutex luteus, purpureus flos. ea cũ vetere amineo vino decocta exprimitur, et ita liquatus eius succus datur. Higinius quidẽ in eo libro, quem de apibus scripsit, Aristomachus inquit, hoc modo succurrendũ laborantibus existimat. Primum, vt oẽs vitiosi faui tollantur, & cibus ex integro recẽs ponatur. deinde vt fumigentur. Prodesse etiã putat apibus vetustate corruptis examẽ nouũ contribuere, quamuis periculũ sit. ne seditione consumentur, veruntamẽ adiecta multitudine lætaturas. Sed vt concordes maneant, earũ apiũ, quæ ex alio domicilio transferuntur, quasi peregrinæ plebis submoueri reges debere. nec tñ dubiũ, quin frequentissimorũ examinũ faui, q̃ iã maturos hñt pullos, transferri, & subijci paucioribus debeãt, vt tanq̃ nouæ prolis adoptione domicilia confirmentur, sed & id cum fiet, animaduertendũ, vt eos fauos subijciamus, quorum pulli iã sedes suas adaperiũt, et velut opercula foraminũ obductas ceras erodunt exerentes capita. nã si fauos immaturo fœtu transtulerimus, emorientur pulli. cũ foueri desierint. Sæpe etiã vitio, quod græci φαγέδαιναν vocãt, intereũt. Siquidẽ cũ sit hæc apiũ consuetudo, vt prius tantũ cerarũ confingãt, quantũ putãt explere se posse, nonnunq̃ euenit, vt consumatis operibus cereis, vt examen conquirendi mellis causa longius euagatũ subitis imbribus, aut turbinibus in syluis opprimatur, & maiorẽ partẽ plebis amittat, quod vbi factũ est, reliqua pauci-

Universidad de Deusto
Biblioteca



tas fauis complendis non sufficiat, tunc quæ vacuæ cerarum partes computrescant, & vitijs paulatim serpentib⁹ corrupto melle ipsæ quoq; apes intereant. Id ne fiat, duo populi cõiungi debent, qui possint adhuc integras ceras explere, vel si non est facultas alterius examinis, ipsos fauos ante quàm putrescãt, vacuis partibus acutissimo ferro liberare. nam hoc quoq; refert, ne admotum hebes ferramentum (quia non facile penetret) vehementius impressum fauos sedibus suis commoueat. Quod si factum est, apes domicilium derelinquunt. Est & illa causa interitus, quod interdũ continuis annis plurimi flores proueniunt, & apes magis mellificijs, quàm fœtibus studeant. itaq; nonnulli, quibus est minor harum rerum scientia, magnis fructibus delectantur, ignorantes exitium apib⁹ imminere, quoniam & nimio fatigatæ opere plurimæ pereunt, nec vllis iuuentutis supplementis frequẽtatæ nouissimæ reliquæ intereunt. itaq; sic tale ver incessit, vt & prata, & arua floribus abundent, vtilissimum est tertio quoq; die aluorum exitus præcludi, exiguis foraminibus relictis, per quæ non possent apes exire, vt ab opere mellifico euocatæ, quoniam si non sperent posse ceras omnes liquoribus stipare, fœtibus expleant. Atq; hæc ferè sunt examinum vitio laborantium remedia.

*Quid quoquo tempore faciant apes, & quid earum curator facere debeat.* Cap. XIIII.

DEINCEPS illa totius anni cura, vt idem Higinius commodissime prodidit. Ab æquinoctio primo, quod mense Martio circa. VIII. Calendas Aprilis in octaua parte arietis conficitur, ad exortũ vergiliarum dies verni temporis habentur duodequinquaginta, per hos primum ait apes curandas esse adapertis alueis, vt oĩa purgamenta, quæ sunt hyberno tempore congesta, eximantur, et vt araneis, qui fauos corrumpunt, detractis, fumus immittatur factus incenso bubulo fimo, hic enim quasi quadam cognatione generis maxime est apibus aptus.



Vermiculi quoq;, qui tineæ vocantur, & item papiliones enecandi sunt. Quæ pestes plerunq; fauis adhærentes decidunt, si fimo medullam bubulam misceas, & his incensis, nidorẽ admoueas. Hac cura per id tẽpus, quod diximus, examina firmabuntur, caq; fortius operibus inseruient. Verum maxime custodiendum est curatori, qui apes nutrit, cum aluos tractare debebit, vti pridie castus sit ab rebus venereis, néue temulentus, nec nisi lotus ad eas accedat. abstineatq; ferè ab omnibus redolentibus esculentis, vt sunt salsamenta, & eorum omnia eliquamina, itemq; fœtentibus acrimonijs allij, vel ceparum, cæterarumq; rerum similium. Duodequinquagesimo die ab æquinoctio verno, cum fit vergiliarũ exortus circa. V. Idus Maias incipiunt examina viribus, & numero augeri. Sed & ijsdem diebus intereunt, quæ paucas, & ægras apes habẽt. Eodẽq; tempore progenerãtur in extremis partibus fauorum amplioris magnitudinis fœtus, quàm sint cæterarum apum. eosq; nonnulli putant esse reges. Verum quidam græcorum authores οἰστρους appellant, ab eo, quod exagitent, neq; patiantur examina conquiescere. Itaq; præcipiunt eos enecari. Ab exortu vergiliarũ ad solstitium, quod fit vltimo mense Iunio circa octauã partem cancri ferè examinant alui, quo tempore vehementius custodiri debent, ne nouæ soboles diffugiant. Tumq; peracto Solstitio, vsq; ad ortum caniculæ, qui ferè dies triginta sunt, pariter frumenta, & faui demetuntur. Sed ij quemadmodum tolli debeant, mox dicetur, cum de confectura mellis præcipiemus. Cæterum hoc eo dẽ tempore progenerari posse apes iuuenco perempto, Democritus, & Mago, nec minus Vergilius prodiderũt. Mago quidem ventribus etiam bubulis idem fieri affirmat. Quam rationem diligentius prosequi superuacuum puto consentiens Celso, qui prudentissime ait non tanto interitu pecus istud admitti, vt sic requirendum sit, verum hoc tempore, & vsq; in autumni æquinoctium decimoquoque die alui aperiendæ sunt, & fumigandæ.

Quod cum sit molestum examinibus, saluberrimum tñ esse conuenit. Suffitas deinde, & æstuantes apes refrigerare oportet, consperſis vacuis partibus aluorũ, & quam recentiſſimi rigoris aqua infuſa. deinde ſiquid ablui non poterit, pinnis aquilæ, vel etiam cuiuslibet vaſtæ alitis, quæ rigorem habent, emundari. Præterea vt tineæ, ſi apparuerint, euerrantur, papilionesq; enecẽtur, qui plerunq; inter aluos morantes apibus exitio ſunt. nam & ceras erodunt, & ſtercore ſuo vermes progenerant, quos aluorũ tineas appellamus. Itaq; quo tempore maluæ florent, cum eſt earum maxima multitudo, ſi vas æneum ſimile miliario veſpere ponatur inter aluos, & in fundum eius lumen aliquod demittatur, vndiq; papiliones concurrũt. dumq; circa flammulam volitant, aduruntur, quod nec facile ex angusto ſurſum euolare, nec rurſus longius ab igne poſſunt recedere, cum lateribus æneis circunuenian tur, ideoq; propinquo ardore conſumuntur. A canicula ferè poſt diem quinquageſimum arcturus oritur, cũ irro ratis floribus thymi, & cunilæ, thymbræq; apes mella conficiunt. idq; optimæ notæ eniteſcit autumni æquinoctio, quod eſt ante Calen. Octobris, cũ octauam partem libræ ſol attigit. Sed inter caniculæ, & arcturi exortũ cauendum erit, ne apes intercipiantur violentia crabronũ, qui ante aluearia plerunq; obſidiantur prodeuntibus.

Poſt arcturi exortum circa æquinoctiũ libræ (ſicut dixi) fauorum ſecunda eſt exemptio. Ab æquinoctio deinde quod conficitur circa, VIII. Cal. Octobris ad vergiliarũ occaſum diebus. XL. ex floribus tamaricis, & ſyluestribus frutetis apes collecta mella cibarijs hyemis reponũt, quibus nihil eſt omnino detrahendum, ne ſæpius iniuria contriſtatę, velut deſperatione rerum profugiant. Ab occaſu vergiliarum ad brumam, quæ ferè conficitur circa VIII. Cal. Ianuarij, in octaua parte capricorni iam recondito melle vtuntur examina, eoq; vſq; ad arcturi exortũ ſuſtinentur. Nec me fallit Hipparchi ratio, quę docet ſolſtitia, & æquinoctia non octauis, ſed primis partibus



ſignorum confici, Verum in hac ruris diſciplina ſequor nunc Eudoxi, & Metonis, antiquorumq; faſtus aſtrologorum, qui ſunt aptati publicis ſacrificijs, quia et notior eſt iſta vetus agricolis concepta opinio. Nec tamen Hipparchi ſubtilitas pinguioribus, vt aiunt, ruſticorum literis neceſſaria eſt. Ergo vergiliarũ occaſu primo ſtatim conueniet aperire aluos, & depurgare quicquid immundi eſt, diligentiusq; curare, quoniã per tempora hyemis non expedit mouere, aut patefacere vaſa. Quam ob cauſam dum adhuc autumni reliquiæ ſunt, apriciſſimo die purgatis domicilijs opercula intus vſq; ad fauos admouẽda ſunt, omni vacua parte ſedis excluſa, quo facilius anguſtię cauearũ per hyemem concaleſcant. idq; ſemper faciendum eſt etiam in ijs aluis, quæ paucitate plebis infrequentes ſunt. Quicquid deinde rimarum eſt, aut foraminũ luto, et fimo bubulo miſtis illinemus extrinſecus, nec niſi aditus, quibus commeent, relinquemus. Et quamuis porticu protecta vaſa, nihilo minus congeſtu culmorũ, & frondiũ ſupertegemus, quantumq; res patietur à frigore, & tempeſtatibus muniemus. Quidam exemptis interraneis occiſas aues intus includunt, quæ tempore hyberno plumis ſuis deliteſcentibus apibus præbent teporem. Tum etiam ſi ſunt abſumpta cibaria, commode paſcuntur eſurientes, nec niſi oſſa earũ relinquunt. ſin aũt faui ſufficient, permanent illibatę. nec quamuis amantiſſimas munditiarum offendunt odore ſuo. Melius tamen eſſe nos exiſtimamus tempore hyberno fame laboranti bus, ad ipſos aditus in canaliculis vel contuſam, & aqua madefactam ficum aridam, vel defrutũ, aut paſſum præbere. Quibus liquoribus mundam lanã imbuere oportebit, vt inſiſtentes apes quaſi per ſyphonem ſuccum euocent. Vuas etiam paſſas, cum infregerimus, paulum aqua reſparſas probe dabimus. atq; his cibarijs non ſolũ hyeme, ſed etiã quibus temporibus (vt iam ſupra dixi) tithymallus, atq; etiam vlmi florebunt, ſuſtinendæ ſunt. Poſt confectam brumam diebus ferè quadraginta quicquid

Universidad de Deusto
Biblioteca



est repositi mellis (nisi liberalius à curatore relictum sit) consumunt, & sæpe etiam vacuatis ceris vsq; in ortũ arcturi, qui est ab Idibus Februarijs ieiunæ fauis accubantes torpent more serpentum, & quiete sua spiritũ conseruant. quem tamen ne amittant, si longior fames incesserit, optimum est per aditũ vestibuli syphonibus dulcia liquamina immittere, & ita penuriam temporum sustinere, dum arcturi ortus, & hirundinis aduentus commodiores polliceantur futuras tempestates. Itaq; post hoc tẽpus, cum diei permittit hilaritas, procedere audent in pascua. nam ab æquinoctio verno sine cunctatione, iã passim vagantur, & idoneos ad fœtũ decerpunt flores, atq; intra tecta comportant. Hæc obseruanda per anni tempora diligentissime Higinius præcipit. Cæterum illa Celsus adijcit. paucis locis eam fœlicitatem suppetere, vt apibus alia pabula hyberna, atq; alia præbeantur æstiua. Itaq; quibus locis post veris tempora flores idonei deficiunt, negat oportere immota examina relinqui, sed vernis pastionibus absumptis, in ea loca transferri, quæ serotinis floribꝰ thymi, & origani, thymbræq; benignius apes alere possunt. Quod fieri ait & Achaiæ regionibus, vbi trãsferũtur in atticas pastiões, et Eubœa, & rursus in sulis cycladibus, cũ ex alijs transferuntur scyrũ, nec minus in Sicilia cũ ex reliquis eius partibus in Hyblam cõferuntur. Idemq; ait ex floribus ceras fieri, ex matutino rore mella, quæ tanto meliorem qualitatẽ capiunt, quanto iucundiore sit materia cera confecta. Sed ante translationem diligenter alueos inspicere precipit, veteresq; & tineosos, & labantes fauos eximere. Nec nisi paucos, & optimos reseruare, & simul etiã ex meliore flore quamplurimi fiant. eaq; vasa, quæ quis transferre velit, non nisi noctibus, & sine concussione portare.

## De *melle conficiendo, & quando castrari debent alui.* Cap. XV.

MOX vere transacto sequitur, vt dixi, mellis vindemia



propter quam totius anni labor exercetur. Eius maturitas intelligitur, cum animaduertimus fucos ab apibus expelli, ac fugari, quod est genus amplioris incrementi simillimum apis. Et, vt ait Vergilius, ignauum fucus pecus, & sine industria fauis assidens. nã neq; alimenta congerit, & ab alijs inuecta consumit. Veruntamen ad procreationem sobolis conferre aliquid hi fuci videntur insidentes seminibus, quibus apes figurantur. Itaq; ad fouendam, & educandam nouam prolẽ familiarius admittuntur. Exclusis deinde pullis, extra tecta proturbantur. Et, vt idem ait, à præsepibus arcent. Hos quidam præcipiũt in totũ exterminari oportere, quod ego Magoni cõsentiens faciendũ non censeo, verum sæuitiæ modũ adhibendũ. nam nec ad occidionem gens interimenda est, ne apes inertia laborent, quæ cũ fuci aliquam partẽ cibariorum absumunt, sarciendo damna fiunt agiliores. nec rursus multitudinem prędonũ coalescere patiendum est, ne vniuersas opes alienas diripiant. Ergo cum rixã fucorum, & apiũ sæpius committi videris, adapertas alueos inspicies, vt siue semipleni faui sint, differantur, siue iam liquore completi, & superpositis ceris ranquã operculis obliti demetantur. Dies vero castrãdi ferè matutinus occupandus est. neq; enĩ conuenit æstu medio exasperatas apes lacessiri, duobus ferramentis ad hũc vsum opus est sesquipedali, vel paulo ampliore mensura factis. quorũ alterũ sit culter oblongus ex vtraq; parte acie lata, vno capite aduncũ habẽs scalprũ, alterũ prima fronte planũ, & acutissimũ, quo melius hoc faui succidantur, illo eradantur, & quicquid sordidũ deciderit, attrahatur. Sed vbi à posteriore parte nullũ vestibulũ patefactum habuerit alueare, fumũ admouebimus factũ galbano, vel arido fimo. Ea porrò vase fictili prunis immista cõduntur. idq; vas ansatum simile angustæ ollæ figuratur. Ita vt altera pars sit acutior, per quam modico foramine fumus emanet, altera latior, & ore patulo, per quã possit afflari. Talis olla, cũ est alueari obiecta, spũ admoto fumus ad apes

Universidad de Deusto
Biblioteca



promouetur,quę confestim nidoris impatientes in prio rem partem domicilij, & interdum extra vestibulum se conferunt,atq; vbi potestas facta est liberius inspiciẽdi, ferè,si duo sunt examina,duo genera quoq; fauorum in ueniuntur.Nam etiam in concordia suũ quæq; plebs mo rem figurandi ceras,fingendiq; obseruat. sed omnes faui semper cauearum tectis,& paululum lateribus adhæren tes,dependent,ita ne solum contingant,quoniam id prę bet examinib⁹ iter. Cęterũ figura cerarũ talis est, qualis et habitus domicilij nã & quadrata & rotũda spatia,nec minus longasuam speciem velut formæ quædam fauis prębent.Ideoq; non semper eiusdẽ figuræ reperiuntur fa ui.sed hi qualescunq; sint,non oẽs eximantur. nã priore messe,dũ adhuc rura pastionibus abundant, quinta pars fauorum,posteriore,cum iam metuitur hyems,tertia re linquenda est.Atq; hic tamen modus non est in oĩbus re gionibus certus,quoniam pro multitudine florũ,et vber tate pabuli apibus consulendum est.At si ceræ dependen tes in longitudinem decurrunt,eo ferramento, quod est simile cultro,insecandi sunt faui. deinde subiectis duob⁹ brachijs excipiendi,atq; ita promendi. Sin autem transuersi tectis cauearum inhærent,tunc scalprato ferramen to est opus,vt aduersa fronte impressi desecentur.Eximi autem debent veteres vel vitiosi,& relinqui maxime in tegri,ac melle pleni. Et siqui tandem pullos continent, vt examini progenerando reseruentur.Oĩs deinde copia fauorũ conferenda est in eum locũ, in quo mel confice re voles,linendaq; sunt diligenter foramina parietũ,& fenestrarũ,nequid sit apibus peruium,quę velut amissas opes suas pertinaciter vestigant,& persecutę consumũt. Itaq; ex hisdem rebus fumus etiam in aditu loci faciendus est,qui propulset intrare tentantes. Castratæ deinde alui siquæ transuersos fauos in aditu habebunt, conuertendæ erunt,vt alterna vice posteriores partes vestibula fiant.Sic enim proxime cum castrabuntur,veteres potius faui,quàm noui eximentur,ceræq; nouabuntur, quæ



tanto deteriores sunt,quanto vetustiores.Quod si forte aluearia circumstructa, & immobilia fuerint, curæ erit nobis,vt modo à posteriore,modo à priore parte castrẽ rur. idq; fieri ante diei quintam horam debebit. deinde repeti vel post nonam,vel postero mane.Sed quotcunq; faui sunt demessi,eodem die,dũ tepent,mella confice re conuenit. Saligneus qualus, vel tenui vimine rarius contextus saccus inuersæ metæ similis,qualis est,quo vi nũ liquatur,obscuro loco suspenditur.in eũ deinde car ptim congeruntur faui.Sed adhibenda cura est,vt sepa rentur eæ partes cerarũ, quæ vel pullos habent, vel ru bras sordes, nam sunt mali saporis, & succo suo mella corrumpunt.Deinde vbi liquatũ mel in subiectum alue um defluxerit,trãsfertur in vasa fictilia,quæ paucis die bus aperta sint,dũ musteus fructus deferuescat.isq; sæpi us ligula purgandus est. Mox deinde fragmina fauorũ, quæ in sacco remanserunt,retractata exprimũtur.Atq; id secundæ notæ mel defluit, & ab diligentioribus seor sum reponitur, ne quod est optimi saporis hoc adhibi to,fiat deterius.

## *De cera facienda.* Cap.XVI.

CERAE fructus,quamuis æris exigui,non tñ omit tendus est,cũ sit eius vsus ad multa necessarius. Expres sæ fauorũ reliquiæ,postea quamdiligenter aqua dulci p lutæ sunt,in vas æneum conijcitur.adiecta deinde aqua liquantur ignibus.quod vbi factum est,cera per stramẽ ta,vel iuncos defusa colatur.atq; iterum similiter deinte gro coquitur,& in quas quisq; voluit formas,aqua pri us adiecta,defunditur.eamq; concretam facile est exime re,quoniam qui subest humor non patitur formis inhę rere.Sed iam consumata disputatione de villaticis pecu dibus,atq; pastionibus, quæ reliqua nobis rusticarũ re rum pars supereſt,de cultu hortorum Publi Siluine.de inceps ita,vt & tibi, & Gallioni nostro complacuerat, in carmẽconferemus.

Universidad de Deusto
Biblioteca

# L. VCII IVNII MODERATI COLVMELLAE IN LIBRVM decimum de cultu hortorum Præfatio.

FOENORIS TVI SILVINE, QVOD stipulanti spoſponderam tibi, reliquam penſiuncu lam percipe. Nam ſuperioribus nouem libris hac minus parte debitū, quod nūc perſoluo, reddideram, ſu pereſt ergo cultus hortorū inſigniter neglectus quondā veteribus agricolis, nūc vel celeberrimus. ſiquidem cū parcior apud priſcos eſſet frugalitas, largior tamē paupe tribus fuit vſus epularū, lactis copia, ferinaq́, ac domeſti carū pecudū carne, velut aqua, frumentoq́ ſummis, atq́ humillimis victū tolerantibus. Mox cū ſequens, & præ cipue noſtra ætas dapibus libidinoſis pretia conſtituerit cœnæq́ non naturalibus deſyderijs, ſed cenſibus æſti mentur, plebeia paupertas ſūmota à pretioſioribus cibis ad vulgares compellitur. Quare cultus hortorū, quoni am & fructus magis in vſu eſt, diligentius nobis, q̄. tradi derunt maiores, præcipiendus eſt. isq́ ſicut inſtitueram proſa oratione prioribus ſubnecteretur exordijs, niſi propoſitū metū expugnaſſet frequens poſtulatio tua, quæ peruicit, vt poeticis numeris explerem georgici car minis omiſſas partes, quas tamen & ipſe Vergilius ſig nificauerat, poſteris poſt ſe memoranda relinquere, neq́ enim aliter iſtud nobis fuerat audendū, q̄ ex voluntate vatis maxime venerandi, cuius quaſi numine inſtigan te (pigre ſine dubio propter difficultatem operis, verun tñ nō ſine ſpe proſperi ſucceſſus) aggreſſi ſumus tenuē admodū, & penè viduatā corpore materiā, quæ tā exi lis eſt, vt in conſumatione quidem totius operis annu merari velut particula poſſit laboris noſtri, per ſe vero & quaſi ſuis finibus terminata nullo modo ſpecioſe cō fici. Nā & ſi multa ſunt eius quaſi membra, de quibus aliquid poſſumus effari, tñ cadē tā exigua ſunt, vt (qđ a iūt græci) ex incōprehēſibili paruitate arenæ funis effici



nō poſſit. Quare qcqd ē iſtud, qđ elucubrauim⁹, propriā ſibi laudē nō vēdicat, vt bōi cōſulat, ſi nō ſit dedecori pri⁹ editis à me ſcriptorū monimētis, ſed iā præfari deſinam⁹.

## CHALCOGRAPHVS LECTORI

SCRIPSIT in hunc Columellæ de hortis libellū Siu. Poponius ſed eſt ad tediū vſq́ longus proinde ne quid eſſet quod vel mediocris eruditonis iuuenē poſ ſet remorari. . in facile coegimus compendiū quæ Popo nius, quæ Plinius, quæ denicq́ alij haberent, quæ quidē lu cis quippiā poſſent rei addere, ne etiā in tā amenis hor tis lector tanq̄ vepribus implicitus diſtraheretur vale.

## DE CVLTV HORTORVM. LIB. X.

HOrtorum quoq́ te cultus Siluine docebo,
Atq́ ea, quæ quondam ſpatijs excluſus iniquis,
Cum caneret lætas ſegetes, & munera Bacchi,
Et te magna Pales, nec non cœleſtia mella,
Vergilius nobis poſt ſe memoranda reliquit.

Hortorū quoq́ in proœmio pollicetur ſe relictas à Ver gilio partes expleturū nēpe qui nihil de hortorū cultu egerit, quum reliquas rei ruſticæ partes prolixe ſit exe quutus. Cœleſtia mella) quia (vt ait Plinius) ſublucanis temporibus defluit ex aere.

Et te magna pales) alludit ad id Vergilij, Te quoq́ ma gna pales, pales paſtorum aut pabuli dea.

Principio ſedem numeroſo præbeat horto
Pinguis ager putres glebas, reſolutaq́ terga
Qui gerit, & foſſus gracileis imitatur arenas.
Atq́ habilis natura ſoli, quæ gramine læto,
Parturit, & rutilas ebuli creat vuida bacas.
Nam neq́ ſicca placet, nec quæ ſtagnata palude
Perpetitur querulæ ſemper conuitia ranæ.
Tum, quæ ſponte ſua frondoſas educat vlmos,
Palmitibusq́ feris lætatur, & aſpera ſyluis
Achrados, aut pruni lapidoſis obruta pomis
Gaudet, & iniuſſi conſternitur vbere mali,
Principio ſedem) ſumat ſibi holitor non macilentum ac

Universidad de Deusto
Biblioteca



asperum solum sed resolutum ac minime densum Cuius terga.i.supficies fermẽtatur. Rutilas ebul.)vt scribit Varro,humida educit ebulos virgulta sambucæ rami instar. Tum quæ sponte sua) quæ vltro vlmos nutriat & syluestri palmite lasciuiat. Iniusti mali.i.mali syluestris,
Sed negat helleboros, & noxia galbana succo,
Nec patitur taxos,nec strenua toxica sudat,
Quamuis semihominis vesano gramine fœta
Mandragoræ pariat flores,mœstamq; cicutam,
Nec manibus mitis ferulas,nec cruribus æque,
Terga rubi,spinisq; ferat paliuron acutis.
Vicini quoq; sint amnes,quos incola durus
Attrahat auxilio semper sitientibus hortis,
Aut fons illachrymet putei non sede profunda,
Ne grauis hausturis tendentibus ilia vellat.
Talis humus,vel parietibus,vel sepibus hirtis
Claudatur,neu sit pecori,neu peruia furi,
Sed negat helleboros ) amara recusat ferre Galbanũ herba est adeo olfactu acris vt(authore Plinio)nidore serpẽtes fuget si vratur syncerum.) Taxus arbor est abieti non dissimilis qua( vt ait Plinius)thessalia maxime abũdat & fert baccas quibus letale venenum inest.
Quamuis semihominis)nec id quoq; solum horto desti
netur vbi nascatur mandragora quæ naturam quandã cum homine mixtam habet cum mas sit & fœmina & est odore admodum grauis. Semper sitientibus hortis)siquidem necesse est vt crebro irriges eo fit vt satũ q̃ celerrime erũpat & lætissime adolescat vt refert Plini⁹.
Neu tibi Dædaleæ quærantur munera dextræ,
Nec Polycletea,nec Phragmonis,aut Ageladæ
Arte laboretur,sed truncum forte dolatum
Arboris antiquæ numen venerare Ithypalli
Terribilis membri,medio qui semper in horto
Inguinibus puero prædoni falce minetur.
Ergo age nunc cultus, & tẽpora quæq; serendis
Seminibus,quæ cura satis,quo sydere primum



Neu tibi Dedaleæ)sententia horũ versuũ est priapũ cũ stodem hortensem è trũco quolibet para nec multũ labora, sit ne insignis cuiuspiã artificis opera fabrefact⁹ modo tibi qualiscũq; in priapi figuram dedolata statua, ad abigendos pueros.
Nascantur flores, pestiq; rosaria gemment,
Quo Bacchi genus,aut aliena stirpe grauata
Mitis adoptatis curuetur frugibus arbos.
Pierides tenui deducite carmine musæ.
Oceani sitiens cum iam canis hauserit vndas,
Et paribus titan orbem librauerit horis,
Cum satur autumnus quassans sua tempora pomis,
Sordibus, & musto spumanteis exprimet vuas,
Tum mihi ferrato versetur robore Palæ
Dulcis humus,si iam pluuijs defossa madebit,
At si cruda manet cœlo durata sereno,
Tum iussi veniant decliui tramite riui,
Terra bibat fonteis, & hiantia compleat ora.
Quod si nec cœli,nec campi competit humor,
Ingeniumq; loci,vel Iuppiter abnegat imbrem,
Expectetur hyems dum Bacchi gnosius ardor
Aequore cœruleo cæletur,vertice mundi,
Solis & aduersos metuant atlantides ortus.
Pestiq; rosaria gẽment)pestũ oppidũ est in lucania Hic rosa ferè albicãs bis anno prouenit Maio & Septembri Oceani sitiens) fodiendus hortus atq; exercenda terra, post caniculæ occasum. Si iam pluuijs) exercendi(inquit)horti vbi terra pluuijs permaduerit quod si non fit irrigabimus hortos ac faciemus crebros sulcos aquarios vt hac omnem humorem in hortos deriuemus.
Dum bacchi naxius ardor) sunt qui gnossius ardor legant innuit coronam ardentem à Baccho ariadnæ dono datam quã Liber pater inter sydera collocauit hoc est tũ Octobri horti exercẽdi sũt deide naxi⁹ ardor qa Bachus in insula naxo colitur. Metuãt athalãtides)ideo dicũtur ortũ solis metuere qa.xi.Calẽd.Nouẽbris occidũt,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Atq; vbi iam tuto nec dum confisus olympo,
Sed trepidus profugit chelas, & spicula Phœbus
Dira nepæ tergoq; croti festinat equino,
Nescia plebs generis, matri ne parcite falsæ.
Ista prometeæ genitrix fuit altera Cretæ,
Altera nos enixa parens, quo tempore sæuus
Tellurem ponto mersit Neptunus, & imum
Concutiens barathrum lethæas terruit vndas.
Tumq; semel stygium regem videre trementem
Tartara, cum pelagi streperent sub pondere manes.
Nos fœcunda manus viduo mortalibus orbe
Progenerat, nos abruptæ tum montibus altis
Deucalioneæ cautes peperere. sed ecce
Durior, æternusq; vocat labor. eia age segnes
Pellite nunc somnos, & curui vomere dentis
Iam virides lacerate comas, iam scindite amictus,
Tu grauibus rastris cunctantia perfode terga,
Tu penitus latis eradere viscera marris
Ne dubita, & summi frequentia cespite mista
Ponere, quæ canis iaceant vrenda pruinis,
Verberibus gelidis, iraq; obnoxia cauri,
Alliget & sæuus boreas, eurusq; resoluat.

Atq; vbi iam tuto nec dum) tuto olympo. i. serenitati, dicit, ideo solem non confidere tuto olympo, quia tempus autumnale incertum est. Sed trepidus profugit) trepidus phebus, quia sol versans inter scorpium et sagittariũ anxius & sollicitus est, ne vergat in alterutrã partẽ hinc aculeũ scorpionis illinc sagittas chironis expauescens.

Ne parcite falsæ matri, ad terram colendã, tum accingamini, quæ sine cultura nihil refert. Nos fœcunda ma.) Innuit deucalionem, qui post diluuium iactu saxorũ genus humanum cum vxore pyrrha recuperauit.

Tu penitus latis) Sunt enim marre instrumenta ad fodiendam terrã idonea. Ne dubita & summi) Lege. i. summoq; frequenti. hoc sensu, ne dubita viscera terrę mista summo. i. à superficie sua ponere, resupinare, sternere



cum frequenti cespite, cum terra herbosa, atq; hæc est authoris sententia, ne pigeat terram confodere & miscere summitatẽ cespititiã cum intimis terræ visceribus, hoc est ne dubita terrã bipedalio aperire. Canis iaceãt). i. frigus vt ardor .vrit efficitq; adustione fertiliores glebas.

Post vbi ryphææ torpentia frigora brumæ
Candidus aprica zephyrus regelauerit aura,
Sydereoq; polo cedet lyra mersa profundo,
Veris & aduentum nidis cantarit hirundo.
Rudere tam pingui, solido vel stercore Aselli,
Armentiue fimo saturet ieiunia terræ
Ipse ferens olitor diductos pondere qualos,
Pabula nec pigeat fesso præbere nouali
Immundis, quæcunq; vomit latrina, cloacis,
Densaq; iam pluuijs, duratq; summa pruinis
Aequora dulcis humi, repetat mucrone bidentis.
Mox bene cum glebis viuacem cespitis herbam
Contundat marræ, vel fracti dente ligonis,
Putria maturi soluantur vt vbera campi.
Tunc quoq; trita solo splendentia sarcula sumat,
Angustosq; foros aduerso limite ducens
Rursus in obliquum distinguat tramite paruo.
Verum vbi iam puro discrimine pectita tellus,
Deposito squallore nitens sua semina poscit,

Post vbi Rhypheæ) Ryphei montes sunt sub septentrione vltimi, vnde credunt spirare boreã qui maximas habet hyeme vires. Ieiunia) macilẽtia & sterilitate terræ.

Pingit & in varios terrestria sydera flores,
Candida leucoia, & flauentia lumina caltæ,
Narcissiq; comas, & hiantis sæua leonis
Ora feri, calathisq; virentia lilia canis,
Nec non vel njueos, vel cœruleos hyacinthos.
Tu quæ pallet humi, quæ frondens purpurat auro,
Ponatur viola, & nimium rosa plena pudoris.
Nunc medica panacem lachryma, succoq; salubri
Glaucea, & profugos vinctura papauera somnos
Spargite, quæq; viros acuunt, armantq; puellas.

Iam megaris veniant genitalia semina bulbi,
Et quæ sicca legit getulis obruta glebis,
Et quæ frugifero seritur vicina priapo,
Excitet vt veneri tardos eruca maritos.
Iam breue chærephylum, & torpenti grata palato
Intyba, iam teneris frondens lactucula fibris,
Alliaq; infractis spicis, & olentia late
Vlpica, quæq; fabis habilis fabrilia misset.
Iam siser, assyrioq; venit quæ semine radix,
Sectaq; præbetur madido sociata lupino,
Vt pelusiaci proritet pocula zythi.
Tempore non alio vili quoq; salgama merce
Capparis, & tristes inulæ, ferulaq; minaces
Plantantur, nec non serpentia gramina mentæ,
Et bene odorati flores sparguntur aneti,
Rutaq; palladiæ bacæ victura saporem,
Seq; lacessenti fletum factura synapis,
Atq; oleris pulli radix, lachrymosaq; cepa
Ponitur, & lactis gustum quæ condiat herba
Deiectura quidem fronti data signa fucarum,
Vimq; suam iccirco profitetur nomine graio.
Tum quoq; conseritur, toto quæ plurima terræ
Orbe virens pariter plebi, regiq; superbo
Frigoribus caules, & veri cymata mittit.
Quæ pariunt veteres cesposo littore Cumæ,
Quæ marrucini, quæ signia monte Lepino,
Pinguis item Capua, & caudinis faucibus horti,
Fontibus & stabie celebres, & vesuia rura,
Doctaq; Parthenope Sebethide roscida lymha,
Quæ dulcis Pompeia palus vicina Salinis
Herculeis, vitreoq; siler qui defluit amni,
Quæ duri præbent cymosa stirpe Sabelli,
Et Turni lacus, & pomosi Tyburis arua,
Brutia quæ tellus, & mater Aritia porri.
Pingit & in varios) exequitur iã quibus sit herbis conserenda humus, vbi parata erit. Quæq; viros acuunt) id



genus herbas quæ venerẽ cient. Iam megaris) bulbos megaricos maxime celebrat Cato, nec est alia herba quæ citius languescentẽ venerẽ excitet. Torpenti gra.) quia (vt ait Plinius) herba hæc refrigeratoriã vim habet. Spargentia gramina minthæ) minthæ nomẽ (inquit Plinius) suauitas odoris dedit. Palladiq; bacchq;) olei quia oliua dicata Palladi. Fletũ factura syn.) qa lachrymas ciet comedẽti Oleris palli. innuit olus atrũ. Lachrymosaq; cepa) humorẽ ex oculis comedenti prouocat, ideo oculorũ caliginẽ ipso olfactu medetur. Et lactis gustus quæ) Innuit lepidiũ qđ vsus eius non nisi cũ lacte, verum quũ proponat Columella dictionẽ lactis libet referre ad oxygalã, hoc est lac acetosum quo tolluntur cicatrices inusti q canterio. Data signa focorũ) id referemus ad vim cauſticã per cauteriũ illatã. Plini. li. 20. Lepidiũ inter vrentia intelligitur, sic & in facie cutẽ emendat exulcerando. Sic lepras, et psoras tollit semp facile & cicatricũ vlcera, ideo possis etiã per signa focorũ lepras intelligere quæ vim ignis habẽt. Vimq; suã iccirco pro.) nã lepidiũ dicitur à græco verbo λεπίξω, decortico. Tũ quoq; conseritur) Posthea inquit serenda est brassica quę nulli nõ vsum prębet & nobili & plebeio, quæ hyeme caules emittit, verno tempore cymata, cyma dicitur fœtus brassicę, et vocat Columella id cyma quod proximo vere post primã sectionẽ è caulibus colligitur. Quæ pariũt vetres) describit hic brassicarũ genera. Sebetride ros.) Sebetes fons ẽ Neapoli cuius aqua vicatim decurrẽs oẽs fere vsus Neapolitanis prẽstat. Pompeia pa.) Pompei oppidũ prope samũ fluuiũ. Vitreoq; siler) Siler fluui⁹q diuidit lucaniã à picentinis campanorũ cuius aqua virgulta indurescũt vt scribit Silius. Duri sabelli) Verg. in geor. Hoc genus acre virũ marsos pubẽq; sabellã, populus à sabinis orti, q incolũt montes q sunt inter Sabinos & Marsos, & sp ad seruilia opera coacti fuere, ad quod hic alludit author.

Hæc vbi credidimus resolutæ semina terræ,
Assiduo grauidam cultu, curaq; fouemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Vt redeant nobis cumulato fœnore messes.
Et primum moneo largos inducere fontes,
Ne sitis exurat concepto semine partum.
At cum fœta suos nexus adoperta resoluit,
Florida cum soboles materno pullulat aluo,
Primitijs plantæ modicos tum præbeat imbres
Sedulus irrorans olitor, ferroq; bicorni
Pectat, & angentem sulcis exterminet herbam.
At si dumosis positi sunt collibus horti,
Nec summo nemoris labuntur vertice riui,
Aggere præposito cumulatis area glebis
Emineat, sicco vt consuescat puluere planta,
Nec mutata loco siccos exhorreat æstus.
Mox vbi nubigenæ Phryxi, nec portitor Helles
Signorum, & pecorum princeps caput efferet vndis,
Alma sinum tellus iam pandet, adultaq; poscens
Semina depositis cupient se nubere plantis,
Inuigilate viri, tacito nam tempora gressu
Diffugiunt, nulloq; sono conuertitur annus.
Flagitat ecce suos genitrix mitissima fœtus,
Et quos enixa est partus iam quærit alendos,
Priuignasq; rogat proles, date nunc sua matri
Pignora, tempus adest, viridi redimite parentem
Progenie, tu cinge comas, tu differe crines.
Nunc apio viridi crispetur florida tellus,
Nunc capitis porri longo resoluta capillo
Lætetur, mollemq; sinum staphilinus inumbret.
Nunc & odoratæ peregrino munere plantæ
Hæc vbi credidimus) vbi inquit hæc semina ieceris cura foueas diligenter sata, ne sitis partum consumat sic cumulatissime fructum auferes. Eximatq; angentem) languescentem herbam. Mox vbi nubigenæ) nubigenæ non geniti è nube sed ex nephele quæ latine sonat nubem. Nec portitor helles signarum & pe.) Innuit decimũ Calen. Aprilis, tum enim sol in arietem transitum facit Aries inter astra collocatus quia tulerit Phrixũ



& hellem nube tectos, Arietem facit signorum principem vel quod antiqui principium anni à Martio fecerunt vel quod dignissimum sit ouillum pecus vt testatur M. Varro Libro. iiij. ordo igitur est mox vbi portitor nubigenæ phryxi, aries qui phryxum gestauit nõ autem helles quia hellen pauidũlam in mare deiecit.
Priuignasq; ro.) herbæ quæ transferuntur in aliam terram dicuntur illius terræ priuignæ qui transferuntur ex sinu materno in terram nouercam vel secundum æsopi sententiam locutus est qui dixit terram esse matrem herbarũ quæ sponte nascũtur, nouercã vero quę seminantur. Cũ igitur hæ serãtur habẽt hanc terrã loco nouercę.
Apio crispetur) à natura apij quod crispum est.
Sicanijs croceæ descendant montibus hyblæ,
Nataq; iam veniant hilari sampsuca canopo,
Et lachrymas imitata tuas Cinereia virgo,
Sed melior factis ponatur achaica myrrha,
Et male damnati mœsto qui sanguine surgunt
Aeacij flores, immortalesq; amaranthi,
Et quos mille parit diues natura colores,
Disponat plantis olitor, quos semine seuit.
Nunc veniat quamuis oculis inimica coramble.
Iamq; salutari properet lactuca sapore,
Nũc et odoratę) plantẽtur etiã peregrinę herbę quos hybla Siciliæ mõs nutrit sicania Sicilia dicta est. Nataq; iã ve.) diocles hanc herbã amarã appellat. Hilari canopo) canopũ in ægypto vrbs, maxima aeris benignitate oẽs ad se pellicit hinc dicit Hilari. Cinereia virgo.) myrrha herba q̃ gustu imitatur succũ myrrhæ arboris hinc dicit Lachrymas imitata tuas) dicit cynereia quia in hãc arborẽ cõuersa fuit myrtha cinarę regis filia. Aeiaci flores) ex cruore cesi aiacis flatĩ nata dicitur herba iacithus.
Immortalesq; maranthi) allusum est in voculam μαραίνω enim corrumpo tabefacio est.
Tristia quæ releuat longi fastidia morbi.
Altera crebra viret, fusco nitet altera crine,
Vtraq; Cæcilij, de nomine dicta Metelli.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tertia, quæ ſpiſſo, ſed puro vertice pallet,
Hæc ſua cappadocæ ſeruat cognomina gentis.
Et mea, quam generant tartheſi littore gades.
Candida vibrato diſcrimine, candida thyrſo eſt.
Cypros item paphio, quam pingui nutrit in aruo
Punicea depexa coma, ſed lactea crure eſt.
Longi faſtidia mo.) quia lactuca languentem ſtomachũ conuellit atq; ſit appetitũ. Hęc ſua) à Cappadocia proꝰuicia proxima cit bithimię. Et mea) lactuca tarteſſis appellata, tarteſſus vrbs fuit in litore prope gades vnde familia Columellæ defluxit.
Quot facies, totidem ſunt tempora quanq; ſerendi.
Cæciliam primo deponit Aquarius anno,
Cappadocamq; premit ferali menſe lupercus.
Tuq; tuis Mauors tartheſida pange Calendis,
Tuq; ſuis Paphien iterum iam pange Calendis,
Aquarius anno) Aquarius incipit exoriri. xviij. Calen. Februarij. Fe.men. lupercus) febr. innuit qđ tũ fierent lupercalia. Ferali menſe) quia hoc menſe ſacra fiebant dijs inferis, nã dicebant ſabini februũ purgamentũ eſſe. Tuq; ſuis Paph.) Innuit Aprilem qui menſis à venere dictus, quæ Paphia appellata quamuis tamẽ rectius (vt ait Macrobius) ab aperiendo traxerit hic menſis nomen.
Dum cupit, & cupidæ quærit ſe iungere matri,
Et mater facili molliſſima ſubiacet aruo.
Ingenera nunc ſunt genitalia tempora mundi.
Nunc amor ad coitus properat, nunc ſpiritus orbis
Bacchatur veneri, ſtimuliſq; Cupidinis actus
Ipſe ſuas adamat partes, & fœtibus implet.
Nunc pater æquoreus, nunc & regnator aquarum
Ille ſuam Tethyn, hic pellicit Amphitriten.
Et iam cœruleos partus enixa marito
Vtraq; nunc reſerat, pontumq; natantibus implet,
Maximus ipſe deum poſito iam fulmine fallax
Dum cupit &) nunc deſcribit vernum tempus quod genitale animãtibꝰ eſt ac Herbis Pater æquoreus, oceanus.



Regnator aquarum) Neptunus cui vxor Amphatrite.
Acriſioneo veteres imitatur amores,
Inq; ſinus matris violento depluit imbre.
Nec genitrix nati nunc aſpernatur amorem
Sed patitur nexus flammata cupidine tellus.
Hinc maria, hinc montes, hinc totus deniq; mundus
Ver agit, hinc hominum, pecudũ, volucrumq; cupido,
Atq; amor igneſcit menti, ſæuitq; medullis,
Dum ſatiata Venus fœcundos complcat artus,
Et generet varias ſoboles, ſemperq; frequentet
Prole noua mundum, vacuo ne torpeat æuo,
Sed quid ego infreno volitare per æthera curſu
Paſſus equos audax ſublimi tramite raptos?
Iſta canat maiore deo, quem delphica laurus
Impulit, & rerum cauſas. & ſacra mouentem
Orgia naturæ, ſecretaq; fœdera cœli.
Extimulet vatem per dindyma caſtra Cybelles,
Perq; Citheronem, nyſeaq; per iuga Bacchi,
Per ſua Pernaſſi, per omiſſa ſilentia muſis
Pierij nemoris, bacchea voce frementem
Delie te Pæan, & te euie euie Pæan,
Me mea Calliope cura leuiore vagantem
Iam reuocat, paruoq; iubet decurrere gyro,
Et ſecum gracili connectere carmina filo,
Quæ canat inter opus muſa modulante putator
Pendulus arbuſtis, olitor viridantibus hortis.
Quare age quod ſequitur, paruo diſcrimine ſulci
Spargantur cæcis naſturcia dira colubris,
Indomito male ſana cibo, quas educat aluos,
Et ſatureia thymi referens, tymbræq; ſaporem,
Et tenero cucumis, fragiliq; cucurbita collo.
Hiſpida ponatur cinara, quæ Dulcis Iaccho
Potanti veniat, nec Phœbo grata canenti.
Hæc modo purpureo ſurgit glomerata corymbo,
Myrtiolo modo crine viret, deflexaq; collo
Nunc adoperta manet, nunc pinea vertice pungit,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Nunc similis calatho, spinisq; minantibus horret,
Pallida nonnunquam torros imitatur achantos.
Mox vbi sanguineis se floribus induit arbos
Punica, quæ rutilo mitescit tegmine grani,
Tempus haris satio, famosaq; tunc coriandra
Nascuntur, gracili Melantia grata cumino,
Et baca asparagi spinosa prosilit herba,
Et malache, prono sequitur quæ vertice solem,
Quæq; tuas audax imitatur Nysie viteis,
Nec metuit senteis, nam vepribus improba surgens
Achrados, indomitasq; bionias alligat alnos.
Nomine tum graio, ceu littera proxima primæ,
Pangitur in cera docti mucrone magistri,
Sic & humo pingui ferratæ cuspidis ictu
Deprimitur folio viridis, pede candida beta.
Quin & odoratis messis iam floribus instat,
Iam ver purpureum, iam versicoloribus anni
Fœtibus alma parens cingi sua tempora gaudet.
Iam Phrygiæ loti gemmantia limina promunt,
Et conuenienteis oculos violaria soluunt,
Oscitat & leo, & ingenuo confusa rubore
Virgineas adoperta genas rosa præbet honores
Cœlitibus, templisq; sabæum miscet odorem.
Nunc vos pegasidum comites acheloidas oro,
Mænaliumq; choros dryadum, nymphasq; napeas,
Acrisioneos amores) danaes acrisij filiæ. Sed quid ego) quid (inquit) moliar, canat ista cui maior ingenij vis, cui profundior rerũ cognitio. Cæcis nasturcia) nasturciũ serpentibus aduersatur atq; ijs præcipue qui humiditate ferè cæci erũpunt de terra. Hispida ponatur) hic legẽ dũ est cinare, vt penelope. & de carduo fit hic mẽtio, qđ cinare græca dictio carduũ significat gratissimũ in secũda mensa cibũ. Non enim sapit natura cardui syluestris sed inter illos principatu superbit. Dulcis iaccho) hoc est, Cui commessator ac nepos quisq; dulcem & non illiberalem saporem vino conciliare potest, est enim sub-



amariuscula vinum odore condiens.
Phebo nec gra.) homini cantum solito frequentare quia sua amaricie arterias offendit ac vocem strangulat.
Hæc modo purpu.) hoc est hæc cynare modo verticem sine flore leuat modo flore coronatur.
Myrtiola crine) à colore floris myrthi arbusculę.
Pinea vertice pungit) neutrum plurale hic in figurã pini, metam videlicet quam repræsentet pinus.
Nunc similis calatho) aliquando pineum illum verticẽ adeo spinis cingit vt calatho videatur includi & malache. μαλαχὴ grece malua dicitur, quoniã mollit et ego vsu deprehendi maluã ad solem verti & oculati fide vidi quod solem sequeretur sicut heliotropium quod reor has herbas facere quia frigidissimæ.
Quæ colitis nemus Amphrysi, quæ thessala tempe,
Quæ iuga Cyllenes, & opaci rura Lycæi,
Antraq; castalijs semper rorantia guttis,
Et quæ sicanij flores legistis halesi,
Cum Cereris proles vestris intenta choreis
Aequoris Aethenei vernantia lilia carpsit,
Raptaq; lithæi coniux mox facta tyranni
Syderibus tristes vmbras, & tartara cœlo
Præposuit, ditemq; Ioui, letumq; saluti,
Et nunc inferno potitur Proserpina regno,
Vos quoq; iam posito luctu, mœstoq; timore
Huc facili gressu teneras auertite plantas,
Tellurisq; comas sacris optate canistris.
Hinc nullæ insidiæ nymphis, nonnulla rapina,
Casta fides nobis colitur, sanctiq; penates,
Omnia plena iocis, securo plena cachinno,
Plena mero, lætiaq; virent conuiuia pratis.
Nunc ver egelidum, nunc est mollissimus annus,
Dum Phœbus tener, ac tenera decumbere in herba
Suadet, & arguto fugientes gramine fontes
Nec rigidos potare iuuat, nec sole tepenteis.
Iamq; dioneis redimitur floribus hortus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Iam rosa miteſcit, ſarrano clarior oſtro.
Nec tam nubifugo Borea latonia Phœbe
Purpureo radiat vultu, nec ſyrius ardor
Sic micat, aut rutilus pyrous aut ore coruſco
Heſperus, eoo remeat cum lucifer ortu,
Nec tam ſydereo fulget Thaumantias arcu,
Quàm nitidis hilares collucent fœtibus horti.
Quare age vel iubare exorto, iam nocte ſuprema,
Vel cum Phœbus equos in gurgite merſat hibero.
Sicubi odoratas prætexit amaracus vmbras,
Carpite, narciſſiq; comas, ſterilisq; balauſi.
Et tu, ne Corydonis opes deſpernat Alexis.
Formoſo Nays puero formoſior ipſa
Fer calathis violam. & nigro permiſta liguſtro
Balſama cum caſia nectens, croceosq; corymbos,
Sparge mero Bacchi, nam Bacchus condit odores.
Et vos agreſtes, duro qui pollice molles
Demetitis flores, cano iam vimine textum
Syrpiculum ferrugineis cumulatæ hyacinthis.
Iam roſa diſtendat contorti ſtamina iunci,
Preſſaq; flammeola rumpatur fiſcina calta,
Mercibus & vernis diues Portunnus abundet,
Et titubante gradu multo madefactus iaccho
Aere ſinus gerulus plenos grauis vrbe reportet.
Sed cum maturis flauebit meſſis ariſtis,
Atq; diem gemino titan extenderit aſtro,
Hauſerit & flammis lærnei brachia cancri,
Allia cum cepis, cereale papauer aneto
Iungite, dumq; virent nexos deferte maniplos,
Et celebres fortis fortunæ dicite laudes
Mercibus exactis, hilareisq; recurrite in hortos.
Tum quoq; proſciſſo, riguoq; inſperſa nouali
Ozima comprimite, & grauibus denſate cylindris,
Exurat ſata ne reſoluti pulueris æſtus,
Paruulus aut pulex irrepens dente laceſſat
Neu formica rapax populari ſemina poſſit.



Nec ſolum teneras audent erodere frondes
Implicitus conchæ limax, hirſutaq; campe,
Sed cum iam valido turgeſcit lurida caule
Braſſica, cumq; tument pallentia robora Betæ,
Mercibus atq; olitor gaudet ſecurus adultis,
Et iam maturis quærit ſupponere falcem,
Sæpe ferus duros iaculatur Iuppiter imbres
Grandine dilapidans, hominumq;, boumq; labores,
Sæpe etiam grauidis irrorat peſtifer vndis,
Ex quibus infeſtæ Baccho, glaucisq; ſalictis
Naſcuntur volucres, ſerpitq; eruca per hortos,
Quos ſuper ingredieris exurit ſemina morſu,
Quæ capitis viduata coma, ſpoliataq; nudo
Vertice, trunca iacent triſti conſumpta veneno.
Hæc ne ruricolæ paterentur monſtra, ſalutis
Ipſa nouas artes varia experientia rerum,
Et labor oſtendit miſeris, vſusq; magiſter
Tradidit agricolis, ventos ſedare furentes,
Et tempeſtatem Thuſcis auertere ſacris.
Hinc mala rubigo viridis ne torreat herbas,
Sanguine lactentis catuli placatur, & extis.
Hinc caput arcadici nudum cute fertur aſelli
Tyrrhenus fixiſſe tages in limite ruris.
Vtq; Iouis magni prohiberet fulmina Tarchon,
Sæpe ſuas ſedes percinxit vitibus albis.
Hinc amythaonius docuit quæ plurima Chiron,
Nocturnas cruribus volucres ſuſpendit, & altis
Culminibus vetuit feralia carmina flere.
Sed ne dira nouas ſegetes animalia carpant,
Profuit interdum medicantem ſemina pingui
Palladia ſine fruge ſalis conſpergere amurca,
Innatauè laris nigra ſatiare faulilla.
Profuit & plantis latices infundere amaros
Marrubij, multoq; ſedi contingere ſucco.
At ſi nulla valet medicina repellere peſtem,
Dardaniæ veniunt artes, nudataq; plantas

Universidad de Deusto
Biblioteca



Fœmina, quæ iustis tum demum operata iuuentæ
Legibus, obscœno manat pudibunda cruore,
Sed resoluta sinus, resoluto mœsta capillo,
Ter circum areolas, & sepem ducitur horti.
Quæ cum lustrauit gradiens (mirabile visu)
Non aliter quàm decussa pluit arbore nimbus,
Vel teretis mali, vel tectæ cortice glandis,
Voluitur ad terram distorto corpore campe.
Sic quondam magicis sopitum cantibus anguem
Vellere phryxeo delapsum vidit Iolchos.
Sed iam prototomos tempus decidere caules,
Et tarteſiacos, paphiosq; reuellere thirsos,
Atq; apio fasces, & secto cingere porro,
Iamq; eruca salax fœcundo prouenit horto.
Quæ colitis nemus) amphrisius fluinus thessaliæ ad quẽ Apollo (vt ostẽdit vale, Flaccus) pauit armenta regis admeti Tyllenæ mons in arcadia vbi enutritus Mercurius lyceus mons arcadiæ vbi Pan venerabatur.
Et quæ sicanij) Alesus mons & fluuius non procul ab Ethna vbi proserpina cum alijs virginibus flores legit.
Sarrano ostro) Sarra genus est conchę Pyrous lapis preciosus à colore sic dictus. Diues vertumnus) vt sit sensus hortulani accingant se ad calathos rosis & calthis implendos. Pomis onerandos & reliquis fructibus vt his vernis mercibus vertunnus deus, fori habitator abũ det quibus mercibus in foro diuẽditis grauis ære exvrbe roma redeat manus agricolarũ sic legit pius bononiẽsis.
Ozima) lege ozima non ocyma vt quidam indocti pro herba odorata condimentis idonea & ita lege in Persio ozima vernæ. Chilyndrus) instrumentum rusticanũ ad premendum solũ terræ. Volucres) possumus lege re volucres & volucræ pro vermiculo vagipenni sumẽdo, qui teneros prærodit pãpinos. Thuscis sacris) quia omnis vis aruspicinæ & carminum à thuscis defluxit.
Hinc mala ru) in rubigalibus mactabatur catulus tractus ab vberibus matris. Tirrhemos tages) aruspex.



Marrubij, multoq;) Columella libro. xij. his verbis fulcit, veteres quidam auctores vt Democritus præcipiũt semina omnia succo herbæ quæ sedum appellatur medicare eodemq; remedio aduersus bestiolas vti quod verum esse nos experientia docuit hæc pius bononiensis.
Dardaniæ ve.) phryges inuenerunt mulierem emittentes menstruali morbo sanguinem debere circũdare hortos Plinius sic ait negat apollo pestem posse crescere quã nuda virgo restringit.
Lubrica iam lapathos, iam thanni sponte virescunt,
Et scylla, hirsuta sepes nunc horrida rusco
Prodit. & asparagi corruda simillima filo,
Humidaq; andrachne sitientes protegit antes,
Et grauis atriplici consurgit longa faselus.
Tum modo dependens trichili, modo more chelidri
Sole sub æstiuo gelidas per graminis vmbras
Intortus cucumis, prægnansq; cucurbita serpit.
Vna neq; est illis facies, nam si tibi cordi
Longior est, gracili capitis quæ vertice pendet,
E tenui collo semen lege, siue globosi
Corporis, atq; vtero nimium quæ vasta tumescit,
Ventre leges medio, sobolem dabit illa capacem
Naryciæ picis, aut actæi mellis hymeti,
Aut habilem lymphis hamulam, Bacchoue lagænam,
Tum pueros eadem fluuijs innare docebit.
Liuidus at cucumis grauida qui nascitur aluo,
Hirtus & vt coluber nodoso gramine rectus
Ventre cubat flexo, semper collectus in orbem,
Noxius exacuit morbos ætatis iniquæ,
Fœtidus hic succo, pingui quoq; semine fartus.
Lubrica iã lapathos) quoniã inferius agit de oĩbus crescentibus in altitudinem virgultorũ tanq; significare vellet egimus de herbis paruis nunc agemus de altioribus.
Protegit antes) antes fulci sunt & in vineis & in agris & in hortis. Et grauis atriplici) atriplex genus est oleris quam rustici spinacium vocant. Naryciæ picis) pix

laudatissima in naratia insula maris ionij.
At qui sub trichila manantem repit ad vndam,
Labentemq; sequens nimio tenuatur amore
Candidus effœtæ tremebundior vbere porcæ.
Mollior infuso calathis modo lacte gelato,
Dulcis erit, riguoq; madescit luteus aruo,
Et feret auxiliũ quondam mortalibus ægris.
Cum canis Erigones flagrans hyperionis æstu
Arboreos aperit fœtus, cumulataq; moris
Candida sanguine ỏmanat fiscella cruore,
Tunc præcox bifera decendit ab arbore ficus.
Armenijsq; & cereolis, prunisq; damasci
Stipantur calathi, & pomis quæ barbara Persis
Miserat (vt fama est) patrijs armata venenis.
At nunc expositi paruo discrimine læti
Ambrosios præbent succos, oblita nocendi.
Quin etiam eiusdem gentis de nomine dicta
Exiguo properant mitescere persica malo.
Tempestiua manent, quæ maxima Gallia donat,
Frigoribus pigro veniunt asiatica fœtu.
At grauis arcturi subsydere parturit arbos
Liuia chalcidicis, & caunis æmula chijs,
Purpureæq; chelidoniæ, pinguesq; mariscæ,
Et challistrutis roseo quæ semine ridet,
Albaq;, quæ seruat flauæ cognomina ceræ,
Scissa libysca simul picto quoq; lydia tergo.
Quin & tardipedi sacris iam rite solutis
Nube noua seritur, cœli pendentibus vndis
Congilis illustri mittit quam Nursia campo,
Quæq; amiterninis defertur bunia saruis.
Sed iam maturis nos flagitat anxius vuis
Euchius, excultosq; iubet claudamus vt hortos.
Claudimus, imperioq; tuo paremus agrestes,
Ac metimus læti tua munera dulcis Iacche,
Inter lasciuos satyros, panasq; biformes.
Brachia iactantes vetulo marcentia vino.



Et te mænalium, te bacchum, teq; lyæum.
Lenæumq; patrem canimus sub tecta vocantes,
Ferueat vt lacus, & multo completa falerno
Exundent pingui spumantia dolia musto.
Hactenus aruorum cultu Siluine docebam
Syderei vatis referens præcepta Maronis,
Qui primus veteres ausus recludere fontes
Ascreum cecinit romana per oppida carmen.
At qui sub trichila) trichilas interpretare vasa habentia tria labra monet enim Columella supponenda cucumeri lata vasa & capacia & expone ad vndam quæ manat sub trichila vase cucumeri supposito. Arcturi subsyde re) hoc est nonis Septembris. Quin & tardipedi sa.) innuit Vulcanum qui claudus fingitur. Congilis) per congilis rapam intelligit. Mursia) mirsinę rapę sum opere laudabantur. Bumas) non à bumo fonte vt ait Pomponius sed per hanc vocem significatur napus Plinius lib. 20. naporum differentias & in medicina græci seruant angulosis foliorum caulibus florentes quod bumon vocant Menalius à menalio monte archadię.
Ascreũ cecinit) ascra oppidũ & vicus in boętia patria hesiodi vergilius ascreũq; cauo romana per oppida carmẽ.

## LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER VNDECIMVS.

*Quæ intra uillam agi debeant ab homine officio uillicationis præposito.* Cap. I.

CLAVDIVS Augustalis tam ingenuæ naturæ, q̃ eruditionis adolescẽs cõpluriũ studiorũ, & præcipue agricolationũ sermonibus instigatus excudit mihi, cultus hortorũ prosa vt oratione cõponerẽ. Nec me tñ fallebat hic euẽtus rei, cũ prædictã materiã carminis legibus implicarẽ, sed tibi Publi Siluine perti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



naciter expetenti versificationis nostræ gustum negare nō sustinebā, facturus mox, si collibuisset, quod nunc aggredior, vt olitoris curam subtexerē villici officijs. qui quamuis primo rei rusticæ libro videbar aliquatenus excutus, quoniam tamen eam simili desyderio noster idē Augustalis sępius flagitabat, numerum, quem iam quasi consumaueram, voluminum excessi, & hoc vndecimū præceptum rusticationis memoriæ tradidi. Villicū fundo, familiæq; præponi conuenit ætatis nec primę, nec vltimæ, nam seruitia sic tirunculum contemnunt, vt senē, quoniam ille non dum nouit opera ruris, hic exequi ia non potest. Atq; hunc adolescentia negligentē, senectus illum facit pigrum. Media igitur ætas huic officio est aptissima, poteritq; ab anno trigesimo vsq; in sexagesimū si non interueniant fortuita corporis vitia, satis validi fungi muneribus agricolę. Quisquis autem destinabitur huic negotio, sit oportebit idem scientissimus, robustissimusq; vt edoceat subiectos, et ipse commode faciat, quę precipit. siquidem nihil recte sine exemplo doceatur, aut discitur. Præstatq; villicum magistrum esse operariorū non discipulum, cum etiam de patrefamilias prisci moris exemplum Cato dixerit, male agitur cum domino, quem villicus docet. Itaq; in œconomico Xenophontis, quem M. Cicero latino sermoni tradidit, vir egregius ille Ischomacus Athenienſis rogatus à Socrate vtrū ne, si res familiaris desyderasset, mercari villicum tanquam fabrum, an à se instituere consueuerit. Ego vero inquit ipse instituo. Etenim qui me absente in meum locum substituitur, & vicarius meæ diligentię succedit, is ea, quę ego, scire debet. Sed hæc nimium prisca, & eius quidem temporis fuit, quo idem Ischomacus negabat quenquam rusticari nescire. Nos autem memores ignorantiæ nostræ vigentis sensus adolescentulos, corporisq; robusti peritissimis agricolis commendemus, quorum monitionibus, vel vnus ex multis (nam est difficile erudire) non solum rusticationis, sed imperandi consequatur scientiā.

villicus.



Quidam enim, quamuis operum probatissimi artifices, imperitandi parum prudentes, aut fœuius, aut etiam lenius agendo rem dominorum corrumpunt. Quare, sicut dixi, docendus, et à pueritia rusticis operibus educandus, multisq; prius experimētis inspiciendus erit futurus villicus. Nec solum an perdidicerit disciplinam ruris, sed an etiam domino fidem, ac benevolentiam exhibeat, sine quibus nihil prodest villici summa scientia. Potissimum autem est in eo magisterio scire, & æstimare, quale officium, & quis labor sit, cuiq; iniungendus. nam nec valētissimus posset exequi, quod imperatur, si nesciat quid agat, nec peritissimus, si sit inualidus. Qualitas itaq; cuiusque rei consyderanda est. Quippe aliqua sunt opera tantummodo virium tanquam promouendi onera, portandiq;, aliqua sociata viribus, & arti, vt fodiendi, arandiq;, segetes, & prata desecandi. nonnullis minus virium plus artis adhibetur, sicut putationibus, insitionibusq; vineti. Plurimum etiam scientia pollet in aliquibus, vt in pastione pecoris, atq; eiusdem medicina. Quorum omnium officiorum villicus, quem iam prius dixi, æstimator bonus esse non potest, nisi fuerit etiam peritus, vt in vno quoque corrigere queat perperam factum. neque enim satis est reprehendisse peccantem, si non doceat recte viam. Libenter igitur eadem loquor, tam docendus est futurus villicus, quàm futurus figulus, aut faber. Et haud facile dixerim, num illa tanto expeditiora sint discentibus artificia, quanto minus ampla sunt. Rusticationis autem magna, & diffusa materia est, partésque si velimus eius percensere, vix numero comprehendamus. Quare satis admirari nequeo, quod primo scriptorum meorum exordio iure conquestus sum. Cæterarum artium minus vitæ necessariarū repertos antistites, agriculturæ neque discipulos, neq; præceptores inuentos, nisi magnitudo rei pepererit reuerentiam vel discēdi, vel profundi penè immensam scientiam, cum tamen nō ideo turpi desperatione oportuerit eā negligi. Nā nec oratoria disciplina

Universidad de Deusto
Biblioteca



deſcribitur, quia perfectus orator nuſquã repertus eſt, nec philoſophia, quia nullus conſumatæ ſapientiæ, ſed è contrario plurimi ſemetipſos exhortantur vel aliquas partes earũ addiſcere, quamuis vniuerſas percipere nõ poſſint. Etenim quę probabilis ratio eſt obmutescendi, quia nequeas orator eſſe perfectus, aut in ſocordiã compelli, quia deſponderis ſapientiã? Magnæ rei, quantulumcunq; poſſederis, fuiſſe participẽ non minima eſt gloria. Quis ergo inquis, docebit futurũ villicum, ſi nullus profeſſor eſt? & ego intelligo difficillimũ eſſe ab vno velut authore cuncta ruſticationis conſequi præcepta. Veruntamen vt vniuerſæ diſciplinæ vix aliquem conſultum, ſic plurimos partium eius inuenias magiſtros, per quos efficere queas perfectũ villicũ. nã & arator reperitur aliquis bonus, & optimus foſſor, aut fœni ſector, nec minus arborator, et vinitor, tum etiã veterinarius, et probus paſtor, qui ſinguli rationẽ ſcientiæ ſuæ deſyderanti non ſubtrahant. Igitur complurium agreſtium formatus artibus, qui ſuſceperit officium villicationis, in primis conuictũ domeſticum, multoq; etiã magis externum vitet. Somni, & vini ſit abſtinentiſſimus, quæ vtraq; ſunt inimiciſſima diligentiæ. Nam & ebrioſo cura officij pariter cum memoria ſubtrahitur, & ſomniculoſo plurima effugiunt. Quid enim poteſt aut ipſe agere, aut cuiquam dormiẽs imperare? Tum etiã ſit à venereis amoribꝰ auerſus, quibus ſi ſe dediderit, nõ aliud quicquã poſſit cogitare, q̃ illud, quod diligit. Nam vitijs eiuſmodi pellectus animus nec præmiũ iucundius, quàm fructum libidinis, nec ſupplicium grauius, quàm fruſtrationem cupiditatis exiſtimat. Igitur primus omnium vigilet, familiamq; ſemper ad opera cunctantem pro temporibus anni feſtinanter producat, & ſtrenue ipſe præcedat. Plurimum enim refert colonos à primo mane opus aggredi, nec lentos per otium pigre procedere. Siquidem Iſchomacus idem ille. Malo inquit vnius agilem, atq; induſtriam, quàm decem hominum negligentem, & tardã operam. Quippe plu-



rimũ affert mali, ſi operario meretricandi poteſtas fiat. nam vt in itinere conficiendo ſæpe dimidio maturius peruenit is, qui nauiter, & ſine vllis conceſſationibus permeabit, quàm is, qui cum ſit vnà profectus vmbras arborum, ſonticulorumq; amœnitatẽ, vel auræ refrigerationem captauit, ſic in agreſti negotio dici vix poteſt, quid nauus operarius ignauo, & ceſſatore præſtet. Hoc igitur cuſtodire oportet villicũ, ne ſtatim à prima luce familia cunctanter, & languide procedat, ſed velut in aliquod præliũ cũ vigore, & alacritate animi præcedentem eum tanquã ducẽ ſtrenue ſequatur, varijsq; exhortationibus in opere ipſo exhilaret laborantes. Et interdũ tanquã deficienti ſuccurſurus ferramentũ auferat parumper et ipſe fungatur eius officio, moneatq; ſic fieri debere, vt ab ipſo fortiter ſit effectũ. Atq; vbi crepuſculũ inceſſerit neminẽ poſt ſe relinquat, ſed oẽs ſubſequatur more optimi paſtoris, qui è grege nullã pecudẽ patitur in agro relinqui. Tum vero, cum tectũ ſubierit, idẽ faciat, quod ille diligens opilio. nec in domicilio ſuo ſtatim deliteſcat, ſed agat cuiuſq; maximã curã. Siue quis (quod accidit plerunq;) ſauciatus in opere noxã ceperit, adhibeat fomenta, ſiue alter languidior eſt, in valetudinarium confeſtim deducat, & conuenientẽ ei cæterã curationẽ adhiberi iubeat. Eorum vero, qui recte valebunt, nõ minor habenda erit ratio, vt cibus, & potio ſine fraude à cællarijs præbeatur. Conſueſcatq; ruſticos circa larẽ domini, focumq; familiarem ſemper epulari, atq; ipſe in conſpectu eorum ſimiliter epuletur. Sitq; frugalitatis exemplum, nec niſi ſacris diebus accubans cœnet, feſtosq; ſic agat, vt fortiſſimum quenq;, & frugaliſſimum largitionibus proſequatur, nonnunquã etiam ſuæ menſæ adhibeat, & velit alijs quoq; honoribus dignari. Tũ etiã per ferias inſtrumentũ ruſticũ, ſine quo nullum opus effici poteſt, recognoſcat, & ſæpius inſpiciat ferramenta, eaq; ſemper duplicia comparet, ac ſubinde refecta cuſtodiat, ne ſi quod in opere vitiatum fuerit, à vicino petendũ ſit, quia plus

Universidad de Deusto
Biblioteca



in operis seruorum auocandis, q̃ in pretio rerum eiusmodi dependitur. Cultam, vestitamq; familiam vtiliter magis habeat, quàm delicate, ideſt munitam diligenter à frigoribus, & imbribus, quæ vtraq; prohibentur optime pellibus manicatis, & sagatis cucullis. idq; si fiat, oīs penè hyemalis dies in opere tolerari possit. Quare tā vestē seruitiorum, quàm, vt dixi, ferramenta bis debebit singulis mensibus recensere. nam frequens recognitio nec impunitatis spē, nec peccandi locum præbet. Itaq; mancipia vincta, quę sunt ergastuli, per nomina quotidie citare debebit, atq; explorare, vt sint compedibus diligenter innexa. tum etiam custodiæ sedes an tuta, & recte munita sit, nec siquem dominus, aut ipse vinxerit, sine iussu patrisfamiliæ resoluat. Sacrificia nisi ex præcepto domini facere nesciat, aruspicem, sagamq; sua sponte non nouerit, quæ vtraq; genera vana superstitione rudes animos infestant. Non vrbem, non vllas nundinas nisi vendendæ, aut emendæ rei necessariæ causa frequentauerit. neq; enī coloniæ suæ terminos egredi debet, nec absentia sua familię cessandi, aut delinquendi spatium dare. Semitas, nouosq; limites in agro fieri prohibeat. Hospitem nisi ex amicitia domini quamrarissime recipiat. Ad ministeria sua conseruos non adhibeat. Nec vlli terminos egredi (nisi magna coegerit necessitas) permittat. Pecuniam domini neq; in pecore, nec in alijs rebus promercalibus occupet. hęc enim res auocat villici curam, & eum negotiatorem potius facit, quàm agricolam, nec vnquam sinit eum cū rationibus domini paria facere, sed vbi æris numeratio exigitur, res pro numis ostenditur. Itaq; tam istud vitare debebit, quàm hercule fugiendum venandi, aut aucupandi studiū, quibus rebus plurimæ operæ auocantur. Iam illa, quæ etiam in maioribus imperijs difficulter custodiuntur, cōsyderare debebit, ne aut crudelius, aut remissius agat cū subiectis. sempq; foueat bonos, & sedulos, parcat etiā minus probis, et ita tēperet, vt magis eius vereantur seueritatē, q̃ vt sæuitiā detestentur. Potestq; id custodire, si maluerit cauere ne peccet operarius, q̃, cū peccauerit, serò punire. Nulla est autē vel nequissimi hoīs amplior custodia, q̃ quotidiana operis exactio. Nā illud verū est M. Catonis oraculū, nihil agēdo hoīes male agere discunt. Itaq; curabit villicus, vt iusta reddantur. Istaq; non ægre consequetur, si semper se repræsentauerit. Sic enim & magistri singulorum officiorum diligenter exequētur sua munia, & familia post operis exercitationem fatigata cibo, quietiq; potius, ac somno, q̃ maleficijs operam dabit. In vniuersa porrò villicatione sicut in cætera vita, pretiosissimū est intelligere quenq; nescire se quod nesciat, semperq; cupere, qd ignoret addiscere. Nā & si multum prodest scientia, plus tamen obest imprudentia, vel negligētia maxime in rusticatione, cuius disciplinæ caput semel est fecisse quicquid exegerit ratio culturæ, nā quamuis interdum emendatum sit perperā factum vel imprudentia, vel negligentia, res tamen ipsa iam domino decoxit. Nec mox in tantū exuberat, vt & iacturam capitis amissi restituat, & quæstum resarciat. Prælabentis vero temporis fuga quàm sit inreparabilis, quis dubitet? Eius igitur memor præcipue semper caueat, ne improuidus ab opere vincatur. Res est agrestis insidiosissima cunctanti. quod ipsum expressius vetustissimus author Hesiodus hoc versu significauit.

εἰρὸν ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄτασιπαλαιῆ.

Quare vulgare illud de arborum positione rusticis vsurpatum, serere ne dubites. id villicus ad agri totum cultum referri iudicet. credatq; prętermissas non duodecim horas, sed annum perisse, nisi sua quaq; die quod instat effecerit. nam cum proprijs penè momentis fieri quicquam debeat, si vnum opus tardius quàm oporteat peractum sit, cæteræ quoq;, quæ sequuntur, culturæ, post iusta tempora serius adhibentur, omnisq; turbatus operis ordo spem totius anni frustratur, quare necessaria est menstrui cuiusq; officij monitio ea, quæ pendet ex ratione syderum cœli. nam, vt ait Vergilius,

Universidad de Deusto
Biblioteca



Tam sunt arcturi sydera nobis
Hœdorumq; dies seruandi, & lucidus anguis,
Quàm quibus in patriam ventosa per æquora vectis
Pontus, & ostriferi fauces tentantur Abidi.

Columellæ liber aduersus astrologos.

Cõtra quã obseruationẽ multis argumentationibus dissẽ seruisse me non inficior in ijs libris, quos aduersus astrologos composueram. sed illis disputationibus exigebatur id, quod improbissime Chaldæi pollicentur, vt certis quasi terminis, ita diebus statis aeris mutationes respondeãt. In hac aũt ruris disciplina nõ desyderatur eiusmodi scrupulositas, sed (qđ dicitur pingui Minerua) quantũuis vtile cõtinget villico tẽpestatis futuræ prẽsagiũ, si psuasum habuerit, mõ ante, mõ post, interdum etiã stato die orientis, vel occidẽtis cõpetere vim syderis. nã satis prouidus erit, cui licebit, antemultos dies cauere suspecta tpa,

## *Quid quoq; mense faciendum sit, temporibus accommodando opera.* Cap. II.

ITAQVE præcipiemus quid quoq; mense faciendũ sit, sic temporibus accommodantes opera ruris, vt permiserit status cœli. Cuius varietatem, mutationemq;, si ex hoc cõmentario fuerit prämonitus villicus, aut nunquam decipietur, aut certe non frequenter. & ne discedamus ab optimo vate, qui ait, ille vere nouo terram proscindere incipiat. Noui autem veris principium non sic obseruare rusticus debet, quemadmodum astrologus, vt expectet certum diem illum, qui veris initium facere dicitur. sed aliquid etiam sumat de parte hyemis, quoniam consumpta bruma, iã intepescit annus, permittitq; clemẽtior dies opera moliri. possunt igitur ab idibus Ianuarijs (vt principem mensem romani anni obseruet) auspicari culturarũ officia, quorum alia ex pristinis residua consumabit, atq; alia futuri temporis inchoabit. Satis autem erit per dimidios Menses exequi quodq; negotium, quia neq; præfestinatum opus nimium immature videri possit ante quindecim dies factum, nec rursus post totidem



nimium tarde. Idibus Ianuarijs ventosa tempestas, & incertus status. XVIII. Calen. Feb. tempestas incerta. XVII. Calen. Feb. Sol in Aquarium transit, Leo mane incipit occidere, africus, interdũ auster cum pluuia. XVI Calen. Febr. Cancer definit occidere, hyemat. XV. Cal. Febr. Aquarius incipit oriri. ventus africus tempestatẽ significat. XI. Calen. Febr. fidicula vespere occidit, dies pluuius. IX. Calen. Febr. ex occasu pristini syderis significat tempestatem, interdum etiã tempestas. VI. Cal. Febr. Leonis quæ est in pectore clara stella occidit, non nunquam significatur hyems bipartita. V. Cal. Feb. auster, aut africus, hyemat, pluuius dies. III. Cal. Feb. delphinus incipit occidere. Itẽ fidicula occidit. Pridie Cal. Febr. eorum, quæ supra sunt, syderum occasus, tempestatẽ facit, interdum tantummodo significat. Hoc igitur semestrium, & deinceps sequentia tempestatibus annotatis percensuimus, quo cautior villicus, vt iam dixi, vel abstinere possit operibus, vel festinationem adhibere. itaque ab idibus Ianuarijs, quod habetur tempus inter brumã, & aduentum fauonij, si maior est vineæ, vel arbusti modus, quicquid ex autumno putationis superfuit, repetendum est, sed ita ne matutinis temporibus vitis saucietur, quoniam pruinis, & gelicidijs nocturnis adhuc rigentes materiæ, ferrum reformidant. itaq; dum hæ regelare sinuntur, vsq; in horam secundam, vel tertiam poterũt vepres attenuari, ne incremento suo agrum occupent, sepes emundari, acerui virgarum fieri, ligna denicq; conficiantur, vt tum demum tepenti iam die putatio administretur. apricis etiam, & macris, aut aridis locis prata iã purganda, & à pecore sunt defendẽda, aut fœni sit copia. Sicos quoq;, & pingues agros tempestiuum est proscindere. nam & vliginosi, & mediocris habitus sub æstate, veréue agendi sunt. macerrimi vero, & aridi post æstatem, primo autumno arandi, & subinde conserendi. sed iugerum agri pinguis hoc tempore anni commode duabus operis proscinditur, quia hybernis pluuijs adhuc madẽs

Universidad de Deusto
Biblioteca



terra facilem cultū sui præbet. Eodemq; mense ante Calen. Feb. sarriendæ segetes autumnales, siue ille seminis adorei sunt, quod quidam far vernaculum vocant, seu tritici. Eorumq; tempestiua sarritio est, cum enata frumenta quatuor fibrarum esse cœperunt. ordeum quoq; maturum, quibus supereſt opera, nunc demū sarrire debebūt. sed & faba eandem culturam exigit. si iam coliculus eius in quatuor digitos altitudinis creuerit, nam prius sarriuisse nimium teneram non expedit, eruum quidem melius priore mense, nec tamen improbe hoc ipso vel proximo serenius. nam Martio nullo modo terræ committendum esse rustici præcipiunt. vineæ, quæ sunt palatæ, & ligatæ recte iam fodiuntur. surculi, qui primi florē afferunt, statim circa idus inserendi sunt, vt cerasorū tuberum, amygdalarum, persicorumq; ridicis, vel etiam palis conficiendis, idoneum tempus est, nec minus in ædificia succidere arborem conuenit, sed vtraq; melius fiunt Luna decrescente ab vigesima vsq; in trigesimam, quoniam oīs materia sic cæsa iudicatur carie non infestari. Palos vna opera cędere, & exputatos acuere centum numero potest. Ridicas autem querneas, siue oleagineas findere, & dedolatas vtraq; parte exacuere numero sexaginta. Item ad lucubrationem vespertinam palos decē, vel ridicas quinq; conficere, totidemq; per antelucanam lucubrationem. Materies si roborea est, ab vno fabro dolari ad vnguem per quadrata debet pedū. XX. hæc erit vehis vna. Pinus autem. V. & XX. pedum eque ab vno expeditur, quæ & ipsa vehis dicitur. nec minus vlmus, & fraxinus pedū. XXX. cupressus autem pedum. XL. tum etiam sexagenum pedum abies, atq; populus, singulis operis ad vnguem quadrantur, atq; omnes hę mensuræ similiter vehes appellantur. His etiam diebus maturi agni, & reliqui fœtus pecudum, nec minus maiora quadrupedia charactere signari debent. Calen. Febr. fidis incipit occidere, ventus eurinus, & interdū auster cū grandine est. III. nonas. Feb. fidis tota, et leo medius occidit.



corus, aut septentrio. nonnunquā fauonius. Nonis Feb. mediæ partes Aquarij oriuntur, ventosa tempestas. VII. Idus Feb. Calisto sydus occidit, fauonij spirare incipiūt. VI. Idus Feb. ventosa tempestas. III. Idus Feb. eurus. per hosce dies locis maritimis, & calidis, & siccis prata, vel arua purgantur, & in fœnum submittuntur. Reliquę partes vinearum propter brumam, vel frigora omissę, nūc palandæ, & alligandæ sunt, ne postea tumentes gemmæ lędantur, & oculi atterantur. Item vinearum fossio hisdē locis peragenda, arbustorumq; siue putatio, siue alligatio finienda est. quorum iusta certa esse non possunt. Intern onas deinde, & idus, pomorum seminaria facienda sunt, & maturæ plantæ de seminarijs in scrobes transferendę. Pastinatio quoq;, quę mense Decembri, vel Ianuario cœpta est, iam nunc includenda, & vitibus conferenda est. Pastinatur aūt terreni iugerū ita, vt solum in altitudinem trium pedum defodiatur operis. LXXX. vel in altitudinem dipondij semissis, operis. L. vel ad bipaliū, cui est altitudo duorum pedum operis. XL. Hæc tamen in agro sicco surculis conserendis minima pastinationis mensura est. Nam oleribus deponēdis possit, vel sexquipedalis altitudo satisfacere, quę plerunq; in singula iugera triginta operis conficitur. hoc eodem tempore stercoris pars in prata digerenda. pars oleis, & cæteris arboribus inspargenda. quin etiam vitiaria diligenter facienda, malleolisq; quam recentissimis curiosissime pangenda. Populos, & salices, et fraxinos, prius quàm frondeāt, plantasq; vlmorum nunc ponere vtile est, aut ante satas nunc exputare, & circumfodere, ac summas earum æstiuas radiculas amputare. Sarmenta quoque / vineis nondum fossis, atque arbustorum ramos è segetibus, aut rubos, & quicquid deniq; iacens, fodientem, vel alio genere terram molientem potest impedire, nunc egerere, & ad sepem applicare oportet. Rosaria noua conserere, vel antiqua curare. Arūdineta nūc ponere, vel etiā pristina colere. Salicta facere, vel deputare, rūcare, ac fodere Geni-

ftam semine, vel plantis in pastinato, vel etiam sulco deponere. Trimestriũ quoq; satio non est aliena huic tempori, quamuis tepidis regionibus melius administretur per mensem Ianuariũ. Idibus Februarijs Sagittarius vespere occidit, vehemẽter hyemat. XVI. Cal. Martij vespere crater oritur, venti mutatio. quintodecimo Calen. Martij sol in pisces transitum facit, nonnunquam ventosa tempestas. tertiodecimo, & duodecimo Cal. Martij fauonius, vel auster cũ grandine, & nimbis. decimo Cal. Martij Leo desinit occidere, vẽti septentrionales, qui vocantur ornithiæ, per dies triginta esse solent, tũ & hirundo aduenit. IX. Cal. Martij arcturus prima nocte oritur frigidus dies aquilone, vel coro interdum pluuia. VIII. Calen. Martij sagitta crepusculo incipit oriri, varię tempestates. halcyoneidies vocantur, in atlantico quidẽ mari summa tranquillitas notata est. VII. Calen. Martij vẽtosa tempestas, hirundo conspicitur. per hos dies frigidis locis earum rerum, quas supra scripsimus, tempestiua est administratio. Locis autem calidioribus, quamuis sera, tamen necessaria, cæterũ malleoli, & viuiradicis positio huius temporis esse videtur optima. nec tamen deterior etiam inter Cal. & idus sequentis mensis, vtiq; si non sit feruentissima regio. si vero etiam magis frigida, vel meliot est. Insitio quoq; arborum, atq; vitium tepidis locis hoc tempore commode administrabitur. Cal. Martij africus, interdum auster cũ grandine. VI. nonas. Martij vindemiator apparet, quem græci τρυγητὴρα dicunt, septentrionales venti. IIII. nõ. Martij fauonius, interdum auster hyemat. nonis Martij equus mane oritur, flatus aquilonis. III. Idus Martij pisces aquilonius desinit oriri, septentrionales venti. Pride Idus Martij argonauis exoritur, fauonius, aut auster, interdum aquilo. His diebus cõmode instruuntur horti, de quib⁹ suo loco dicã secretius, ne inter hanc quasi turbam operum negligentius olitoris officia descripsisse videar, aut nunc ordinẽ reliquarum culturarum cœptũ interrupisse. Igitur à Cal.



Martij eximia est vitium putatio vsq; in decimum Calendarum Aprilium. si tamen se gemmæ non dum moueant. surculi quoq; silentes ad insitionem nunc præcipue, vtiliterq; leguntur, & ipsa insitio vitium, atq; arborum longe nunc est optima. Frigidis quoq; locis, & humidis vitium satio nunc præcipua est, sed & ficulnea cacumina iam tumentia vtilissime ponũtur. Sarritura quoq; frumentorum iteratur egregie. modios tres vna opera recte sarrit. prata purgare, & à pecore defendere iam tempestiuum est. locis quidem calidis, & siccis etiam à mense Ianuario, vt supra diximus, id fieri debet, nã frigidis vel à quinquatribus prata recte submittuntur. Scrobes omnis generis. quos eris autumno consiturus, hoc tẽpore præparare oportebit. eorum quaternarij, hoc est quoquouersus pedum. iiij. si est commodum terrenum. xiiij. ab vno fiunt. Ternarij autem. xviij. Cæterum ad deponendas vites, vel non magni incrementi arbores. sulcus qui sit pedum centum & viginti, latitudine bipedanea, in altitudinem deprimi debet dipondio semisse, eũq; similiter vna opera efficit. Rosarium serotinum perfossum, & cultum habere iam tempus est. Oleis laborantibus circum radices amurcam, quæ salem non habeat, nunc conueniet infundere, maximis sex congij, mediocribus arboribus vrnæ satisfaciunt, cæteris æstimanda erit portio. sed tamen quæ nihil vitij habuerint, aliquanto lætiores fient, si amurca rigenturinsulsa. nonnulli hoc optimum tempus esse seminarijs instituendis dixerunt. Tum etiam bacas lauri, & myrti, cæterorumq; viridium semina in areolas disserere præceperunt. orthocissos, & ederas ab idibus Februarij, vel etiam Calen. Martijs poni oportere ijdem censuerunt. Idibus Martij nepa incipit occidere, significat tempestatem. xvij. Calen. April. nepa occidit, hyemat. xvi. Calen. April. Sol in Arietẽ transitũ facit, fauonius, vel corus. xij. Cal. April. equus occidit mane, septentrionales venti. x. Cal. April. Aries incipit exoriri, pluuius dies, interdũ iungit. ix. &. viij. Calen. April.

Universidad de Deusto
Biblioteca



æquinoctium vernum tempestatem significat. Ab idib⁹ eadem, quæ supra, vtiq; peragenda sunt. optime autem vliginosa, & pinguia loca nunc demum proscinduntur, & quæ mense Ianuario veruacta fecimus, nunc vltima parte Martij sunt iteranda, & siquæ pergulæ vitium generosarum, vel siquæ in agris, aut vepribus singulares arbores maritæ à putatoribus relictæ sunt, ante Calend. April. vtiq; deputari debent, post quem diem sera, & infructuosa fit huiusmodi rerum cultura. Milij quoq;, & panici, hæc prima satio est, quæ peragi debet circa id. April. vtriusq; seminis sextarij quini singula iugera occupant. quinetiam pecus lanatum, cæteraq; quadrupedia tempus idoneum est castrādi. Locis autem tepidis ab idibus Feb. vsq; in idus April. In locis frigidis ab idib⁹ Martij vsq; in idus Maias oīa recte pecora castrantur. Calen. April. nepa occidit mane, tempestatem significat. non. April. fauonius, aut auster cum grandine, nonnunquam hoc idem pridie. viij. idus April. Vergiliæ vespere cælantur, interdum hyemat. vij. id. April. &. vj. &. v. austri, & africi, tempestatem significat. iiij. idus April. Sole oriente, Libra occidere incipit, interdum tempestatem significat. Pridie id. April. suculæ cælantur, hyemat. His diebus locis frigidis prima vinearum fossio vtiq; ante idus peragenda est. quæq; mense Martio post confectū æquinoctium fieri debuerunt, nunc denicq; quamprimū exequenda sunt. Fici, vitesq; adhuc recte inseruntur. seminaria, quæ sunt ante facta, runcari, & adhuc commode fodiri possunt. Oues tarentinæ radice lanaria lauari debent, vt tonsuræ præparentur. Idib. Aprilis, vt supra, Libra occidit, hyemat. xviij. Calē. Maias ventosa tempestas, & imbres. nec hoc constanter. xv. Cal. Maias Sol in Taurum transitum facit, pluuiam significat. xiiij. Calen. Maias suculæ se vesperi cælant, pluuiā significat. xj. Cal. Maias ver bipartitur, pluuia, & nonnunquam grando. x. Cal. Maias Vergiliæ cum Sole oriuntur, africus, vel auster, dies humidus. ix. Calendas Maias prima nocte fidicula apparet, tempestatem significat. iiij. Calend. Maias auster ferè cum pluuia. iij. Calend. Maias mane Capra exoritur, austrinus dies, interdum pluuiæ. Pridie Cal. Maias canis se vespere cælat, tempestatem significat. Per hos dies eadem, quę supra, persequemur. Possuntq; si iam librū remittunt inseri oleæ, vel emplastrari, cæterecq; pomiferæ arbores eodem emplastrationis genere inseri. sed & prima pampinatio recte inchoatur, dum prorepentes oculi digito decuti possint. siqua præterea in vineis aut fossor disturbauit, aut negligentia omisit, diligens vinitor restituere debet, & fracta iuga conſyderare, & resarcire, aut disiectos palos reponere, ita ne teneros pampinos exemplantet. eodem tempore secundi fœtus, pecudes signari oportet. Calendas Maias hoc biduo sol vnam dicitur tenere particulam. vj. non. Maias. sucula cum sole exoritur septentrionales venti. v. non. Maias centaurus totus apparet, tempestatem significat. iij. nonas Maias idem sydus, pluuiam significat. Pridie nonas Maias nepa medio occidit, tempestatem significat. nonis Maijs Vergiliæ exoriuntur mane, fauonius. vij. idus Maias ætatis initium fauonius, aut corus, interdum etiam pluuia. vj. idus Vergiliæ totę apparent, fauonius, aut corus, interdum et pluuiæ. Tertio idus Maias fidis mane oritur significat tempestatem. Per hos dies runcandæ segetes sunt, fœnisiciæ instituendæ. Bonus operarius prati iugerum desecat, nec minus milleducentos manipulos vnus obligat, qui sint singuli quaternarum librarum. Arbores quoq; tempus est ablaqueatas circumfodere & operire. vna opera nouellas circūfodiet arbores octuagīta mediocres, lxv. magnas quinquaginta. hoc mēse seminaria oīa crebro fodere oportebit, sed à Cal. Martijs vsq; in idus Septembres, oībus mensibus non solum seminarijs, sed etiam nouellis vineis danda fossio est. Ijsdem diebus, vbi prægelidū, & pluuiū cœlū est, oleæ putantur, & emuscantur. Cæterum tepidis regionibus duobus temporibus anni facere istud oportebit. Primo ab idibus Octob. vsq; in id⁹ De-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cembres, iterum ab idibus Febru. vsq; in idus Martias. si tamen arbor librũ nõ remittit, hoc eodem mense in pastinato seminario nouissima positio est olearis taleæ, eã q; oportet, cum panxeris, fimo, & cinere mistis oblinire & superponere muscum, ne sole findatur. sed hoc idem opus melius fiet vltima parte mensis Martij, vel prima mensis Aprilis, & cæteris temporibus, quibus præcepimus seminaria plantis, vel ramis conserere. Idibus maijs fidis mane exoritur, auster, aut euronotus, interdum dies humidus. xvij. Cal. Iunias idẽ, quod supra. xvj. &. xv. Cal. Iunias euronotus, vel auster cũ pluuia. xiiij. Cal. Iun. Sol in geminos introitum facit. xij. Cal. Iun. suculæ exoriuntur, septentrionales venti, nonnunquam auster cum pluuia. xj. &. x. Cal. Iun. arcturus mane occidit, tempestatem significat. viij. &. vij. &. vj. Cal. Iun. capra mane exoritur, septentrionales venti. Ab idibus vsq; in Cal. Iun. vetera, nam vineam prius quàm florere incipiat, iterum fodere oportet, eandemq;, & cæteras omnes vineas itidem pampinare. Quod si sæpius feceris, puerilis vna opera iugerum vinetipampinabit, quibusdam regionibus oues nunc tondentur, & pecoris nati, aut amissi ratio accipitur. item qui lupinum stercorandi agri causa serit, nũc demum aratro subuertit. Calen. Iun. &. iiij. non. aquila exoritur, tempestas ventosa, & interdum pluuia. vij. idus Iun. arcturus occidit, fauonius, aut corus. iiij. id. Iuni. delphinus vespere exoritur, fauonius, interdum rorat. His diebus si non opere victi sumus, eadẽ, quæ extremo mense Maio, facienda sunt. item omnes arbores fructiferæ circumfossæ aggerari debent, vt ante solstitium id opus peractum sit quinetiam pro conditione regionis, & cœli terra vel proscinditur, vel iteratur. eaq;, si est difficilis, proscinditur operis tribus, iteratur duabus, tertiatur vna. Lirantur autem iugera duo opera vna, at si facilis est terra, proscinditur iugerum duabus operis, iteratur vna. lirã tur vna, iugera quatuor, cum in subacta iam terra latiores porcæ sulcantur. quæ ratio colligit, vt per autumnũ



facile possint vno iugo, tritici obseri modij centumquinquaginta, cæterorumq; leguminum modij centũ. Isdem diebus area trituræ præparanda est, vt quæq; res desecta erit, in eam conferatur. Vinearum quoq; cultus, quibus maior est modus, iteratus esse debet. Ante solstitiũ pabulũ (si facultas est) vel nunc, vel etiã superioribus. xv. diebus, qui fuerint ante Cal. Iunij, pecori præberi oportet. A Cal. autem Iunijs, si iam deficit viridis herba, vsq; in vltimum autumnum frondem cæsam præbebimus. Idibus Iunijs calor incipit. xiij. Cale. Iul. sol introitum in cancro facit, tempestatem significat. xj. Cal. Iulij, anguifer, qui à græcis dicitur ὀφιοῦχος mane occidit, tempestatem significat. viij. &. vij. &. vj. Cal. Iulij solstitium, fauonius, & calor. iij. Cal. Iul. ventosa tempestas. His diebus eadẽ, quæ supra. Sed & viciam in pabulum secare oportet, priusquàm siliquæ eius durentur, ordeum metere, fabam serotinam ducere, fabam maturam conterere, & paleã eius diligenter recondere, ordeum terere, palease; omneis recondere, aluos castrare, quas subinde nono quoq; aut. x. die ad Cal. Maias consyderare, & curare oportet. Nuncautem si sunt pleni, atq; operculati faui demetendi sunt. Sin autem maiore parte vacant, aut sine operculis adaperti sint, non dum esse maturos significatur, itaq; mellatio est differenda. Quidam in prouincijs transmarinis vel hoc, vel sequente mense sesania serunt. Cal. Iulijs fauonius, vel auster, & calor. Quarto Non. Iul. corona occidit mane. Pridie Non. Iul. cancer medius occidit, calor octauo Idus Iul. capricornus medius occidit. septimo Idus Iul. Cepheus vespere exoritur, tempestatẽ significat. Sexto Idus Iul. prodromi flare incipiũt. His diebus eadem, quæ supra. Sed & proscissum veruactum optime nunciteratur, & syluestris ager decrescente luna vtilissime extirpatur. Idibus Iulijs Procyon exoritur mane tempestatẽ significat tertiodecimo Cal. Augustas sol in Leonem transitum facit, fauonius. nono Calendas Augustas Leonis in pectore clara stella exoritur interdũ tẽ

xiij calen. Iulij.

iiij non. Iul.

xiij calen. august.

Universidad de Deusto
Biblioteca



pestatē significat. octauo Calend. Augustas Aquarius incipit occidere clare, fauonius, vel auster Septimo Cal. Augustas canicula apparet, caligo æstuosa. Sexto Calē. Augustas aquila exoritur, iiij. Cal. Augustas leonis in pectore claræ stellæ exoriuntur, interdum tempestatē significat. iij. Cal. Augustas aquila occidit, significat tempestatē. His diebus locis temperatis, & maritimis messis conficitur, & intra dies triginta qua desecta est, stramenta præcisa in aceruum congeruntur. Iugerum stramētorum opera vna desecat, quibus remotis prius quàm sol acrior exurat terram, omnes arbores, quæ fuerant in segete, circunfodere, & adobruere oportet. Itē quibus magna sementis præparatur, nunc debent iterare. Nam de fodiendis, colēdisue nouellis vineis, sæpius iam dixi nullum esse mensem omittendum, donec autumnale æquinoctium conficiatur. Meminisse autē oportebit, vt per hos, & Augusti mensis dies antelucanis, & vespertinis temporibus frondē pecudibus cædamus. Item quascunq; vineas culturi sumus, ne p æstum, sed mane vsq; in tertiam, & à decima vsq; in crepusculum fodiamus. Quibusdam regionibus sicut in Cilicia, & Pāphilia hoc mense sesama seruntur. Italiæ autē regionibus humidis possunt vltimo mense Iunio seri. Quinetiam tēpus est ficulneis arboribus caprificum suspendere. Quod quidam existimant iccirco fieri debere, ne fructus decidat, & vt celerius ad maturitatē perueniat. Cal. Augusti Ethesiæ. Pridie Nonas Augusti leo medius exoritur, tempestatē significat. vij. Idus Augu. Aquarius occidit medius, nebulosus æstus. Pridie Idus Augusti fidis occidit mane, & autumnus incipit. His diebus cadē, quæ supra. Nonnullis tamē locis faui demetuntur. qui si non sunt melle repleti, nec operculati, differenda est in mensem Octobrē mellatio. Idibus Augusti delphini occasus tempestatē significat. xix. Cal. Septembris eiusdē syderis maturinus occasus tēpestatē significat. xiij. Calē. Septembris sol in virginem transitum facit. Hoc & sequenti die tempestatē significat, interdum & tonat. Hoc eodē die fidis occidit. decimo Cal. Septembris ex eodē sydere tempestas plerunq; oritur, & pluuia. vij. Cal. Septembris vindemiator exoritur mane, & arcturus incipit occidere, interdum pluuia iij. Cal. Septembris humeri virginis exoriuntur, Ethesiæ desinunt flare, & interdum hyemat. Pridie. Cal. Septembris andromeda vesperi exoritur, interdū hyemat. His quidē diebus arbores ficorum inoculantur, quod genus insitionis emplastratio vocatur. Idq; licet vel commodius facere superiore mense post Idus Iulias, quo tpe etiā aliarum arborum nonnulli emplastrationē faciunt. Quibusdam locis, vt in Bætica maritimis regionibus, & in Africa vindemia conficitur. Sed frigidioribus regionibus puluerationē faciunt, quam vocant rustici occationē, cum omnis gleba in vineis refringitur, & resoluitur in puluerē. Hoc eodē tempore, prius quàm vineæ puluerentur, si perexilis est, vel rara ipsa vitis, lupini modij tres, vel quatuor in singula iugera sparguntur, & inoccantur, qui, cum fruticauerint, prima tum fossione conuersi satis bonum stercus vineis præbent. Multi etiam, si pluuius est status cœli, sicut suburbana regione Italiæ pāpinis vitē spoliant, vt percoqui fructus possint, nec putrescere imbribus. At è cōtrario locis calidioribus, vt modo nominatis prouincijs, circa vindemiā adumbrantur, vel stramentis, vel alijs tegumētis vuæ, ne ventis, aut caloribus exarescant. Hoc idē tempus est aridis vuis, ficisq; conficiendis de quibus quemadmodum passæ fiant, suo loco dicemus, cū villicæ persequemur officia. Filix quoque, aut carex vbicunq; nascitur, Augusto mense recte extirpatur, melius tamen circa Idus Iulias ante caniculæ exortum. Cal. Septembris calor. quarto Non. Septēbris piscis austrinus desinit occidere, calor. Non. Septembris arcturus exoritur, fauonius, vel corus. vij. Idus Septembris piscis aquilonius desinit occidere, & capra exoritur, tēpestatē significat. iij. Idus Septēbris fauonius, aut africus, virgo media exoritur. His diebus, locis maritimis, et ca

Universidad de Deusto
Biblioteca



lidis vindemia, & cætera, quæ supra scripta sunt, commode administratur. Iteratio quoq; arationis peracta esse debet, si serius terra proscissa est. Sin aũt celerius, etiã tertia tũ solũ esse conuenit. Hoc etiã tempore qui consueuerũt vina condire, aquã marinã præparãt, & aduectam decoquunt. de qua conficienda, cum villicæ officia exequar, præcipiã. Idibus Septembris ex pristino sydere nonnunquã tempestatẽ significat. xv. Calen. Octobris arcturus exoritur, fauonius, aut africus, interdũ eurus. quem quidã vulturnũ appellãt. xiiij. Calend. Octobris spica virginis exoritur, fauonius, aut corus. xiij. Calen. Octobris sol in Librã transitũ facit, crater matutino tempore apparet. xj. Calen. Octobris pisces occidũt mane, item aries occidere incipit. fauonius, aut corus, interdũ auster cũ imbribus. x. Calen. Octobris argo nauis occidit. tempestatem significat, interdũ etiã pluuiã. ix. Calen. Octobris centaurus incipit mane oriri, tempestatẽ significat, interdũ & pluuiã. viij. Calen. Octobris. &. vij. &. vj. æquinoctiũ autumnale pluuiã significat. v. Calen. Octobris hœdi exoriuntur. fauonius, nonnunquã auster cum pluuia. iiij. Calen. Octobris virgo definit oriri, tempestatẽ significat. His diebus vindemiæ pluribus regionibus fiunt, quarũ maturitatẽ alij aliter interpretati sunt. Quidã cum vidissent partẽ aliquã vuarũ virescere, crediderũt tempestiuã esse vindemiã. Quidã cum coloratas, & perlucidas vuas animaduertissent, nonnulli etiã cũ pampinos, ac folia decidere consyderassent. quæ omnia fallacia sunt, quoniam immaturis vuis omnia eadẽ possunt accidere, propter intemperiẽ solis, aut anni. Itaq; nonnulli gustu explorare maturitatẽ tentauerũt, vt siue dulcis esset sapor vuæ, siue acidus, proinde æstimarent. Sed & hæc ipsa res habet aliquã fallaciã. Nam quædã genera vuarum nunquã dulcedinẽ capiunt propter austeritatẽ nimiã. Itaq; opportunũ est (quod nos facimus) ipsam naturalẽ contemplari maturitatẽ. naturalis aũt maturitas est, si cũ expresseris vinacea, quæ acinis cælantur, iam infuscata, & nonnulla pro-



pemodũ nigra fuerint. nã colorẽ nulla res vinaceis potest afferre. nisi naturæ maturitas, præsertim cum ita in media parte acinorũ sint. vt & à sole æstuante, & à ventis protegantur. humorq; ipse non patitur ea percoqui, aut infuscari. nisi suapte natura. Hoc igitur cũ exploratũ habuerit villicus, sciat vindemiã sibi esse faciendam. Sed anteq; fructũ cogere incipiat, cuncta præparanda erũt superiore (si fieri posset) mense. Si minus, certe vt añ quindecim dies dolia partim picata, partim defricata, & diligenter lota marina, vel aqua salsa, & recte siccata. Tũ & opercula, colaq;, & cætera, sine quibus probe confici mustũ nõ potest. Torcularia vero, & fora diligenter emundata, lotaq;. Et, si res ita exegerit, picata, præparataq; habeat ligna, quibus defrutũ, & sapã decoquat. Tũ etiã salẽ, atq; odoramenta, qbus condire vina consueuerint, multo ante reposita esse oportet. Nec tñ hæc cura totũ auoceat eũ à cętera ruris cultura. nã et napinę, itęq; rapinę fiunt aneis locis per hos dies fiũt. Farraginaria quoq; pecori futura per hyemẽ præsidio. Itemq; siliquã, quod rustici fœnũ græcũ vocãt. nec minus in pabulũ vicia nunc demũ conseruntur. Tũ etiã lupini hæc erit præcipua satio, quẽ quidã vel ab area protinus in agrum dẽferri putant oportere. Miliũ, & panicũ hoc tempore demetitur, quo faseolus ad escam seritur. nã ad præcipiendũ semen vltima parte Octobris circa Calendas Nouembris melius obruitur. Quare cum hæc cuncta in agris exequi debeãt, possit eorum curam, quæ intra villam facienda sunt, villicæ delegare. Ita tamen, vt ipse consyderet an recte facta sint. Calendis Octobribus, &. vj. Non. interdum tempestatem significat. quarto Non. Octobris auriga occidit mane, virgo desinit occidere, significat nonnunq; tempestatem. iij. Non. Octobris corona incipit exoriri, significat tempestatem. Pridie Non. Octobris hœdi oriuntur vespere, aries medius occidit. aquilo. viij. Idus Octobris coronæ clara stella exoritur. vj. Idus Octobris vergiliæ exoriuntut vespere, fauonius, & interdum africus cum

Universidad de Deusto
Biblioteca



pluuia. Tertio, & pridie Idus Octobris corona tota mane exoritur, auster hybernus, & nõnunq; pluuia. Per hos dies frigidis regionibus vindemia, & cætera, quæ supra scripta sunt, fieri solent. Isdemq; regionibus frumenta matura seruntur, & præcipue far adoreũ. Locis etiã opacis triticum nunc recte seritur. Et quoniã sementis mentionẽ fecimus, non intempestiue quantum cuiusq; seminis iugerum agri recipiat referemus. Iugerum agri recipit tritici modios quatuor, vel quinq; farris adorei modios nouẽ, vel decẽ, ordei modios quinq;, vel sex, milij, vel panici sextarios quatuor, vel quinq;, lupini modios octo, vel decẽ, faseoli modios quatuor, pisi modios tres, vel quatuor, fabæ modios sex, lentis modiũ vnũ, vel paulo amplius, lini seminis modios nouẽ, vel decẽ, cicerculæ modios tres, vel quatuor, ciceris modios duos, vel tres, sesami sextarios quatuor, vel quinq;, viciæ pabularis modios septẽ, vel octo, viciæ seminibus modios quinq;, vel sex, erui modios quatuor, vel quinq;, ferraginis ordeaceq; modios septẽ, vel octo, siliquæ modios sex, medicæ singulos cyathos serere oportet, in areolis longis pedũ denum, latis pedum quinũ. Canabis grana sex in pede quadrato ponuntur. Idibus Octobris, & sequenti biduo interdum tempestas, nõnunquam rorat, xiiij. Cal. Nouembris sol in Scorpionẽ transitum facit. Tertiodecimo, & duodecimo Calendas Nouembris solis exortu vergiliæ incipiunt occidere, tempestatẽ significat. vndecimo Cal. Nouembris Tauri cauda occidit, auster, interdũ pluuia. Octauo Cal. Nouẽbris centaurus exoriri mane desinit, tempestatẽ significat. Septimo Cal. Nouẽbris nepæ frõs exoritur, tempestatẽ significat. Quinto Cal. Nouembris vergiliæ occidũt, hyemat cum frigore, et gelicidijs. quarto Calen. Nouembris arcturus vespere occidit, ventosus dies. Tertio Calendas, & pridie Nouẽbris Cassiope incipit occidere, tempestatẽ significat. Per hos dies quęcunq; semina differri debent, arbusculæq; omnis generis recte ponuntur. Vlmi quoq; vitibus recte maritantur, ipsæq;



vites in arbustis, & vineis commode propagantur. Seminaria runcare, & fodere tempus est. Tum etiam arbores ablaqueare, nec minus vineas, easdemq; putare. Itẽq; in arbustis vitem deputare. seminaria, quæ suo tempore pãpinata nõ sunt, arbusculæq; ficorum in seminarijs putari, & ad singulos stylos redigi debent, quæ tamen melius, dum tenera sunt, per germinationem pampinantur. Sed cum omnia in agricultura strenue facienda sint, tum maxime sementis. Vetus est agricolarum prouerbium. Maturam sationem sæpe decipere solere, seram nullam, quin mala sit. Itaq; in totũ præcipimus, vt quisq; natura locus frigidus erit, is primus conseratur, vt quisque calidus, nouissimus. Vicia, & faba stercorare agrum dicuntur. Lupinum nisi in florem verteris, nihil agrum stercoraueris. Sed nec vlla res magis vacuis operarijs aut seritur, aut conditur. Nam & primis temporibus ante aliam sementim potest id obrui, & nouissimis post coactos fructus tolli. Sementi facta inoccare oportet, quod sparseris. Duo iugera tres operæ commode occabunt, arboresq;, quæ intereunt, ablaqueabunt, quamuis antiqui singulis operis singula iugera sarriri, & occari velint. quod an recte fieri possit, affirmare non ausim. Eodem tempore fossas, riuosque purgare, & elices, sulcosque aquarios conuenit facere. Isdem temporibus si sit, fraxineam, si minus, orneam, si nec hæc sit, ilignea frondẽ bubus recte præbebimus. Glandis quoq; nõ inutile est singulis iugis modios singulos dare, nec tamen amplius, ne laborẽt, nec minus diebus, xxx. præbueris. Nã si paucioribus diebus detur (vt ait Higinius) per ver scabiosi boues fiunt. Glans autem paleis immiscẽda est, atq; ita bubus apponenda. Tum etiam syluam siquis barbaricam, idest consemineam velit facere, recte conseret glandibus, & cæteris seminibus. Tum & olea distringenda est, ex qua velis viride oleum efficere, quod fit optimum ex variaoliua, cum incipit nigrescere. Nã acerbum nisi ex alba olea fieri non debet. Cal. Nouembribus, &

Universidad de Deusto
Biblioteca



postridie caput tauri occidit, pluuiam significat. iiij. Non Nouẽbris fidicula mane exoritur, hyemat, & pluit. viij. Idus Nouembris idem sydus totum exoritur, auster, vel fauonius, hyemat. vij. Nouembris stella clara Scorpionis exoritur, significat tempestatem, hyemat, vel vulturnus, interdum rorat. Sexto Idus Nouẽbris Vergiliæ mane occidunt, significat tempestatẽ, hyemat. Quinto Idus Nouembris hyemis initium, auster, aut eurus, interdum rorat. His diebus vsq; in idus, quæ superiore mense facere non potueris, adhuc tolerabiliter efficies. Sed & proprie hoc obseruabis, vt pridie, quàm plenilunium sit, si minus certe ipso plenilunio omnem quam saturus es, fabam vno die spargas, sed postea licebit ab auibus, & pecore defensam obruas. Eamq; si ita cõpetierit lunæ cursus, ante idus Nouembris occatã habeas quampinguissimo, & nouo loco, si minus quamstercoratissimo. Satis erit in singula iugera vehes stercoris comportare numero decem & octo. Vehes autem stercoris habet modios octoginta. Ex quo colligitur oportere ĩ denos quoquouersus pedes, modios quinos stercoris spargere. Quæ ratio docet vniuerso iugero fatisfacere modios. M. cccc. xl. Tum etiam conuenit oleas ablaqueare. Et si sunt parum fructuosæ, vel cacuminib⁹ retorridæ frondis, magnis arboribꝰ quaterno modios stercoris caprini circũspergere in cæteris aũt pro magnitudine portionẽ seruare. Eodẽ tẽpore vineis ablaqueatis columbinum stercus ad singulas vites, quod sit ĩstar vnius sextarij, vel vrinç hominis congios, vel alterius generis quaternos sextarios stercoris infundere. Iugerum vinearum in senos pedes positarum duæ operæ ablaqueant. Idibus Nouembris dies incertus, sæpius tamẽ placidus. Sextodecimo Calendas Decembris fidis exoritur mane, auster, interdum aquilo magnus. Quintodecimo Calendas Decembris aquilo, interdum auster cum pluuia. Quartodecimo Calendas Decẽbris sol in Sagittarium transitum facit, suculæ mane oriuntur, tempestatẽ significat. Duodecimo Calendas De-



cembris tauri cornua vesperi occidunt, aquilo frigidus, & pluuia. Vndecimo Calendas Decembris sucula mane occidit, hyemat. Decimo Calendas Decembris lepus occidit mane, tempestatem significat. Septimo Calendas Decembris canicula occidit solis ortu, hyemat. Pridie Calendas Decembris totæ suculæ occidunt, fauonius, aut auster, interdum pluuia. His diebus, quæ præterita erunt superioribus opera consequi oportet. Et si non plurimum serimus, optimum est intra Calendas Decembris sementem confecisse. Sed etiam longis noctibus ad diuturnum tempus aliquid adijciendum est. Nam multa sunt, quę in lucubratione recte aguntur. Siue enim vineas possidemus, pali, & ridicæ possunt dolari, exacuiq;, siue regio ferulæ, vel corticis ferax est, apibus alucaria fieri debent, siue palmæ spartiuæ fœcunda est, fiscinæ, sportæq;, seu vir gultorum corbes ex vimine. Ac ne cætera nunc persequar, nulla regio non aliquid affert, quod ad lucubrationem confici possit. Nam inertis est agricolæ expectare diei breuitatem, præcipue in ijs regionib⁹, in quibus brumales dies horarum nouem sunt, noctesq; horarũ quin decim. Possit etiam salix decisa pridie ad lucubrationem expurgari, & ad vitium ligamina præparari. Quæ si natura minus lenta est, ante dies quindecim præcidenda, & purgata in stercore obruenda est, vt lentescat. Sin autem iampridem cæsa exaruit, in piscina maceranda est. Tum etiam per lucubrationem ferramenta acuere, & ad ea facere, vel facta manubria aptare, quorum optima sunt ilignea, deinde carpinea, post hæc fraxinea. Calendis Decẽbris dies incertus, sæpius tamen placidus. Octauo Idus Decembris Sagittarius medius occidit, tempestatẽ significat. Septimo Idus Decembris aquila mane oritur, africus, interdum auster, irrorat. Tertio Idus Decembris corus, vel septentrio, interdum auster cum pluuia. His diebus quę prę terita erunt superiore mense opera peragi debebunt, vtiq; in locis temperatis, aut calidis, nam frigidis recte fieri iam non possunt. Idibus Decembris Scor-

Universidad de Deusto
Biblioteca



xvj calend Ianuarij.

pio totus mane exoritur, hyemat. Sextodecimo Calẽdas Ianuarij sol in Capricornum transitũ facit, brumale solstitium, vt Hipparcho placet, itaq; tempestatẽ sępe significat. xv. Cal. Ianuarias, ventorum commutationẽ significat. x. Cal. Ianuarias capra occidit mane, tempestatem significat. nono Calen. Ianuarias brumale solstitium (sicut Chaldæi obseruant) significat. Sexto Calendas Ianuarias delphinus incipit oriri mane, tempestatem significat. Quarto Calendas Ianuarias aquila vespere occidit, hyemat. Tertio Calendas Ianuarias canicula occidit vespere, tempestatem significat. Pridie Calendas Ianuarias tempestas ventosa. His diebus qui religiosius rem rusticam colunt, nisi si vinearum causa pastines, negant debere terram ferro commoueri. Itaq; quicquid citra id genus effici potest, id ab his cõprehenditur, vt olea legatur, & oleum conficiatur, vt vitis paletur, et capite tenus alligetur, vt iuga vineis imponantur, & capistrentur. Cæterũ palmare, idest materias alligare hoc tẽpore nõ expedit, quia plurimę propter rigorẽ, q fit ex frigore, frãgũtur. Possũt etiã his diebꝰ cerasi, & tuberes, & armeniacæ, atq; amygdalę, cęteræq; arbores, q̃ primę florẽt, inseri cõmode. Nõ nulli etiã legumina serũt. Calẽdis Ianuarij dies incertus. iij. Nonas Ianuarij Cancer occidit, tẽpestas varia. Pridie Nonas Ianuarij media hyems, auster multus, interdũ pluuia. Nonis Ianuarijs fidis exoritur mane, tẽpestas varia. Sexto Idus Ianuarias auster, interdum fauonius. Quinto Idus Ianuarias auster, interdũ imber. Pridie Idus Ianuarias incertus status cœli. Per hos quoq; dies abstinẽt terrenis operibus religiosiores agricolæ, ita tamen vt ipsis Calendis Ianuarijs auspicandi causa oẽ genus operis instaurẽt. Cæterum differant terrenã molitionẽ vsq; in proximas Idus. Sed ne ignorare debebit villicꝰ, quid vni iugo boũ quoquo mense per singulos dies præstari satis sit. Quare huius quoq; curę rationem subijciemus. Mense Ianuario paleas cum erui macerati sextarijs sex, vel paleas cum cicerculæ fresæ semodio, vel frondis corbem pabulatori



mediorum viginti, vel paleas quantum velint, & fœni pondo viginti, vel affatim viridem frondem ex ilice, vel lauro, vel quod his omnibus præstat, ferraginem ordeaceam dabit siccam. Februario mense idem, Martio idẽ. Vel si opus facturi sunt, fœni pondo quinquaginta. Aprili frondẽ querneã, & populneã. Ex Cal. ad Idus, vel paleas, vel fœni põdo quadraginta. Maio pabulũ affati, Iunio ex Cal. frõdẽ affati Iulio idẽ, Augusto idẽ, vel paleas ex aruo pondo quinquaginta, Septembri frondem affatim, Octobri frondem, & ficulnea folia. Nouembri ad Idus frondem, vel folia ficulnea, quæ sint corbis vnius. Ex Idibus glandis modium vnum paleis immistum, & lupini macerati modium vnum paleis immistum, vel maturam farraginem. Decembri frondem aridam, vel paleas cum arui semodio macerato, vel lupini, quod ex semodio macerato exierit, vel glandis modium vnum, vt supra scriptum est, vel farraginem.

## Prosa de cultu hortórũ, et herbis hortensibus. Ca. III.

ET quoniam percensuimus opera, quæ suis quibusq; tẽporibus anni villicum exequi oporteret, memores polliciti nostri subiungemus cultus hortorum, quorum æque curam suscipere debebit, vt & quotidiani victus sui leuet sumptum, & aduenienti domino prębeat, quod ait poeta, inẽptas ruris dapes. Democritus in eo libro, quẽ georgicon appellauit, parũ prudenter censet eos facere, qui hortis extruant monimenta, quod neq; latere fabricata materies perennare possit pluuijs, ac tẽpestatibꝰ plerũq; infestata, neq; lapides supra rei dignitatẽ poscat impensa. si vero amplum modũ sepire quis velit, patrimonio esse opus. Ipse igitur ostendam rationẽ, qua non magna opera hortum ab incursu hoĩm, pecudumq; munimus. Vetustissimi authores viuam sepẽ structili prætulerunt, quia non solum minorẽ impensam desyderaret, verum etiam diuturnior immensis temporibus pmaneret.

hortus quo modo munien dus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



itaq; vepres efficiendi consitis spinis rationem talē reddiderunt. Locus, quem sepire destinaueris, ab æquinoctio autumnali simulatq; terra maduerit imbribus, circūualandus est duob⁹ sulcis tripedaneo spatio inter se distantibus. modum altitudinis, & latitudinis eorū abunde est esse bipedaneum, sed eos vacuos per hyemare patiemur præparatis seminibus, quibus obserantur. ea sint vastissīmarum spinarum, maximeq; rubi, et paliuri, & eius, quā græci vocant κυνόσβατον, nos sentem canis appellamus. Horum autem ruborum semina quāmaturissīma eligi oportet, & erui moliti farinæ immiscere. quæ cum est aqua consperſa, illinitur vel nauticis veteribus funib⁹, vel quibuslibet alijs restibus, siccati deinde funiculi reponuntur in tabulato. mox vbi bruma confecta est, intermissis quadraginta diebus circa hirundinis aduentū, cum iam fauonius exoritur, post idus Februarij, siqua in sulcis per hyemem constitit aqua exhauritur, resolutaq; humus, quæ erat autumno regesta, vsq; ad mediam sulcorum altitudinem reponitur. Prædicti deinde funes de tabulato prompti explicantur, & in lōgitudinē per vtrunque sulcum porrecti obruuntur, sed ita vt non nimium supergesta terra semina spinarum, quę inhærent toris funiculorum enasci possint. ea ferè circa trigesimum diem prorepunt. atq; vbi cœperunt aliquod incrementum habere, sic insuesci debēt, vt in id spatium, quod sulcis interiacet, inclinentur. Oportebit autē virgeam sepem interponere, quam superscendant sentes vtriusq; sulci, & sit, quo interdum quasi adminiculo prius, quàm corroborentur, acquiescant. Hunc veprem manifestum est interimi non posse, nisi radicitus effodere velis. Cæterum etiam post ignis iniuriam melius renasci nulli dubium est. & hæc quidē claudēdi horti ratio maxime est antiquis probata. Locum autem prius eligi conueniet, si permittit agri situs, iuxta villam præcipue pinguem, quicq; adueniente riuo, vel si non sit fluens aqua, fonte puteali possit irrigari. Sed vt certam perennitatis puteus habeat fi-



dem, tum demum effodiendus est, cum sol vltimas partes virginis obtinebit, idest mense Septembri ante æqui noctium autumnale. siquidem tunc maxime explorantur vires fontium, cum ex longa siccitate æstatis terra caret humore pluuiali. Prouidendum est autem, ne hortus areæ subiaceat, ne per trituram venti possint paleas, aut puluerem in eum perferre. nam vtraq; sunt oleribus inimica. Mox ordinandi, pastinandiq; soli duo sunt tempora, quoniam duæ quoq; olerum sationes. nam & autumno, & vere plurima seruntur, melius tamen vere riguis locis, quoniam & nascentis anni clementia excipit prodeuntia semina, & sitis æstatis restinguitur fontibus. At vbi loci natura neq; manu illatam, neq; suæ sponte aquam ministrari patitur, nullū quidē aliud auxiliū est, q̄ hyemales pluuiæ. Potest tñ etiā in siccissīmis locis opus custodiri. si depressius pastinetur solū, eiusq; abunde est gradū effodere tribus pedibus vt in quatuor consurgat regestū. At vbi copia est rigādi, satis erit nō alto bipalio, idest minus q̄ duos pedes ferramento nouale cōuerti. Sed curabimus, vt ager quem vere conseri oportet autumno circa Calendas Nouembris pastinetur. quē deinde velimus autumno instituere, mense Maio conuertemus, vt aut hyemis frigoribus, aut æstiuis solibus & gleba soluatur, & radices herbarū necentur. nec multo ante stercorare debebimus, & cū sationis appropinquabit tēpus. ante quintū diē exherbandus erit locus, stercorandusq;, & ita diligenter fossione iterandus, vt fimo terra commisceatur. Optimū vero stercus est ad hunc vsum asini, quia minimū herbarū creat, proximū vel armenti vel ouiū si sit anno maceratū. nā qđ hoīes faciunt, quāuis habeatur excellentissīmū, nō tñ necesse est adhibere nisi aut nudæ glareæ, aut sine vllo robore solutissīmæ arenæ, cū maior scilicet vis alimenti desyderatur. igitur solū, qđ conserere vere destinauerimus, post autumnū patiemur effossum iacere brumæ frigoribus, & pruinis inurendū, quippe è contrario sicut calor æstatis, ita vis

Seminādi duo tempora verū atq; autumni.

Universidad de Deusto
Biblioteca



frigoris excoquit terram, fermentatamq; soluit. quare peracta bruma tũ demũ sterçus injicitur, & circa Idus Ianuarias humus, refossa in areas diuiditur, quæ tñ sic informandæ sunt, vt facile runcantiũ manus ad dimidiam partem latitudinis earum perueniant, ne qui persequuntur herbas, semina proculcare cogantur, sed potius per semitas ingrediantur, & alterna vice dimidias areas erũcent. Hæc quæ ante sationem facienda sunt dixisse abũde est. Nunc quid quoq; tempore vel colendũ, vel serendũ sit, præcipiamus, & primũ de his generibus loquendũ est, quæ possunt duobus seri temporibus, idest autumno & vere. Sunt aũt semina brassicæ, & lactucæ, cinaræ, erucæ, nasturcij, coriandri, chærephyli, anethi, pastinacæ, si seris, papaueris. Hæc enim vel circa Calendas Septembres, vel melius ante Calendas Martias Februario seruntur. Locis vero siccis, aut tepidis qualia sunt Calabriæ, & Appuliæ maritima, possunt circa Idus Ianuarias terrę cõmitti. Rursus quæ tantum autumno conseri debent (si tñ vel maritimum, vel apricum agrum incolimus) hæc ferè sunt, allium, cepe capitula, vlpicum, sinapis. Sed etiã nunc quo quidq; tempore terræ mandari plerumq; conueniat, per menses digeramus. Ergo post Calendas Ianuarias confestim recte ponetur lepidium, Mense autem Februario vel planta, vel semine ruta, atq; asparagus, & iterum cepe semen, & porri. Nec minus si vernum, & æstiuum fructum voles habere, syriacę radicis, & rapę, napiq; semina obrues. Nam allij, & vlpici vltima est huius temporis positio. At circa Calendas Martij locis apricis licet porrum (si iam ingranduit) transferre. Item panacem vltima parte Martij mensis. Deinde circa Calendas Apriles eque porrum, atq; inulam, & serotinã plantam rutę. Item vt maturius nascatur cucumis, cucurbita, caparis serenda est. nam semen betę, cum punicum malum florebit, tum demum optime seritur. Porri autem caput circa Idus Maias tolerabiliter adhuc transfertur, Post hoc nihil ingruente æstate obrui debet, nisi se-



men apij, si tñ rigaturus es, sic enim optime per æstatem prouenit. Cęterum Augusto circa vulcanalia tertia satio est. eaq; optima radicis, & rapę, itemq; napi, et siseris, nec minus oleris atri. atq; hęc sunt sationum tempora. nunc de ijs, quę aliquam curam desyderant, singulis loquar, quęq; pręteriero intelligi oportebit nullam operam postulare nisi runcatoris. de qua semel hoc dicendum est oĩ tempore consulendum esse, vt herbę exterminentur. Vlpicum, quod quidam allium punicum vocant, græci aũt ἀφροσκόροδον appellant, lõge maioris est incremẽti, q̃ allium. Idq; circa Calendas Octobris, ante q̃ deponatur ex vno capite in plura diuidetur. Habet enim velut allium plures coherentes spicas, eęq; cum sint diuisę, liratim seri debent, vt in puluinis positę minus infestentur hyemis aquis. Est aũt lira similis ei porcę, quam in sationibus campestribus rustici faciunt, vt vliginem vitent. Sed hęc in hortis minor est facienda, & per summam partem eius. idest in dorso inter palmaria spatia spicę vlpici, vel allij (nam id quoq; similiter conseritur) disponẽ dę sunt. sulci lirarum inter se distent semipedali spatio. Deinde cum ternas fibras emiserunt spicę, sarriantur. nã quo sępius id factum est, maius semina capiunt incremẽtum. Deinde ante q̃ caulem faciant, oẽm viridem superficiem intorquere, & in terram prosternere conueniet, quo vastiora capita fiant. Regionibus autem pruinosis neutrum horũ per autumnũ seri debet, nam brumali tẽpore corrumpuntur. Quod ferè mense Ianuario mitescit & iccirco frigidis locis tempus optimum est allium, vel vlpicum ponendi circa idus prædicti mensis. sed quãdocũq; vel cõserem⁹, vel iã matura in tabularũ reponem⁹, seruabimus in ijs locis, q̃b⁹ aut obruẽtur, aut aruẽtur vt Luna infra terram sit. nam sic sata, & rursus sic recondita existimantur, neq; acerrimi saporis existere, neq; mãdentium halitus inodorare. Multi tamen hæc ante Calẽdas Ianuarias medijs diebus serunt mense Decembri, si cœli tepor, & situs terræ permittit. Brassica, cum.

Vlpicum

Lyra.

Brassica.

vj. foliorũ erit, transferri debet, ita vt radix eius liquido fimo prius illita, & inuoluta tribus algæ tæniolis pangatur. hæc enī res efficit, vt in coctura celerius madescat, & viridem colorẽ sine nitro conseruet. Est aũt frigidis, & pluuijs regionibus positio eius optima post Idus April. cuius depressæ plantæ, cũ tenuerint quantũ olitoris ratio patitur, sæpius sarrita, & stercorata melius conualescit, pleniorisq; incrementi, & coliculũ facit, & cymam. Nonnulli hanc candẽ locis apricioribus à Calendis Martijs deponũt. sed maior pars eius in cymam prosilit, nec postea hybernum caulem amplum facit. cũ est semel desecta. Possis aũt vel maximos caules bis transferre, idq; si facias, plus seminis, & maioris incrementi præbere dicuntur. Lactuca totidem foliorum quot Brassica transferri debet. Locis quidẽ apricis, & maritimis optime autumno ponitur, mediterraneis, & frigidis contra hyeme non æque commode dispergitur. sed & huius quoq; radix fimo liniri debet, maioremq; copiam desyderat aquæ, sicq; fit tenerioris folij. Sunt aũt complura lactucæ genera, quæ suo quoq; tẽpore seri oportet. earum, quæ fusci, & veluti purpurei, aut etiam viridis coloris, & crispi folij vti Cæciliana mense Ianuario recte disseritur.

At Cappadocia, quæ pallido, & pexo, densoq; folio viret, mense Februario. quæ deinde candida est, & crispissimi folij, vt in prouincia Bætica est finibus gaditani municipij, mense Martio recte pangitur. Est & cyprij generis ex albo rubicũda, leui, & tenerrimo folio, quæ in Idibus April. commode disponitur. Ferè tñ aprico cœli statu, quibus locis aquarum copia est, penè toto anno lactuca seri potest. quæ quo tardius caulem faciat, cũ aliquod incrementum habuerit, exiguam testam media parte accipiat, eo quasi onere coercita in latitudinẽ se diffundit. eadem est ratio etiam intybi, nisi quod hyemem magis sustinet. ideoq; vel frigidis regionibus proximo autũno seri põt. Cinaræ sobolem melius per autũni æquinoctiũ disponemus, semen commodius circa Calen. Martij sere



mus, eiusq; plantam circa Cal. Nouemb. deprimemus, & multo cinere stercorabimus. Id enī genus stercoris huic oleri videtur aptissimũ. Sinape, atq; coriandrũ, nec minus erucam, & ozimum ita vti sata sunt, sua sede immota permanent, neq; est eorum cultus alius q̃ vt stercorata runcentur. Possunt aũt non solum autumno, sed & vere conseri. Plantæ quoq; sinapis prima hyeme translatæ plus cymæ vere afferunt. Panax vtroq; tempore leui & subacta terra rarissime disseritur, quo maius incremẽtũ capiat melius tñ eius verna satio est. Porrũ si sectiuũ facere velis, densius satũ præceperunt priores relinqui, & ita cum increuerit, secari. Sed nos docuit vsus longe melius fieri, si differas, & eodem more, quo capitatũ modicis spatijs, idest inter quaternos digitos depagas, & cũ conualuerit, defeces. In eo aũt, qđ magni capitis efficere voles, seruandũ sit, vt anteq̃ translatum deponas, oẽs radiculas amputes, & fibrarum summas partes intondeas. Tum testulæ, vel conchæ, quasi sedes in singulis subiectæ seminibus adobruuntur, vt fiant capita latioris incremẽti. Cultus aũt porri capitati assidua sarritio, & stercoratio est. nec alius tñ sectiui nisi quod toties rigari, & stercorari, sarririq; debet, quoties demetitur. semen eius locis calidis mense Ianuario, frigidis Februario seritur. cuius incrementum quo maius fiat, raris linteolis cõplura grana illigantur, atq; ita obruũtur. Enatũ aũt in ijs locis, quibus aqua subministrari non potest deferri debet circa æquinoctium autumni. at quibus possis humorẽ præbere, mense Maio recte transfertur. Apium quoque possis plantis serere, nec minus semine, Sed præcipue aqua lætatur, & ideo secundum fontem commodissime ponitur. quod siquis id velit lati folij facere, quantũ seminis possint tres digiti comprehendere, raro linteolo illiget. & ita in areolas dispositum releget. Vel si crispæ frondis id fieri maluerit, semen eius inditum pilæ, & saligneo palo pinsitum, expoliatumq;, similiter in linteolis ligatũ obruet. Põt etiã citra hanc operam fieri crispũ

qualitercunque satum, si cum est natum, incrementum eius superuoluto cylindro coerceat. Satio eius est optima post Idus Maias vsque in solstitium, nam teporem desyderat. Ferè etiam his diebus ozima seruntur, quorum cum semen obrutum est, diligenter inculcatur paui cula, vel cylindro. nam si terrā suspensam relinquas, plerunque corrumpitur, Pastinaca, & siser, atque inula conualescunt alte pastinato, & stercorato loco, sed quamrarissime ponenda sunt, vt maiora capiant incrementa.

Inulam vero interuallo trium pedum seri conuenit, quoniam vastos facit frutices, & radicibus, vt oculus harundinis sarpit. nec est alius cultus horum omnium, nisi vt sarritionibus herbæ tollantur. Commodissime autem deponentur prima parte Septembris, vel vltima Augusti parte. Atrum olus, quod græcorum quidam vocant ἱπποσέλινον nonnulli σμύρνιον pastinato loco semine debet conseri maxime iusta maceriam, quoniam & vmbra gaudet, & qualicunque conualescit loco. idq; cum semel seueris, si non totum radicitus tollas, sed alternos frutices in semen summittas, æuo manet, paruamq; sarritionis exigit culturam. seritur à vulcanalibus vsque in Calend. Septembris, sed etiam mense Ianuario mentam dulcem desyderat vliginem, quam ob causam iuxta fontem mense Martio recte ponitur. Cuius si forte semina defecerunt, licet de noualibus syluestre mentastrum colligere, atque ita inuersis cacuminibus disponere, quæ res feritatem detrahit, atq; edomitam reddit. Rutam autumno semine satam mense Martio differre oportet in apricum, & cinerem aggerare, runcariq;, donec conualescat, ne herbis enecetur. sed velata manu debebit runcari, quam nisi contexeris, pernicioſa nascuntur vlcera. Si tamen per ignorantiam nuda manu runcaueris, & prurigo, atque tumor incesserit, oleo subinde perunguito. eiusdem frutex pluribus annis permanet innoxius, nisi si mulier, quæ in menstruis est, contigerit eum, & ob hoc exaruerit. Thymum, & transmarina cunila, & serpyllū,

ozima.

pastinaca. siser. inula.

Atrum olus.

Mentha.

Ruta.

thymus, transmarina cunila. serpillum.



sicut priore libro iam retuli, magis aluearia curantibus, quàm olitoribus studioſe conseruntur. Sed nos ea condimentorum causa (nam sunt quibusdam esculentis aptissima) non alienum putamus etiam in hortis habere locum neq; pinguem, neq; stercoratum, sed apricum desyderant, vt quæ macerrima solo per se maritimis plerūq; regionibus nascuntur. hæ res & semine, & plantis circa æquinoctium vernum seruntur, melius tamen est thymi nouellas plantas disponere, quæ cum subacto solo depressæ fuerint, ne tarde comprehendant, aridi thymi fruticem contundi oportet. atq; ita pinsito pridie quàm volueris vti, aqua medicare, quæ, cum succum eius percepe rit, depositis fruticibus infunditur, donec eos recte confirmet. Cæterum cunila viuacior est, quàm vt impensius curanda sit. Lepidium cum ante Cal. Martias habueris dispositum, velut porrum sectiuum demetere poteris rarius tamen. nam post Cal. Nouem. secandum nō erit, quoniam frigoribus violatū emoritur, biennio tamen sufficiet, si diligenter sarritum, & stercoratū fuerit. Multis etiam locis viuacitatem suam vsq; in annos decem prorogat. Bæta florēti punico malo semine obruitur, & simul atq; quinq; foliorum est, vt brassica differtur, ætate, si riguus est hortus, at si siccaneus autumno cum iā pluuiæ incesserint, disponi debebit. cherephylū, itemq; olus atriplicis, quod græci vocant ἀτράφαξιν circa Cal. Octo. obrui oportet non frigidissimo loco. nam si regio suas hyemes habet, post idus Febru. semine differenda sunt, suaq; de sede partienda. Papauer, & anethum eandem habent conditionem sationis, quam cherephylū & ἀτράφαξις. Satiui asparagi quam corudā rustici vocant, semina, ferè biennio præparantur. ea cum pingui, & stercoroso solo post idus Februarias sic obrueris, vt quantū tres digiti seminis cōprehendere queunt, singulis fossulis deponas. Ferè post quadragesimum diem inter se implicātur, et quasi vnitatē faciūt, quas radiculas sic illigatas, atq; connexas olitores spongias appellāt, easq; post quatuos

Lepidium.

Bæta

Cherephyl.

papauer anethum

Asparag. Corudæ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



& vinginti menses in locū apricū, & bene madidū, ſtercoratumq; transferri conuenit. Sulci aūt inter ſe pedali mensura distantes fiunt nō amplius dodrantalis altitudinis, in quā ita ſphongiolæ deprimuntur, vt facile ſuperpoſita terra germinent. ſed in locis ſiccis partibus ſulcorū imis diſponenda ſunt ſemina, vt tanquam in alueolis maneāt. at vliginoſis è contrario in ſummo porcę dorſo collocanda, ne humore nimio lædantur. Primo deinde anno, cū ita conſita ſunt, aſparagū, quē emiſerint, infringi oportet. nā ſi ab imo vellere volueris, adhuc teneris, inualidisq; radiculis tota ſphongiola ſequetur. Reliquis annis nō erit decerpendus, ſed radicitus vellendus. nā niſi ita fiat, ſtirpes præfractæ angunt oculos ſphongiarū, & quaſi excæcāt, nec patiuntur aſparagū emittere. Cæterū ſtylus, qui nouiſſime autumnali tempore naſcitur, non oīs eſt tollendus, ſed aliqua pars eius in ſemen ſummittenda eſt. Deinde cum ſpinā fecerit, collectis ſeminibus ipſis, Scorpiones ita vti ſunt, in ſuo loco perurendi ſunt, & deinde ſulci oēs conſarriendi, herbęq; eximendę, mox vel ſtercus, vel cinis iniiciendus, vt tota hyeme ſuccus eius pluuijs manās ad radicē perueniat. Vere deinde priusquam cœperit germinare, capreolis, quod genus bicornis ferramenti eſt, terra commoueatur, vt & facilius ſtylus emicet. & relaxa humo plenioris craſſitudinis fiat radix. Raphani radix bis anno recte ſeritur, Februario menſe, cum vernū fructū expectamus, & Auguſto menſe circa vulcanalia, cū maturius. ſed hæc ſatio ſine dubio melior habetur. cura eſt eius, vt terra ſtercorata, & ſubacta obruatur, poſt vbi ceperit aliquod incrementū, ſubinde aggeretur. Nam ſi ſuper terrā emerſerit, dura, & fungoſa fiet. Cucumis. & cucurbita, cum copia eſt aquæ, minorē curā deſyderant, nā plurimū iuuantur humore. Sin aūt ſicco loco ſeri debuerint, quo rigationē miniſtrari nō expediat menſe Febr. ſeſquipedali altitudine ſulci faciendi ſunt. Poſt Idus deinde Martias, quaſi tertia pars altitudinis ſulci ſtramentis inditis tegenda, mox ſtercorata terra vſq;

Cucumis. Cucurbita.





in dimidium ſulcum aggeranda, poſitiſq; ſeminibus tam diu eſt aqua præbenda, donec enaſcantur. atq; vbi conualeſcere cœperint, adiecta humo incrementa eorum proſequenda ſunt, donec ſulcus coæquetur. Sic exculta ſemina ſine rigatione tota æſtate ſatis valebunt, fructumq; iucundioris ſaporis, q̄ rigua præbebunt. Aquoſis autem locis primo quoq; tempore nō tamen ante Calen. Mar. ſemen ponendum eſt, vt deferri poſſit æquinoctio confecto. idq; de media parte cucurbitæ ſemen inuerſo cacumine ponito, vt fiat incrementi vaſtioris. nam ſunt ad vſum vaſorum ſatis idoneæ, ſicut alexandrinæ cucurbitæ, cum exaruerint. at ſi eſculentæ merci præparabis, recto cacumine de collo cucurbitæ ſumptum ſemen ſerendum erit, quod prolixior, & tenuior fructus eius enaſcatur, qui ſcilicet maius cæteris inuenit pretium. Sed cuſtodiendum eſt, vt quamminime ad eum locum, in quo vel cucumis, aut cucurbitę conſitę ſunt, mulier admittatur. nam ferè contactu eius langueſcunt incrementa virentium. ſi vero etiā in menſtruis fuerit, viſu quoq; ſuo nouellos fœtus necabit. Cucumis tener, et iucundiſſimus fit, ſi ante q̄ ſeras, ſemen eius lacte maceres. Nonnulli etiam quo dulcior exiſtat, aqua mulſa idem faciunt. ſed qui præmaturum fructum cucumeris habere volet, confecta bruma ſtercoratā terrā inditā cophynis obſerat, modicūq; præbeat humorem. Deinde cum enata ſemina fuerint, tepidis diebus, & inſolatis iuſta ędificiū ſub diuo ponat, ita vt ab omni afflatu protegantur. Cęterum frigoribus, ac tempeſtatibus ſub tectum referat. idq; tamdiu faciat, dum æquinoctium vernum conficiatur. poſtea totos cophynos demittat in terrā. Sic enim præcoquem fructū habebit. Poſſunt etiā, ſi ſit operæpretiū, vaſis maioribus rotulæ ſubijci, quo minore labore producantur, & rurſus intra tecta recipiantur. Sed nihiló minus ſpecularibus integi debebunt, vt etiam frigoribus ſerenis diebus tutò producantur ad ſolem. Hac ratione ferè toto anno Tiberio Cæſari cucumis præbebatur. nos aūt leuiore ope-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ra istud fieri apud ægyptiæ gentis Dolum Mendesium legimus, qui præcipit aprico, & stercoroso loco alternis ordinibus ferulas, alternis rubos in hortis consitas habere. deinde eas confecto æquinoctio paululum infra terram secare, & ligneo stylo laxatis vel rubi, vel ferulę medullis stercus immittere, atq; ita semina cucumeris inserere, quæ scilicet incremento suo cocant rubis, & ferulis. Nam ita non sua, sed quasi materna radice aluntur, sicq; insitam stirpẽ frigoribus quoq; cucumeris præbere fructum. Satio secunda eius seminis ferè quinquatribus obseruatur. Capparis plurimis prouincijs sua sponte noualibus nascitur. sed quibus locis eius inopia est, si serenda fuerit, siccum locum defyderabit. Isq; debebit ante circũdari fossula, quæ repleatur lapidibus, & calce, vel punico luto, vt sit quasi quædam lorica, ne possint eam perrumpere prædicti seminis frutices, qui ferè per totum agrũ vagantur, nisi munimento aliquo prohibiti sint. Quod tamen non tantum incommodũ est (subinde enim possunt extirpari) quantum quod noxium virus habent, succoq; suo sterile solum reddunt. Cultu aut nullo, aut leuissimo contenta est. Quippe res etiam in desertis agris citra rustici operam conualescit. Seritur vtroq; æquinoctio. Cepina magis frequenter subactam postulat terrã, quàm altius conuersam. Itaq; ex Calen. Nouembris proscindi solum debet, vt hyemis frigoribus, & gelicidijs putrescat, intermissisq; quadraginta diebus, tum demũ iterari, & interpositis vno, ac viginti diebus tertiari, ac protinus stercorari. mox bidentibus æqualiter perfossum in areas disponi deletis radicibus omnibus. Deinde ad Calendas Februarias sereno die conueniat semina spargi, quibus aliquod satureiæ semen intermiscendum erit, vt eam quoque habeamus. nam & viridis esui est iucunda, nec arida inutilis ad pulmentaria condienda. Sed cepina vel sæpius, certe non minus debet, quàm quater sarriri. Cuius si semen excipere voles, capita maxima generis ascalonij, quod est optimum, mense Februario



disponito quaternorum, vel etiam quinum digitorum spatijs distantia, & cum cœperint virere, ne minus ter consarrito, deinde cum fecerint caulem, humilioribus quasi canteriolis interpositis rigorem stylorum conseruato. nam nisi arundines transuersas in modum rugatæ vineæ crebras disposueris, thalli ceparum ventis prosternentur, totúmque semen excutietur, quod scilicet non ante legendum est, quàm cum matuescere cœperit, colorémque nigrum habere. Sed nec patiendum est, vt perarescat, aut totum decidat, verum integri thalli vellendi sunt, & sole siccandi. Napus, & rapa duas sationes habent, & eandem culturam, quam raphanus. Melior est tamen satio mensis Augusti. Iugerum agri quatuor sextarios seminis eorum poscit, sed ita vt radicis syriacæ super hanc mensuram paulo plus quàm heminam seminis recipiat. Qui æstate ista seret, caueat, ne propter siccitates culex adhuc tenera folia prorepentia consumat. Id quoq; vt vitetur, puluis etiam, qui supra cameram inuenirur, vel etiam fuligo, quæ supra focos tectis inhæret, colligi debet. deinde pridie quàm satio fiat, commisceri cum seminibus, & aqua conspergi, vt tota nocte succum trahant. nam sic macerata postero die recte seruntur. Veteres quidem authores, vt Democritus, præcipiunt semina omnia succo herbæ, quæ sedum appellatur, medicare, eodemq; remedio aduersus bestiolas vti, quod verum esse nos experientia docuit. Sed frequentius tamen, quoniam eius herbę minus larga est facultas, fuligine, & pręcocto puluere vtimur, satisq; commode tuemur his incolumitatem plantarum. Rapæ semina Higinius putat post trituram iacentibus adhuc in area paleis inspergi deberi, quoniam fiunt vastiora capita, cum subiacens soli duritia non patitur in altum descendere. Nos istud sæpe frustra tentauimus, itaque rapum, & raphanum, & napum melius existimamus subacta terra obrui. Seruántque adhuc antiquorum consuetudinem religiosiores agricolæ, qui cum ea serunt, precantur, vt & sibi, & vi-

cinis nascantur. Locis frigidis, vbi timor est, ne autumnalis satio hyemis gelicidijs peruratur, arundinibus humiles canterij fiunt, ijsq; virgæ transuersæ imponuntur, & virgis stramenta supra iaciuntur, & sic à pruinis semina defenduntur. Vbi vero apricis regionibus post pluuias noxia incesserunt animalia, quæ à nobis apellantur eruc æ, græce autem κάμπαι nominantur, vel manu colligi debent, vel matutinis temporibus frutices olerum concuti. Sic enim dum adhuc torpent nocturno frigore, si deciderint, non amplius in superiorem partem proreptunt. Id tamen superuacuum est facere, si ante sationem semina, vti iam prædixi, succo herbæ sedi macerata sunt. nihil enim sic medicatis nocent erucæ. Sed Democritus in eo libro, qui græce inscribitur περὶ ἀντιπαθῶν affirmat has ipsas bestiolas enecari, si mulier, quæ in menstruis est, solutis crinibus, & nudo pede vnanquaq; aream ter circumeat, post hoc enim decidere omnes vermiculos, & ita emori. Hactenus præcipiendum existimaui de cultu hortorum, & officijs villici, quem quamuis instructum, atq; eruditũ omni opere rustico esse oportere prima parte huius exordij censuerim, quoniam tamen plerunq; euenit, vt eorum, quæ didicerimꝰ, memoria nos deficiat, eaq; sæpius ex cõmentarijs renouanda sint, omnium librorum meorum argumenta sub ieci, vt, cum res exegisset, facile reperiri possit, quid in quoq; quærendũ, & qualiter quidq; faciendum sit.



# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE DE RE RVSTICA LIBER DVODECIMVS, ET VLTIMVS.

## Villica.

XENOPHON Athenienſis eo libro Publi Siluine, qui œconomicus inscribitur, prodidit, mari tale coniugium sic comparatum esse natura, vt non solum iucundissima, verumetiam vtilissima vitæ societas iniretur, quod iampridem etiam Cicero ait, & ne genus humanum temporis longinquitate occideret, propter hoc marem cum fœmina esse coniunctum. deinde vt ex hac eadem societate mortalibus adiutoria senectutis, nec minus propugnacula præpararentur, tum etiã cũ victus, & cultus humanus non vti feris in propatulo, ac syluestribus locis, sed domi sub tecto accurãdus erat, necessarium fuit alterutrum, foris & sub dio esse, qui labore, & industria compararet, intus qui tectis reconderet, atq; custodiret, siquidem vel rusticari, vel nauigare, vel etiam alio genere negotiari necesse erat, vt aliquas facultates acquireremus. Cum vero paratæ res sub tectum essent congestæ, alium esse oportuit, qui & illatas custodiret, & cætera conficeret opera, quæ domi deberent administrari. nam & fruges, & cætera alimenta terrestria indigebant tecto, & ouium, cæterarumq; pecudum fœtus, atq; fructus clauso custodienda erant, nec minus reliqua vtensilia, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Quare cum & operam, & diligentiam ea, quæ proposuimus, desyderarẽt, nec exigua cura foris acquirerentur, qui domi custodire oporteret iure, vt dixi, à natura comparata est opera mulieris ad domesticam diligentiam, viri autem ad exercitationem forensem, & extraneam. itaq; viro calores, & frigora perpetienda, tum etiam itinera, & labores pacis, ac belli, ideſt rusticationis,

Universidad de Deusto
Biblioteca



et militiarium stipendiorum distribuit. Mulieri deinceps, quod omnibus his rebus eam fecerat inhabilem, domestica negotia curanda tradidit. Et quoniam hunc sexum custodiæ, & diligentiæ assignauerat, iccirco timidiorem reddidit, quàm virilem. nam metus plurimum confert ad diligentiam custodiendi. Quod autem necesse erat foris, & in aperto victum quærentibus nonnunquam iniuriam propulsare, iccirco virum, quàm mulierem fecit audaciorem. Quia vero partis opibus æque fuit opus memoria, & diligentia, non minorem fœminę, quàm viro earum rerum tribuit possessionem. Tum etiam quod simplex natura nõ omneis res commodas amplecti volebat, iccirco alterum alterius indigere voluit, quoniam quod alteri deest, præstò plerunq; est alteri. Hęc in œconomico Xenophon, & deinde Cicero, qui eũ latinæ consuetudini tradidit, non inutiliter disseruerunt. nam & apud græcos, & mox apud Romanos vsq; in patrum nostrorum memoriam ferè domesticus labor matronalis fuit, tanquam ad requiem forensium exercitationum oĩ cura deposita patribus familias intra domesticos penates se recipientibus. Erat enim summa reuerentia cum concordia, & diligentia mista, flagrabatq; mulier pulcherrima diligentiæ ęmulatione, studens negotia viri cura sua maiora, atq; meliora reddere. Nihil conspiciebatur in domo diuiduum. Nihil, quod aut maritus, aut fœmina proprium esse iuris sui diceret, sed in commune cõspirabatur ab vtroq;, vt cum forensibus negotijs, matronalis sedulitas industriæ rationem parem faceret. Itaque nec villici quidem, aut villicæ magna erat opera, cũ ipsi domini quotidie negotia sua reuiserent, atq; administrarent. Nunc vero cum pleraq; sic luxu, & inertia defluãt, vt ne lanifici quidem curam suscipere dignentur, sed domi sedẽtes confectas vestes fastidio habeant, peruersaq; cupidine pretiosiores alias à viris pelliceant, quæ grandi pecunia, & totis penè censibus redimuntur, nihil mirũ est easdem ruris, & instrumentorum agrestium cura gra



uari, sordidissimumq; negotiũ ducere paucorum dierum tempus in villa morari. Quam ob causam cum in totum non solum exoleuerit, sed etiam occiderit vetus ille matrumfamiliarum mos Sabinarum, atque Romanarum, necessaria irrepsit villicæ cura, quæ tueretur officia matronæ, quoniam & villici quoque successerunt in locum dominorum, qui quondam prisca consuetudine non solum coluerant, sed habitauerant rura. Verum, ne videar intempestiue censorium opus obiurgandis moribus nostrorum temporum suscepisse, iam nunc officia villicæ prosequar.

*Cura rei domesticæ, & præcepta, quæ villica exequi debeat.* Cap. I.

EA porrò (vt institutum ordinẽ teneamus, quem priore volumine inchoauimus) iuuenis esse debet, idest nonnimium puella, propter easdem causas, quas de ætate villici retulimus, integræ quoq; valetudinis, nec fœdi habitus, nec rursus pulcherrimi. nam illibatum robur & vigilijs, & alijs sufficiet laboribus, fœditas fastidiosum, nimia species desidiosum faciet eius contubernalem. Itaq; curandum est, vt nec vagum villicum, nec auersum. contubernio suo habeamus, nec rursus intra tecta desidem, & complexibus adiacentem fœminam. Sed nec hæc tantum, quæ diximus, in villica custodienda sunt. Nã in primis consyderandum erit, an à vino, ab escis, à superstitionibus, à somno, à viris remotissima sit, & vt cura eã subeat, quid meminisse, quid in posterum prospicere debeat, vt ferè eum morem seruet, quem villico, præcepimus, quoniam pleraq; similia esse debent in viro, atq; fœmina, & tam etiã malum vitare, q̃ præmium recte factorum sperare. Tum elaborare, vt quamminimã operam villicus intra tectum impendat, cui & primo mane cũ familia prodeundum est, & crepusculo peractis operibus fatigato redeundum. Nec tamen instituendo villicam, domesticarum rerum villico remittimus curam, sed tan-

Villica. lib. 11. cap. 1.

Universidad de Deusto
Biblioteca



tummodo laborem eius, adiutrice data, leuamus. Cæterum munia, quæ domi capescenda, non in totum muliebri officio relinquenda sunt, sed ita deleganda ei, vt iidem oculis villici custodiantur. Sic enim erit diligentior villica, si meminerit ibi esse, cui ratio frequenter reddenda sit. ea porrò persuasissimum habere debebit, aut in totum, aut certe plurimũ domi se morari oportere. Tũc quibus aliquid in agro, faciendum erit seruis, eos foras emittere, quibus autẽ in villa quid agendum videbitur, eos intra parietes continere, atq; animaduertere, ne diuturna cessatione frustrentur opera. Quæ domum autem inferuntur diligenter inspicere, ne delibata sint, & ita explorata, atq; inuiolata recipere. tum separare, quæ consumenda sunt, & quæ superfieri possunt custodire, ne sumptus annuus menstruus fiat. tum siquis ex familia cœperit aduersa valetudine affici, videndum erit, vt is quamcommodissime ministretur. Nã ex huiusmodi cura nascitur beneuolentia, nec minus obsequium. Quinetiam fidelius, quàm prius seruire studebit, qui conualuerint, cũ est ægris adhibita diligentia.

*Quemadmodum tractare debeat penora, siue cellaria.* Cap. II.

POST hæc meminisse debebit, quæ inferantur, vt idoneis, & salubribus locis recondita sine noxa permaneant. Nihil enim magis curandũ est, quàm præparare, vbi quidq; reponatur, vt, cũ opus sit, promatur. ea loca qualia esse debeant, & in primo volumine, cum villam constitueremus, & in vndecimo, cum de officio villici disputaremus, iam dicta sunt. Sed ne nunc quidem demonstrare breuiter pigebit. nam quod excelsissimum est conclaue pretiosissima vasa, & vestem desyderat, quod deniq; horreum siccum, atq; aridũ, frumentis habetur idoneum, quod frigidum commodissime vinum custodit, quod bene illustre fragilem supellectilem, atq; ea postulat opera, quæ multi luminis indigent. Præparatis igitur



receptaculis, oportebit suo quidq; loco generatim, atq; etiam specialiter nonnulla disponere, quo facilius, cum quid expostulabit vsus recipere possit. Nã vetus est proc
uerbiũ, paupertatẽ certissimã esse, cũ alicuius indigeas, c
vti eo non posse, quia ignoretur, vbi proiectũ iaceat, qd c
desyderatur. Itaq; in re familiari laboriosior est negligen c
tia, q̃ diligentia. Quis enim dubitet nihil esse pulchrius c
in oi ratione vitæ dispositione, atq; ordine? quod etiam
ludicris spectaculis licet sæpe cognoscere. Nã vbi chorꝰ
canentiũ non ad certos modos, neq; numeris præeuntis
magistri consensit, dissonum quiddam, ac tumultuosum
audientibus canere videtur. at vbi certis numerjs, ac pedibus velut facta conspiratione consensit, atq; concinuit,
ex eiusmodi vocum concordia non solũ ipsis canentibꝰ
amicũ quiddã, et dulce resonat, verumetiã spectantes, audientesq; lætissima voluptate permulcentur. Iã vero in
exercitu neq; miles, neq; imperator sine ordine, ac dispositione quicquã valeat explicare, cũ armatus inermem,
eques peditẽ, plaustrũ equites, si sint permisti, cõfundãt.
Hæc eadẽ ratio præparationis, atq; ordinis etiã in nauigijs plurimũ valet. nã vbi tempestas incessit, & est rite
disposita nauis, suo quidq; ordine locatũ armamentũ sine trepidatione minister promit, cũ est à gubernatore
postulatũ. Quod si tantũ hæc possunt, vel in theatris, vel
in exercitibus, vel etiã in nauigijs, nihil dubiũ est, quin
cura villicæ ordinẽ, dispositionemq; rerũ, quas reponit
desyderet. Nã & vnumquodq; facilius consyderatur, cũ
est assignatũ suo loco, & siquid forte abest, ipse vacuus
locus admonet, vt quod deest, requiratur. Siquid vero curari, aut concinnari oportet, facilius intelligitur, cum ordine suo recẽsetur, de quibus omnibus M. Cicero authoritatem Xenophontis secutus in œconomico sic inducit
Ischomachum sciscitanti Socrati hæc narrantem.

*Distributio instrumenti, & supellectilis.* Cap. III.

PRAEPARATIS idoneis locis instrumẽtũ, & supelle

Universidad de Deusto
Biblioteca



ctilẽ distribuere cœpimus, ac primũ ea secreuimus, quib⁹ ad res diuinas vti solemus, postea mundum muliebrem qui ad dies festos comparatur, deinde ad virilem, itẽ diei rum solennium ornatum, nec minus calciamenta vtriq; sexui conuenientia, tum iam seorsum arma, ac tela sepo nebantur, & in altera parte instrumenta, quibus ad lani ficia vtuntur. Post quæ ad cibũ cõficiendũ vasa (vt asso lent) cõstituebantur, inde quæ ad lauationẽ, quæ ad exor nationẽ, quæ ad mẽsam quotidianã, atq; epulationẽ per tinerent, exponebantur. Postea ex ijs, quibus quotidie vtimur quod mẽstruũ esset sepositum, quodaĩm quoq; in duas partes diuisimus. Nam sic minus fallit, qui ex itus futurus sit. Hæc postquã oĩa secreuim⁹, tũ suo quoq; loco disposuimus. deinde qb⁹ quotidie seruuli vtuntur, quæ ad lanificia, quæ ad cibaria coquẽda, & conficienda pertinent, hæc ipsa ci, qui vti solet, tradidimus, & vbi ea ponerẽt, demonstrauimus, & vt salua essent, præcepim⁹. Quibus autẽ ad dies festos, & ad hospitum aduẽtum vti mur, & ad quædam rara negotia, hæc primo tradidim⁹, & loca singulis demonstrauimus, & cuiq; sua annume rauimus, atq; annumerata ipsi ex scripsimus, eumq; ad monuimus, vt quodcunq; opus esset, sciret vnde daret, & meminisset, atq; annotaret quid, & quando, & cui de disset, & cum recepisset, vt quidq; suo loco reponeret. Igitur hæc nobis ab antiquis per Iscomachi personam præcepta industriæ, ac diligentiæ tradiderunt, quæ nunc nos villicæ demonstramus. Nec tñ vna eius cura esse de bebit, vt clausa custodiat, q̃ tectis illata receperit, sed sub inde recognoscat, atq; consyderet, ne aut supellex, vestis ue condita situ dilabatur, aut fruges, aliaue vtensilia ne gligentia, desidiaue sua corrumpantur. Pluuijs vero die bus, vel cũ frigoribus, aut pruinis mulier sub dio rusticũ opus obire non poterit, vt ad lanificium reducatur, præ paratæ sint, & pectitæ lanæ, quo facilius iusta lanificio persequi, atq; exigere possit. nihil enĩ nocebit, si sibi, atq; actoribus, & alijs in honore seruilis vestis domi cõfecta



fuerit, quo minus patrisfamilias rationes onerẽtur. Illud vero etiã in perpetuũ custodiẽdũ habebit, vt eos, qui foris rusticari debebunt, cũ iã è villa familia processerit, re quirat, ac siquis (vt euenit) cura contubernalis eius intra tectũ tergiuersans fefellerit, causam desidię sciscitetur, ex ploretq; vtrũ aduersa valetudine inhibitus restiterit, an pigritia delituerit. Et si compererit, vel simulantẽ langorẽ sine cunctatione in valetudinariũ deducat. Præstat enim opere fatigatũ sub custodia requiescere, vnũ, aut alterũ diẽ, q̃ pressum nimio labore veram noxã cõcipere. Deniq; vno loco quamminime oportebit eã consistere, neq; enim sedẽtaria eius opera est, sed modo ad telã debebit accedere, ac siquid melius sciat docere, si minus addiscere ab eo, qui plus intelligat, modo eos, qui cibũ familiæ conficiunt inuisere, tum etiam culinam, & bubilia, nec minus præsepia mundanda curare. Valetudinaria quoq; vel si vacent ab imbecillis, identidem aperire, & immunditijs liberare, vt cum res exegerit, bene ordinata, & ornata. & salubria languentibus præbeantur. Promis quoq;, & cællarijs aliquid attendentibus, aut metuentibus interuenire, nec minus interesse pastoribus in stabulis fructum cogentibus, aut fœtus ouiũ, aliarumúe pecudũ subrumantibus, tonsuris vellerũ quoq; interesse, & lanas etiã diligenter percipere. & vellera ad numerũ pecoris recensere, tũ insistere atrensibus, vt supellectilẽ exponant, & ferramenta detersa nitidentur, atq; rubigine liberentur. Cæteraq;, si refectionem desyderant, fabris concinnanda tradantur. Postremo his rebus omnibus constitutis. nihil hanc arbitror distributionem profuturam, nisi, vt iam dixi, villicus sæpius, & aliquando tamẽ dominus, aut matrona consyderauerit, animaduerteritq;, vt ordinatio constituta conseruetur. Quod etiã in bene moratis ciuitatibus semper est obseruatum, quarum primoribus, atq; optimatibus, non satis visum est bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos ciues creassent, quos græci νομοφύλακας appellant.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Horum erat officiū, eos qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus, eos autem, qui non parerent, pœna multare. Quod nunc scilicet faciunt magistratus assidua iurisdictione vim legum custodiētes. Sed hæc in vniuersum administranda tradidisse abunde sit.

*Quæ, & qualia uasa parare debeat penoribus, & sal gamis condiendis.* Cap. IIII.

NVNC de cæteris rebus, quæ omissæ erant prioribus libris, quoniam villicæ reseruabantur officijs, præcipiemus, & vt aliquis ordo custodiatur, incipiemus à verno tempore, quoniam vere maturis herbis, atq; trimestribus consumatis sationibus vacua tempora iam contingunt ad ea exequenda, quæ deinceps docebimus. Parua rum rerum curam non defuisse pœnis, græcisq; authoribus, atq; etiam romanis memoria tradidit. nam & mago Chartaginiensis, & Hamilcar, quos secuti videntur græcæ gentis non obscuri scriptores Mnaseas, atq; Paxamus, tum demum nostri generis, postquam à bellis otium fuit, quasi quoddam tributum victui humano cō ferre dedignati non sunt, vt M. Ambiuius, & Mænas Licinius, tum etiam C. Matius, quibus studium fuit pistoris & coci, nec minus cællarij diligentius suis præceptis instituere. His autem omnibus placuit eum, qui rerum harum officium susceperit, castum esse, continentemq; oportere, quoniam totum in eo sit, ne contractentur pocula, vel cibi, nisi aut ab impube, aut certe abstinentissimo rebus venereis. quibus si fuerit operatus vel vir, vel fœmina, debere eos flumine, aut perenni aqua, prius quā penora contingant, ablui. propter quod his necessarium esse pueri, vel virginis ministerium, per quos promantur, quæ vsus postulauerit. Post hoc præceptum locum & vasa idonea salgamis præparari iubent, locum esse debere auersum à sole, quam frigidissimum, & siccissimum ne situ penora mucorem contrahant. Vasa autem fictilia, vel vitrea plura potius, q̄ ampla, & eorum alia recte



picata, nonnulla tñ pura pro vt conditio condituræ exegerit. Hæc vasa dedita opera fieri oportet patenti ore, & vsq; ad imum æqualia, nec in modum doliorum formata, vt exemptis ad vsum salgamis quicquid supereſt æqualiter pondere vsq; ad fundū deprimatur, cū ea res innoxia penore conseruet, vbi non innatent, sed semper sint iure submersa. qđ in vtero dolij vix fieri posset propter inæqualitatē figuræ. maxime aūt ad hoc necessariū esse aceti, et duræ muriæ vsum. quę vtraq; sic cōficiūtur.

*Quemadmodum ex uino uapido acetum fiat.* Cap. V.

IN Vini vapidi, vt acre fiat, sextarios duodequinquagīta, fermenti libram, fici aridæ pondo quadrantē, salis sextariū subterito, & subtrita cū quartario mellis aceto dilu ito, atq; ita in prædictam mensuram adijcito. Quidā ordei tosti sextarios quatuor, & nuces ardentes iuglandes quadraginta. & mentæ viridis pondo selibrā in eandem mensuram adijciunt. quidam ferri massas exurunt, ita vt ignis speciem habeant, easq; in eandem mensuram demittunt. Tum etiam exemptis nucleis ipsas nuces pineas vacuas numero quinq;, vel sex incēdunt, & ardētes eodē demittunt. Alij nucibus sapineis ardētibus idē faciunt.

*Quomodo muria dura fiat.* Cap. VI.

MVRIAM duram sic facito, dolium quampatētissimi oris locato in ea parte villæ, quæ plurimum solis accipit. id dolium aqua cœlesti repleto, ea est enim huic rei aptissima, vel si non fuerit pluuialis, certe fontana dulcissimi saporis. In eam tū indito sportā iunceā, vel sparteā, quæ replenda sit sale candido, quo candidior muria fiat. cū salē per aliquot dies videbis liquescere, ex eo intelliges nondū esse muriā maturā. Itaq; subinde alium salē tandiu ingeres, donec in sporta permaneat integer, nec minuatur, quod cū animaduerteris, scies habere muriā maturitatē suā. & si aliā in id vas facere volueris, hanc in vasa bene picata diffundes, & opertā in sole habebis, omnem enim mucorē vis solis aufert, & odorē bonum

Universidad de Deusto
Biblioteca



præbet. Est aliud muriæ maturæ experimentum. Nam vbi dulcem caseum demiseris in eam, si pessum ibit, scies esse adhuc crudam, si innatabit, maturam.

## *Quæ per quatuor anni tempora herbæ, & quomodo condiantur.* Cap. VII.

HIS præparatis circa vernum æquinoctium herbas in vsum colligi, & reponi oportebit, cymam, caulẽ, capparim, apij coliculos, rutam oleris atri cum suo caule ante quàm de folliculo exeat, item ferulæ cum coliculo silẽtes, quam tenerrimum florem pastinacæ agrestis, vel satiuæ cum coliculis, silentem florem vitis albæ, & asparagi & rusci, & thanni, & digitelli, & puleij, & nepetæ, & lapsanæ, & battis, & eius coliculum, qui miluinus pes appellatur, quinetiam tenerum coliculum fœniculi. Hæc omnia vna conditura commode seruantur, idest aceti duas partes, & tertiam duræ muriæ si miscueris. sed vitis alba ruscus, & thannum, & asparagus, lapsana, & pastinaca, & nepetia, & battis generatim in alueos componuntur, & sale conspersa biduo sub vmbra, dum consudent, reponuntur. Deinde si tantum remiserint humoris vt suo sibi iure ablui possint, si minus superfusa dura muria lauantur, & pondere imposito exprimuntur. tum suo qdq; vase conditur, & ius, vt suprà dixi, quod est mistum duabus partibus aceti, & vna muriæ infunditur. fœniculũ liq; aridi, quod est per vindemiam proximo anno lectũ spissamentum imponitur, ita vt herbas deprimat, & ius vsque in summum labrum fideliæ perueniat, olusatrum, & ferulam, & fœniculum cum legeris sub tecto exponito, dum flaccescat. Deinde folia, & corticem omnẽ folliculorum detrahito. Caules si fuerint pollice, crassiores arundine secato, & in duas partes diuidito. ipsos quoq; flores, ne sint immodici, diduci, & partiri oportebit, atque ita in vasa condi. Deinde ius, quod supra scriptum est, infundi, & paucas radiculas laseris, quod græci σίλφιον vocant, adiectas, ita spissamento fœniculi



aridi contegi, vt ius superueniat. Cymam, caulem, capparim, pedem milui, puleium, digitellum compluribus diebus sub tecto siccari, dum flaccescat, & tum eodem modo condiri conuenit, quo ferulam rutam saturciam cunilam. Sunt qui rutam muria tantum dura sine aceto cõdiant, deinde, cum vsus exigit, aqua, vel etiam vino abluant, & superfuso oleo vtantur. Hac conditura posset cõmode satureia viridis, & æque viridis cunila seruari.

## *Oxygala quomodo fiat.* Cap. VIII.

OXYGALAM sic facito, ollam nouã sumito, eam q; iuxta fundum terebrato. deinde cauum, quẽ feceris, surculo obthurato, & lacte ouillo quam recentissimo vas repleto, eoq; adijcito viridium condimentorum fasciculos origani, mentę, cepæ, coriandri. has herbas ita in lacte demittito, vt ligamina earũ extent. Post diẽ quintũ, surculũ quo cauũ obturaueras, eximito. & serum emittito. cũ deinde lac cœperit manare, eodem surculo cauum obthurato, intermissoq; triduo, ita, vt supra dictum est, serum emittito, & fasciculos condimentorũ exemptos abijcito. deinde exiguũ aridi thymi, & cuniæ aridæ super lac distringito, concisiq; sectiui porri quantũ videbitur, adijcito, & permisceto. mox intermisso biduo rursus serum emittito, caumq; obthurato, & salis triti, quantum satis erit, adijcito, & misceto deinde operculo impositio, & oblinito, non ante aperueris ollam quàm vsus exegerit. sunt qui satiui, vel etiam syluestris lepidij herbã cũ colle legerunt, in vmbra siccent, deinde folia eius abiecto caule, die, & nocte muria macerata, expressaq; lacti misceant sine condimentis, & salis quantum satis arbitrantur, adijciant. tum cætera, quæ supra præcepimus faciant. Nonnulli recentia folia lepidij cum dulci lacte in olla miscẽt, & post diem tertium quemadmodum præcepimus, serum emittunt. deinde compertam saturciam viridem, tũ etiam arida semina coriandri, atque anethi, & thymi, & apij in vnum bene trita adijciunt, salemq; bene coctum

cribratum permiscent. Cætera eadem, quæ supra, faciunt.

## *Conditura lactucæ.* Cap. IX.

CAVLES lactucæ ab imo depurgatos eatenus, qua tenera folia videbuntur, in alueo salire oportet, dieq; vnũ, & nocte sinere, dũ muriã remittãt. deinde muria eluere, & expressos in cratibus pandere, dum assicce scant. tum substernere anethum aridum, & fœniculum, rutæq; aliquid & porri concidere, atq; ita miscere. tum siccatos coliculos ita componere, vt fasciculi virides integri interponantur, quos ipsos ante dura muria die, & nocte macerare oportebit. similiterq; assiccatos cum fasciculis lactucarum condi, et superfundi ius, quod sit aceti duarũ partiũ, atq; vnius muriæ. deinde arido spissamento fœniculi sic comprimi, vt ius supernatet. quod vt fiat, is, qui huic officio præerit, sæpe suffundere ius debebit, nec pati sitire salgama, sed extrinsecus munda spongia vasa pertergere & aqua fontana quam recentissima refrigerare. simili ratione intubum, & cacumina rubi, qua lactucam condire oportet, nec minus thymi & satureiæ, & origani, tũ etiã armoraciorũ cymã. hæc aũt, quæ supra scripta sunt, verno tempore componuntur.

## *Cepæ, pyrorum, & malorum, cæterorumq; pomorum compositio.* Cap. X.

NVNC quæ per æstatem circa messem, vel etiam exactis iam messibus colligi, & reponi debeãt. præcipiemus. Pompeianã, vel ascaloniã cepam, vel etiam marsicã simplicem, quam vocant vnionem rustici, eligito. ea est autem, quæ non fruticauit, nec habuit soboles adhærenteis. hãc prius in sole siccato, deinde sub vmbra refrigeratam substrato thymo, vel cunila componito in fidelia, & infuso iure, quod sit aceti trium partium, & vnius muriæ, fasciculum cunilæ superponito, ita vt cepa deprimatur, quæ cum ius combiberit, simili mistura vas suppleatur. Eodẽ tempore corna, & pruna onychina, & pruna syluestria, nec minus genera pyrorum, & malorũ condiuntur. Corna, q̃bus pro oliuis vtamur. itẽ pruna syluestria, & pruna onychina adhuc solida, nec maturissima legenda sunt, nec tñ nimium cruda, deinde vno die vmbra siccanda. tum æquis partibus acetum, & sapa, vel defrutum misceatur, & infundatur. Oportebit aũt aliquid salis adijcere, ne vermiculus, aliúdue animal innasci possit. verũ commodius seruantur, si duæ partes sapæ cum aceti vna parte misceantur. pyra dolobelliana, crustumina, regia, veneria, volema, neuiana, lateritiana, decumana, laurea, mirappia pruna purpurea, cũ immatura nõ tñ percruda legeris, diligẽter inspicito, vt sint integra sine vitio, aut vermiculo. tũ in fictili picata fidelia componito, & aut passo, aut defruto completo ita vt omne pomũ submersum sit, operculo deinde impositio gypsato. Illud in totũ præcipiendũ existimaui, nullũ esse genus pomi, quod nõ possit melle seruari. itaq; cũ sit hæc res interdũ ægrotantibus salutaris, censeo vel pauca poma in melle custodiri, sed separata generatim. nã si commisceas, alterũ ab altero genere corrumpitur, & quoniã oportune mellis fecimus mentionẽ, hoc eodẽ tempore alui castrandæ, ac mel conficiendũ, cera facienda est, de quibus nono libro iã diximus. nec nũc aliã curã exigimus à villico, q̃ vt administrantibus intersit, fructumq; custodiat.



## *De mella facienda, qua in condituris utuntur.* Cap. XI.

CAETERVM cum eodẽ tempore mella, nec minus aqua mulsa in vetustatẽ reponi debeat, meminisse oportebit, vt cũ secundariũ mel de fauis fuerit exceptum, cera statim minute resoluantur, & aqua fontana, vel cœlesti macerentur. expressa deinde aqua coletur, et in vas plumbeum defusa decoquatur, omnisq; spurcitia cum spumis eximatur. quę decocta, cum tam crassa fuerit q̃ defrutum, refrigeretur, & bene picatis lagænis condatur. Hac quidam mella pro aqua mulsa vtuntur, nonnulli etiam pro defruto in condituras oliuarum, quibus quidem magis

Universidad de Deusto
Biblioteca



idoneam censeo, quod cibarium saporem habet, nec potest languentibus pro aqua mulsa remedio esse, quoniã si bibatur, inflationem stomachi, & præcordiorum facit. itaq; seposita esse, & ad condituras destinata.

## De aqua mulsa facienda. Cap. XII.

PER se facienda erit optimo melle aqua mulsa. hæc autem non vno modo componitur, nam quidam multos ante annos cœlestem aquam vasis includunt, & sub dio in sole habent. deinde cum sæpius eam in alia vasa transfuderint, & eliquauerint (nam quoties etiã per longum tempus diffunditur, aliquod crassamentũ, in imo similе feci reperitur) veteris aquæ sextarium cũ libra mellis miscent. nonnulli tamen cum austeriorem volunt efficere gustum, sextarium aquæ cũ dodrante pondo mellis diluunt, & ea portione repletam lagænam, gypsatãq; patiuntur per caniculæ ortum in sole quadraginta diebus esse, tum demũ in tabulatũ, quod fumũ accipit, reponunt. nonnulli, quibus non fuit curæ cœlestem inueterare aquã, recentẽ sumunt, eãq; vsq; in quartã partẽ decoquunt. deinde cum refrixerit, siue dulciorem mulsam facere volunt, duobus aquæ sextarijs sextarium mellis permiscent. Si vero austeriorem, sextario aquæ dodrantem mellis adijciũt, & his portionibus factã in lagænã diffundunt. eamq; vt supra dixi, quadraginta diebus insolatã, postea in tabulatum, quod suffumigatur, reponunt.

## De caseo in usus domesticos seruando, & de quibusdã herbis condiendis. Cap. XIII.

CASEO vsibus domesticis præparando, hoc maxime idoneum tempus est, quo & caseus seri minimum remittit, & vltimo tempore, cum iam exiguum lactis est, non tam expedit operas morari ad forum fructibus deferendis, & sanè sæpe deportati per æstum, acore vitiantur itaq; præstat eos hoc ipso tempore in vsum conficere. Id autem vt quamoptime fiat opilionis officium est,



cui septimo libro præcepta dedimus, quæ sequi debeat. f. 202.
Sunt etiam quædam herbæ, quas appropinquante vindemia condire possis, vt portulaca, & olus cordũ, quod portulara.
quidam satiuum battim vocant. hę herbę diligenter purgantur, & sub vmbra expandũtur. deinde quarto die sal in fundis fideliarum substernitur, & separatim vnaquæq; earum componitur, aceto q; infuso iterũ sal superponitur, nam his herbis muria non conuenit.

## De malis, & pyris in sole siccandis. Cap. XIIII.

HOC eodem tempore, vel etiam primo mense Augusto mala, & pyra dulcissimi saporis mediocriter matura eliguntur, & in duas, vel tres partes arundine, vel osseo cultello diuisa in sole ponuntur, donec arescant. eorum si est multitudo, non minimam partem cibariorum per hyemem rustici vindicant. nam pro pulmentario cedit. sicuti ficus, quæ cum arida sepositа est, hyemis temporibus rusticorum cibaria adiuuat.

## De ficis aridis. Cap. XV.

EA porrò neq; nimium vieta, neq; immatura legi debet, & in eo loco expandi, qui toto die solem accipiat. pali autem quatuor pedibus inter se distantes figuntur, & perticis iugantur. factæ deinde in hunc vsum cannæ iugis superponuntur, ita vt duobus pedibus absint à terra, ne humorem, quem ferè noctibus remittit humus, trahere possint. tunc ficus inijcitur, et crates pastorales culmo, vel carice, vel filice textæ ex vtroq; latere super terram planæ disponuntur, vt cum sol in occasum fuerit, exigãtur. & inter se accliues testudineato tecto more tugurio-rum inarescentem ficum à rore, & interdum à pluuia defendant. nam vtraq; res prædictum fructum corrumpit. cum deinde aruerit, in orchas bene picatas meridiano tempore calentem ficum cõdere, & calcare diligenter oportebit, subiecto tamen arido fœniculo, & iterũ vasis repletis superpositо, quæ vasa confestim operculare, & obliuire conuenit, et in horreum ficcissimũ reponi, quo

melius ficus perennet. Quidam lectis ficis pediculos admunt, & in sole expandunt, cum deinde paulum siccatæ sunt, ante quàm indurescant in labra fictilia, vel lapidea congerunt eas. tum pedibus lotis in modum farinæ proculcant, & admiscent torrefacta sesama cum aniso ægyptio, & semine fœniculi, & cymini. hęc cum bene proculcauerint, & totam massam comminutæ fici permiscuerint, modicas offas foliis ficulneis inuoluunt, ac religatas iunco, vel qualibet herba offas reponunt in crates, & patiuntur siccari. deinde cum peraruerunt, picatis vasis eas condunt. nonnulli hanc ipsam formam fici orcis sine pice includunt, & oblita vasa clibano, vel furno torrefaciunt, quo celerius omnis humor excoquatur, sic siccatam in tabulatū reponunt, & cum exegerit vsus, testam comminuunt. nam duratam massam ficialiter eximere non possunt. alij pinguissimam quanq; viridem ficorū eligunt, & arundine, vel digitis diuisam dilatant, atq; ita in sole arescere patiuntur, quas deinde bene siccatas meridianis teporibus, cū calore solis emollitæ sunt, colligūt, & vt est mos Afris, atq; Hispanis, inter se compositas comprimunt in figuram stellarum, flosculorumq;, vel in formam panis redigentes. tum rursus in sole assiccant, & ita in vasis recondunt.

## De uuis passis faciēdis, & sorbis seruandis. Ca. XVI.

SIMILEM curam vuæ desyderant, quas dulcissimi saporis albas maximis acinis, nec spissis luna decrescente sereno, & sicco cœlo post horam quintam legi oportet, & in tabulas paulisper porrigi, ne inter se pondere suo pressæ collidantur. deinde aheno, vel in olla noua fictili ampla, præparatam lixiuiam cineris sarmenti calefieri conuenit, quæ cum feruebit exiguum olei quamoptimi adijci, & ita permiscери. deinde vuas pro magnitudine binas, vel ternas inter se colligatas in ahenum feruens demitti, et exiguum pati, dum decolorentur, nec rursus committere, vt excoquantur, nam quadam moderatione temperamentoq; opus est. Cum deinde exemeris, in crate disponito rarius quàm vt altera alteram contingat. Post tres deinde horas vnanquanq; vuam conuerito, nec in eodem vestigio reponito, ne in humore, qui defluxerit, corrumpatur. noctibus autem contegi debēt quemadmodum fici, vt à rore, vel pluuia tutæ sint. cum deinde modice aruerint, in vasa noua sine pice opercula ta, & gypsata, sicco loco reponito. quidam vuā passam foliis ficulneis inuoluunt, & assiccant. alij foliis vitigineis, nonnulli plataninis semiuietas vuas contegunt, & ita in amphoras recondunt. Sunt qui culmos fabę exurant, & ex eo, quod cremauerint, cinere lixiuiam faciant. deinde in lixiuiæ sextarios decem salis tres cyathos, & olei cyathum adijciant. tum adhibito igne calefaciant, & cætera eodem modo administrēt. quod si videbitur in aheno parum inesse olei, subinde quantum satis erit adijciatur, quo sit pinguior, et nitidior vua passa. eodem tempore sorba manu lecta curiose in vrceolos picatos adijcito, & opercula picata imponito, & gypso linito. tum scrobibus bipedaneis sicco loco intra tectum factis vrceolos ita collocato, vt oblita ora eorum deorsum spectent. deinde terram congerito, & modice desuper calcato. melius est autem pluribus scrobibus pauciora vasa distantia inter se disponere. nam in exemptione eorum dum vnum tollis, si reliqua cōmoueris. celeriter sorba vitiantur. quidam hoc idem pomum etiam in defruto commode seruant, adiecto spissamento aridi fœniculi, quo deprimantur, ita sorba. vt semper ius supernatet, ac nihilo minus picata opercula diligenter gypso linunt, ne possit spiritus introire.



## De aceto ficulneo faciendo. Cap. XVII.

SVNT quædam regiones, in quibus vini, ideoq; etiā aceti penuria est. itaq; hoc eodem tempore ficus viridis quam maturissima legenda est, vtiq; etiam si iam pluuię incesserunt, & propter imbres in terram decidit, quæ cū

Universidad de Deusto
Biblioteca



sublecta est, in dolium, vel in amphoras conditur, & ibi sinitur fermentari, deinde cum exacuit, & remisit liquorem, quicquid est aceti diligenter colatur, & in vasa picata bene olida diffunditur. hoc primæ notæ acerrimi aceti vsum præbet, nec vnquam situm, aut mucorem contrahit, si non humido loco positum est. sunt qui multitudini studentes aquam ficis permisceant, & subinde maturissimas, ficus recentes adijciant, & patiantur in eo iure tabescere, donec satis acris aceti sapor fiat. postea in iunceis fiscellis, vel sparteis saccis percolant, liquatumq; acetum inferuefaciant, dum spumam, & omnem spurcitiam eximant. tum torridi salis aliquid adijciant, quæ res prohibet vermiculos, aliáue innasci animalia.

## *Quæ præparanda sint vindemiæ.* Cap. XVIII.

QVAMVIS priore libro, qui inscribitur villicus, iam diximus quæ ad vindemiam præparanda sunt, non tamen alienum est etiam villicæ de ijsdem rebus præcipere, vt intelligat suæ curæ esse debere quæcunque sub tecto administrantur circa vindemiam. Si ager amplus, aut vineta, aut arbusta grandia sunt, perenne fabricandæ decimodiæ, & trimodiæ, & fiscellæ texendæ, & picādæ. nec minus falculæ, & vngues ferrei quamplurimi parandi, et exacuēdi sunt, ne vindemiator manu distringat vuas, & non minima fructus portio dispersis acinis in terrā dilabatur. Funiculi quoq; fiscellis aptandi sunt, & lora trimodijs. tum lacus vinarij, & torcularij, & fora, omniaq; vasa (si vicinum est mare) aqua marina, si minus, dulcis eluenda sunt, & commundanda, & diligenter assiccanda, ne humorem habeant. Cælla quoq; vinaria omni sterco re liberanda, & boni odoribus suffienda, ne quem redoleat fœtorem, acoremue. Tum sacrificia Libero, Liberæq;. & vasis pressorijs quam sanctissime, castissimeq; facienda, nec per vindemiam ab torculari, aut vinaria cælla recedendum est, vt omnia, quæ mustum conficiunt, pure, mundeq; faciant, ne furi locus detur præsentem fructum intercipiendi. Dolia quoq;, & seriæ, cæteraq; vasa ante quadragesimum vindemiæ diem picanda sunt, atq; aliter ea, quæ demersa sunt humi, aliter quæ stant supra terram. Nam ea, quę demersa sunt, ferreis lampadibus ardentibus calefiunt, & cum picem in fundum destillauit, sublata lampade rutabulo ligneo, & ferrea curuata radula ducitur, quod destillauit, aut quod in lateribus hęsit. deinde penicillo detergitur, et feruentissima pice infusa nouo alio rutabulo, & scopula picatur. At quæ supra terrā consistunt, complures dies ante quàm curentur, in solem producuntur. deinde cum satis insolata sunt, in labra cōuertuntur, et subiectis paruis tribus lapidibus suspenduntur, atq; ita ignis subijcitur, & tandiu incenditur, donec ad fundum calor tam vehemens perueniat, vt appositā manus patiens eius non sit. tum dolio in terram demisso, & in latus depositō, pix feruentissima infunditur, volutaturq;, vt omnes dolij partes linantur. Sed hæc die quieto à ventis fieri debent, ne admoto igne cum afflauerit ventus, vasa rumpantur. Sunt autem satis sexquicullearibus dolijs picis duræ pondo vicenaquina, nec dubium, quin si quinta pars picis bruttiæ in vniuersam coctura adijciatur, vtilissimum sit omni vindemiæ.

## *De pluribus generibus conduturarum, quibus vinum cō firmatur.* Cap. XIX.

CVRA quoq; adhibenda est, vt expressum mustum perenne sit, aut certe vsq; ad venditionē durabile. Quod quemadmodum fieri debeat, & quibus condituris adiuuari, deinceps subijciemus. Quidam partem quartā eius musti, quod in vasa plumbea coniecerunt, nonnulli tertiam decoquunt. Nec dubium, quin ad dimidiam si quis excoxerit, meliorem sapam facturus sit, eoq; vsibus vtiliorem, adeo quidem, vt etiam vice defruti, sapa, mustum, qđ est ex veteribus vineis, cōdire possit. Quæcunq; vini nota sine condimento valet perennari, optimā esse eam

Universidad de Deusto
Biblioteca



censemus, nec omnino quicquam permiscendum, quo naturalis sapor eius infuscetur. Id eni prestantissimũ est, qđ suapte natura placere poterit. Cæterũ cum aut regionis vitio, aut nouellarum vinearum mustum laborabit, eligenda erit pars vineę (si est facultas) amineę, si minus, quambellissimi vini, quæq; erit & vetustissima, & minime vliginosa. tum obseruabimus decrescentem lunam, cum est sub terra, & sereno, siccoq; die vuas quammaturissimas legemus, quibus proculcatis mustum, quod defluxerit, ante quàm prælo pes eximatur, satis de lacu in vasa defrutaria deferemus, leuiq; primum igne, & tenuibus admodum lignis, quæ gremia rustici appellant, fornacem incendemus, vt ex commodo mustum ferueat. Isq; qui præerit huic decoquendo, cola iuncea, vel sparteа ex crudo, idest non malleato sparto præparata habeat. Itemq; fasciculos fœniculi fustibus illigatos, quos possit vtiq; ad fundum vasorum demittere, vt quicquid fecis subsederit, exagitet, & in summum reducat. tum colis omnem spurcitiam, quæ redundarit, expurget. nec absistat id facere, donec videbitur eliquatum omni fece mustum carere. tum siue mala cydonia, quæ percocta subla turus sit, seu quoscunq; voluerit conuenientes odores adijciat, & nihilo minus subinde fœniculo peragitet, ne quid subsederit, quod possit plumbeum perforare. cũ deinde iam acriorem potuerit ignem vas sustinere, idest cum aliqua iam parte mustum excoctum in se seruebit, tum codices, & vastiora ligna subijciãtur, sed ita ne fundum contingant. Quod nisi vitatũ fuerit, vel vas ipsum, quod aliquando contingit, pertundetur. vel si id factum non erit, vtiq; aduretur mustum, & amaritudine concepta condituris fiet inutile. Oportebit autem ante quàm mustum in vasa defrutaria coijciantur, oleo bono plumbea ipsa intrinsecus imbui, & bene fricari, atq; ita mustũ adijci. ea res non patitur defrutum aduri.

## De sapa, & de fruto coquendis. Cap. XX.



QVIN etiam diligenter factum defrutum, sicut vinũ solet acescere. quod cum ita sit, meminerimus anniculo defruto, cuius iam bonitas explorata est, vinum condire. nam vitioso medicamine fructus, qui perceptus est, vitiatur. Ipsa aũt vasa, quibus sapa, aut defrutũ coquitur, plũbea potius q̃ ænea esse debent. nam in coctura ærugi nem remittunt ænea, & medicaminis saporem vitiant. Odores aũt vino ferè apti sunt, qui cũ defruto coquuntur, iris, fœnum græcũ, schœnum. Harũ rerũ singulæ libræ in defrutariũ, qđ ceperit musti amphoras nonaginta. cũ iam deferbuerit, & expurgatũ erit, tũ adijci debent deinde si natura tenue mustũ erit, cũ ad tertiam partem fuerit decoctũ, ignis subtrahendus est, & fornax protinꝰ aqua refrigerãda. Quod si fecerimus, nihilominus defrutũ infra tertiam partem vasis consedit. Sed id quamuis aliquid detrimenti habeat, prodest tamen, nam quanto plus decoquitur (si modo non est aduſtũ) melius, & spissius fit. Ex hoc autem defruto, quod sic erit coctũ, satis est singulos sextarios singulis amphoris immiscere. Nã cum amphoras musti nonaginta in defrutario decoxeris, ita vt iam exiguum supersit de coctura, quod significat decoctum ad tertias. tũ demũ medicamina adijcito, quæ sint aut liquida, aut resinosa, idest picis liquidæ nemeturicę, cum eam diligẽter ante aqua marina decocta perlueris, decem sextarios. Item resinę terebinthinę sesquilibram. Hęc cum adijcies, plumbeum peragitabis, ne adurantur. cum deinde ad tertias subsederit coctura, subtrahe ignem, & plumbeum subinde agitabis, vt defrutum, & medicamenta coeant. Deinde cũ videbitur mediocriter calere defrutũ, reliqua aromata contusa, & cribrata paulatim insperges, & iubebis rutabulo ligneo agitari, quod decoxeris eousq; dum defrigescit. Quod si non ita, vt præcipimus, permiscueris, subsident aromata, & adurentur. Ad prædictum autem modum musti adijci debent ij odores, nardi folium, iris illyrica, nardum gallicũ, crocũ, palma cyperũ, schœnum, quorum singulo

sum selibræ satisfacient. Item myrrhæ quincunx, calami pondo libram, casiæ selibram, amomi pondo quadrans croci quincunx, cripæ pampinaceæ libram. Hæc, vt dixi arida contusa, & cribrata debent adijci, & his cõmisceri, rasis, quod est genus crudæ picis, eaq; quanto est vetustior, tanto melior habetur. nam longo tempore durior facta, cum est contusa in puluere redigitur, & his medicaminibus admiscetur. Satis est autem prædictis ponderibus sex libras eius misceri. Ex hac compositione, quantum in sextarios musti quadragenos octonos adijciendum sit incertum est, quoniam pro natura vini æstimari oportet, quod satis sit. Cauendumq; est, ne conditus sapor intelligatur, nam ea res emptorem fugat. Ego tñ, si humida fuerit vindemia, trientem, si sicca, quadrantem medicaminis in binas amphoras miscere solitus sum, ita vt quatuor vrnarũ esset musti mod⁹. Vrna aũt quatuor & viginti sextariorũ. Nonnullos agricolas singulis amphoris quadrantẽ medicaminis indidisse scio, sed hoc coactos fecisse propter nimiam infirmitatẽ vini eiusmodi, quod vix triginta diebus integrũ permanebat. Hocrñ mustũ si sit lignorũ copia, satiꝰ est inferuefacere, et oẽm spumã cũ fecibus expurgare, quo facto decima pars decidet, sed reliqua perennis erit. At si lignorũ penuria est, marmoris, vel gypsi, qđ flos appellatur, vncias singulas, item ad tertias decocti defruti sextarios binos singulis amphoris miscere oportebit. Ea res etiam si non in totum perennat, certe vsq; in alteram vindemiam plerunq; vini saporem seruat.

## De defruto, qđ adijcitur in uinũ ad uetustatẽ. C.XXI.

MVSTVM quamdulcissimi saporis decoquatur ad tertias, & decoctũ, sicut supra dixi, defrutũ vocatur. Qđ cũ defrixit, transfertur in vasa, & reponitur, vt post annum sit in vsu. Potest tñ etiã post dies nouem, q̃ refrixerit, adijci in vinũ, sed melius est, si anno requieuerit. Eius defruti sextarius in duas vrnas musti adijcitur, si mustũ



ex vineis collinis est, sed si ex campestribus, tres heminæ adijciuntur. Patimur autem, cum de lacu mustũ sublatũ est biduo deferuescere, & purgari. Tertio die defrutum adijcimus. Deinde interposito biduo, cum id mustum pariter cum defruto deferbuerit, purgatur, & ita coadijcitur in binas vrnas ligula cumulata, vel mensura semunciæ bene plenæ salis cocti, & triti. Sal autem quamcandidissimus conijcitur in vrceo fictili sine pice, qui vrceus, cum recipit salem, diligenter totus oblinitur luto palearo, & ita igni admouetur, ac tandiu iam torretur, quandiu strepitũ edit cũ silere cœpit, finem habet coctura. Præterea fœnum græcũ maceratur in vino vetere per triduum, deinde eximitur, & in furno siccatur, vel in sole. idq; cum est aridum factum, molitur, & ex eo molito post salituram musti cochlear cumulatum, vel simile genus poculi eius, qui est quarta pars cyathi adijcitur in binas vrnas. deinde cum iam perfecte mustum deferbuit, & cõstitit, tantundem gypsi floris miscemus, quantum salis adieceramus. atq; ita postero die purgamus doliũ, & nutritũ vinũ operimus, atq; oblinim⁹. Hac cõditura Columella patruus meus illustris agricola vti solitus est in ijs fundis, in quibus palustres vineas habebat. Sed idem, cũ collina vina condiebat, aquam salsam decoctam ad tertias pro sale adijciebat. ea porro facit sine dubio maiorẽ mensuram, & odoris melioris, sed periculum habet, ne vitietur vinũ, si male cocta sit aqua. Sumitur autem hęc, vt iam dixeram, quamlongissime à litore, nam liquidior, & purior est, quantũ altiore mari hausta est. Eam si quis (vt Columella faciebat) reponet, post trienniũ in alia vasa eliquatã transfundat. deinde post alterũ triẽniũ decoquat vsq; ad partẽ tertiã lõge meliorẽ habebit condituram vini. Nec vllũ periculum erit, ne vina vitientur. Satis est autem sextarios singulos adijcere salsæ, eosq; in binas musti vrnas, quãuis multi etiã binos immisceant, nonnulli etiã ternos sextarios. idq; ego facere non recusem, si genus vini tantũ valeat, vt aquæ salsæ nõ in-

Universidad de Deusto
Biblioteca



telligatur sapor. Itaq; diligens paterfamilias, cum paraverit fundum, statim prima vindemia tres, aut quattuor notas conditurae totidem amphoris musti experietur, vt exploratum habeat quantum plurimum salsae vinum, quod fecerit, sine offensa gustus pati possit.

*Picis liquidae alterũ medicamẽ, quo mustũ cõdias. c.* XXII.

PICIS liquidae nemeturicae metretam adde in labrũ, aut in alueum, & in eodem infundito cineris lixiuiae congios duos, deinde permisceto spatha lignea. cum requieuerit, eliquato lixiuiam. Deinde iterum tantundem lixiuiae addito, eodem pacto permisceto, & eliquato. Tertio quoq; idem facito. Cinis autem odorem picis aufert, & eluit spurcitiam. Post eodem addito picis brutiae, si minus, alterius quampuriſſimae quinq; libras. Haec minute concidito, & admisceto pici nemeturicae. Tum aquae marinae, quamuetustiſſimae, si erit, si minus, ad tertiam partem recentis aquae marinae decoctae congios duos inijcito. Apertum labrum sinito in sole per canicularum ortum, & spatha lignea permisceto quamsaepiſſime, vsqueco, dum ea, quae addideris, in pice colliquescant, & vnitas fiat. Noctibus aũt labrũ operire conueniet, ne irroretur. deinde cũ aqua marina, quã addideris, sole consumpta videbitur, sub tectũ vas totũ ferre curabis. Huiq; autem medicaminis quidam pondo quadrantẽ in sextarios. xlviij. miscere soliti sunt, & hac conditura contenti esse. Alij cyathos tres eius medicamenti adijciũt in totidem sextarios, quot supra diximus.

*De pice, qua utuntur Allobroges ad condituram uini picati.* *Cap.* XXIII.

PIX corticata appellatur, qua vtuntur ad conduras Allobroges. Ea sic conficitur, vt dura sit, & quanto facta est vetustior, eo melior in vsu est. Nam omni lentore misso facilius in puluerem resoluitur, atq; cribratur. Hanc ergo conteri, & cribrari oportet, deinde cum bis



mustum deferbuerit, quod plerunq; est intra quartum diem, quàm de lacu sublatum est, diligẽter manibus expurgatur. Et tunc demum prędictę picis sextans, & semuncia in sextarios quinq;, & quinquaginta adijcitur, & rutabulo ligneo permisceatur, nec postea tangitur, dum cõ feruescat. Quod tamen non amplius diebus quatuordecim à conditura patiendum est. Nam oportebit post hunc numerum dierum confestim vinum emundare, & siquid fecis aut labris vasorum, aut lateribus inhęsit, eradi, ac suffricari, & protinus operculis impositis obliniri. At si ex eadem pice totam vindemiam condire volueris, ita ne gustus picati vini possit intelligi, sat erit eidem picis sex scrupula in sextarios quinq; & quadragin ta. Tum demum miscere, cum mustum deferbuerit, & fęces expurgatę fuerint, oportebit, atq; salis decocti, contritiq; semunciam in eundem modum musti adijcere. nec solum huic notę vini sal adhibendus est, verum, si fieri possit, in omnibus regionibus omne genus vindemię hoc ipso pondere saliendum est, nam ea res mucorem vino inesse non patitur.

*De pice nemeturica ad condituras.* *Cap.* XXIIII.

PIX nemeturica in Liguria conficitur. Ea deinde vt fiat condituris idonea, aqua marina quamlongiſſime à litore de pelago sumenda est, atq; in dimidiã partẽ decoquenda, quę cũ in tantũ refrixerit, quantũ ne contacta corpus vrat, partem aliquã eius, quę satis videbitur, prędictę pici immiscemus, & diligenter lignea spatha, vel etiã manu peragitabimus, vt siquid inest vitij eluatur. deinde patiemur picẽ cosidere, & cũ siderit, aquã eliquabimus, postea bis, aut ter ex reliqua parte aquę decoctę tãdiu lauabimus, & subigemus eã, donec rutila fiat. tũ eliquatã in sole quatuordecĩ diebus patiemur esse, vt quisquis ex aqua humor remãsit, assiccetur, noctibꝰ aũt vas tegendũ erit, ne irroretur. Cũ hoc modo picẽ pręparaverimus, & vina, cũ iã bis deferbuerint, cõdire volueri-

mus, in musti sextarios octo & quadraginta, cyathos duos picis prædictæ sic adijciemus. Ex ea mensura, quã condituri sumus, sextarios duos musti sumere oportebit. deinde ex his sextarijs in picis sextãtẽ paulatim mustũ infundere, et manu tãquã mulsum subigere, quo facilius coeat. Sed vbi toti duo sextarij cũ pice coierint, & quasi vnita tẽ fecerint, tũ eosdẽ in id vas, vnde sumpseramus, perfundere. & vt permisceatur medicamen, rutabulo ligneo peragitare conueniet.

## De aqua salsa, uel muria ad uina condienda. Cap. XXV.

QVONIAM quidam, immo etiam ferè omnes græci aqua salsa, vel muria mustum condiunt, eam quoq; partem curæ non omittendam putaui. In mediterraneo, quò non est facilis aquæ marinæ inuectio, sic erit ad condituras conficienda muria. Huic rei vel maxime est idonea cœlestis aqua, si minus ex fonte liquidissimo profluens. Harum ergo alterutrã curabis quamplurimã, & quãoptimis vasis conditã ante quinquennĩ in sole ponere. deinde cũ cõputruerit, tandiu pati, donec ad pristinũ modũ perueniat. Quod cũ factũ fuerit, alia vasa habeto, et in ea sensim aquã eliquato, donec ad fecẽ perueniat semper enĩ in requieta aqua crassamen aliquid in imo reperitur. Sic curata cũ fuerit, in modũ defruti ad tertias decoquenda est. adijciuntur autẽ in aquæ dulcis sextarios quinquaginta, salis sextarius, et mellis optimi vnus sextarius. hæc pariter decoqui, & omnem spurcitiam expurgari oportet. deinde cum refrixerit, tũ quantũcunq; humoris est, tantũ in amphorã musti portionem adijci. Quod si ager maritimus est, silentibus ventis de alto quãquietissimo mari sumenda est aqua, & in tertiã partẽ decoquẽda, adiectis, si videbitur, aliquibus aromatis ex ijs, quæ supra retuli, vt sit odoratior vini curatio. Mustũ aũt ante q̃ de lacu tollas, vasa rore marino vel lauro vel myrto suffumigato, & large repleto, vt in efferuescẽdo vinũ se bene purget. Postea vasa nucibus pineis sufricato. qd̃ vinũ volueris dulcius esse postero die, qd̃ austerius quinto die, quã sustuleris, cõdire oportebit, & ita supplere, & oblinire vasa. Nonnulli eriã suffumigatis serijs prius conditurã addunt, & ita mustum infundunt.



## Remedia acescentis uini. Cap. XXVI.

IN quo agro vinum acescere solet, curandum est, vt cũ vuam legeris, & calcaueris, prius quàm vinacea torculis exprimantur, mustum in corbem defundas, & aquæ dulcis puteanæ ex eodem agro partem decimam adijcias, & coquas, donec ea aqua, quam adieceris, decocta sit. Postea cum refrixerit, in vasa defundas, & operias, & oblinas. ita diutius durabit, & detrimenti nihil fiet. Melius est, si veterem seruatam compluribus annis aquam addideris. longeq; melius. si aquæ nihil addideris, & decimam musti decoxeris, frigidumq; in vas transtuleris, & si in sextarios. VII. musti heminam gypsi miscueris, postea quã decoctum refrixerit. Reliquum mustum, quod in vinaceis fuerit expressum, primo quoque tempore absumito, aut ære commutato.

## De uino dulci faciendo. Cap. XXVII.

VINVM dulce sic facere oportet. Vuas legito, in sole per triduũ expandito, quarto die meridiano tpe calidas vuas proculcato, mustũ lixiuũ (hoc est ante quam prælo pressum sit, quod in lacũ musti fluxerit) tollito, cũ deferbuerit in sextarios quinquaginta irim bene pinsitã nec plus vnciæ pondere addito, vinũ à fecibus eliquatũ diffundito. hoc vinum erit suaue, firmum, corpori salubre.

## De alijs salubribus cõdituraru̇ generibus. Ca. XXVIII.

ALIA medicaminum genera vini condituris, & firmitati aptissima sic facito. Irim quamcandidissimam pinsito, fœnum græcum vetere vino macerato, deinde in sole exponito, aut in furno, vt siccescat. tum commolito minutissime. Item odoramenta trita, ideſt irim cribratam, quæ sit instar pondo quincuncem, & trientẽ, fœni græci pon-

do quincuncẽ & trientẽ, sextarios singulos, quæ sint ampho
rarũ septenũ addito medicaminis pondo vnciã, & seru
pula octo gypsi. Cum ex locis plaustribus mustũ erit, in
singulas ternas heminas, cum de nouellis vineis erit, sex
tariũ, cum de veteribus, & locis siccis, heminas singulas
adijcito. Tertio die quã calcaueris conditurã infundito,
sed ante q̃ condias musti aliquantũ in seriã de seria trans
ferto, ne in condiendo cum medicamento efferuescat, &
fluat. Sic aũt curatũ gypsum, & medicamentũ, in labello
permisceto, quantũ ferijs singulis fuerit necessariũ, idq̃
medicamentum musto diluito, & ipsa ad serias addito,
& permisceto. cum deferbuerit, statim repleto, & oblini
to. Omne vinum cum condieris, nolito statim diffunde
re, sed sinito in dolijs quiescere. postea cũ de dolijs, aut de
serijs diffundere voles, vere florente rosa defecatũ quam
limpidissimũ in vasa bene picata, & pura transferto. si in
vetustatem seruare voles, in cado duarũ vrnarũ quam
optimi vini sextarium, aut fecis generosæ recentis sexta
rios tres addito. aut si vasa recentia, ex quibus vinum ex
emptũ sit, habebis, in ea confundito. Si horũ quid feceris,
multo melius, & firmius erit vinum, etiã si bonos odo
res addideris, oẽm malũ odorẽ, et saporẽ prohibueris. nã
nulla res, alienũ odorẽ celerius ad se ducit, q̃ vinũ.

*Quemadmodum mustum semper dulce tanquam recẽs permaneat.* Cap. XXIX.

MVSTVM vt semper dulce tanq̃ recẽs permaneat, sic facito. Ante q̃ prælo vinacea subijciantur de lacu quã recentissimũ addito mustũ in amphorã nouã, eamq̃ obli
nito, & in picato diligenter, ne quicq̃ aquæ introire pos
sit. tũc in piscinã frigidæ, & dulcis aquæ totã amphorã
mergito, ita nequa pars extet. deinde post dies. xl. eximi
to, sic vsq̃ in annũ dulce permanebit.

*Optima uini curatio, et remedia lãguẽtis uini.* C. XXX



AB eo tempore, quo primũ dolia operculaueris, vsq̃ ad æquinoctium vernũ semel in diebus. xxxvj. vinũ cura
re satis est, post æquinoctium vernum bis. aut si vinum
florere incipiet, sæpius curare oportebit, ne flos eius pes
sum eat, & saporẽ vitiet. Quanto maior æstus erit, eo sæ
pius conuenit vinũ nutriri, refrigerariq̃, & ventilari. nã
quamdiu bene frigidũ erit, tamdiu rectẽ manebit. Labra,
vel fauces doliorũ semper suffricari nucibus pineis opor
tebit, quoties vinum curabitur. siqua vina erũt duriora,
aut minus bona, quod agri vitio, aut tempestate sit factũ
sumito fecem vini boni, & panes facito, & in Sole arefa
cito, & coquito in igne. postea terito, & pondo quadran
tẽ amphoris singulis infricato, & oblinito, bonũ fiet.

*Si quod animal in mustum ceciderit, & interierit, reme dia.* Cap. XXXI.

SI quod animal in mustum ceciderit, & interierit, vti ser
pens, aut mus, foréxue, ne mali odoris vinum faciat, ita
vt repertum corpus fuerit, id igne aduratur. cinisq̃ eius
in vas, quõ deciderat, frigidus infundatur, atq̃ rutabulo
ligneo permisceatur. ea res erit remedio.

*Vinum ex Marrubio.* Cap. XXXII.

VINVM Marrubij multi vtile putant ad oĩa intestina
vitia, & maxime ad tussim. Cũ vindemiã facies, Marru
bij caules teneros, maxime de locis incultis, & macris le
gito, eosq̃ in Sole siccato. deinde fasciculos facito tomi
ce palmea, aut iuncea ligato, & in seriã mittito, ita vt vin
culũ extet. in musti dulcis sextarios. 200. Marrubij libras.
viij. adijcito, vt simul cũ musto deferuescat. postea eximi
to Marrubiũ, & purgatũ vinũ diligenter oblinito.

*Vinum scylliten.* Cap. XXXIII.

VINVM scylliten ad coquendũ, & ad corpus reficien
dum, itemq̃ ad veterem tussim, & ad stomachũ hoc mo
do condire oportet. Primũ ante dies quadraginta quàm

vinum voles vindemiare, scyllam legito, eamq; fecato quam tenuissime, sicut raphani radicē, taleolasq; sectas suspende in vmbra, vt adsiccentur. deinde cum aridæ erunt, in musti aminei sextarios. XLVIII. scyllæ aridę adde pondo libram, eamq; inesse patere diebus. XXX. postea eximito, & defecatum vinum in amphoras binas adijcito. Alij scribunt in musti sextarios. XLVIII. scyllæ aridæ pondo libram, & quadrantem adijci oportere. qđ & ipsum non improbo, alij hoc ipsum scyllæ pondus, quod supra dixi, in aceti duas vrnas adijciunt, et per XL. dies inesse patiuntur.

De *aceto scyllitico.* Cap. XXXIIII.

QVI scylliticum acetum facere volunt, decem bambatæ in tres amphoras musti mitis, aceti acris congiū, aut duplum, si non est acre, & in ollam, quæ fert amphoras, tres, decoquis ad palmum. ideſt ad quartas, aut si nō dulce mustum ad tertias dispumetur. sed mustū de submassa. & limpidum sit.

*Vinum absynthiten, & hyssopiten, & abrotoniten, & reliquarum notarū quomodo facias.* Ca. XXXV.

VINVM absynthiten, & hyssopiten, et abrotoniten, & thymiten, & maratriten, & glyciriziten sic condire oporter. Pontici absynthij pondo libram cum musti sextarijs. IIII. decoque vsq; ad quartas. reliquū, quod erit, id frigidum adde in musti aminei vrnam. idem ex reliquis rebus, quæ suprascripta sunt, facito. possunt etiam puleij aridi tres libræ cum congio musti ad tertias decoqui. & cum refrixerit liquor, exempto puleio in vrnam musti adijci. idq; mox tussientibus per hyemē recte datur. vocaturq; vini nota glechonites.

De *musto tortiuo.* Cap. XXXVI.

MVSTVM tortiuum est, quod post primam pressuram vinaceorum circunciso pede exprimitur. in mustū conijcies in amphoram nouam, & implebis ad summū



tū adijcies ramulos rorismarini aridi lino colligatos, & patieris vnà deferuescere perdies septē. deinde eximes ramulorū fasciculū, & purgatū diligēter vinū gypsabis. sat erit aūt rorismarini sesquilibrā in duas vrnas musti adijcere. hoc vino post duos menses possis pro remedio vti.

*Vinum simile græco facere.* Cap. XXXVII.

VVAS præcoquas quammaturissimas legito, easq; p triduum in Sole siccato, quarto die calcato, & mustum, quod nihil habeat ex tortiuo, conijcito in seriam, diligēterq; curato, vt cum deferbuerit, fecis expurgentur, deinde quinto die, cum purgaueris mustum, salis cocti, & cribrati duos sextarios, vel quod est minimū, adijcito vnū sextarium in sextarios musti. XLIX. Quidam etiam defruti sextarium miscent. nonnulli etiam duos adijciunt, si existimant vini notam parum esse firmam.

*Vinū myrtiten quomodo facias.* Cap. XXXVIII.

VINVM myrtiten ad tormina, & ad alui proluuiem, & ad imbecillum stomachum sic facito. Duo sunt genera myrti, quorum alterum est nigrum, alterum album. Nigri generis bacæ, cum sunt maturæ leguntur, & semina earum eximuntur, atq; ipsæ sine seminibus in sole siccantur, & in fictili fidelia sicco loco reponuntur. deinde per vindemiā ex vetere arbusto, vel, si id non est, ex vetustissimis vineis amineæ bene maturæ vuæ Sole calido leguntur, & ex his mustum adijcitur in seriam, & statim primo die ante quàm id ferueat, bacæ myrti, quæ fuerāt repositæ, diligenter conteruntur, & totidem earū libræ contusarū appenduntur, quot amphoræ condiri debent. tum exiguum musti sumitur ex ea seria, quam medicaturi sumus, & tanquam farina conspergitur, quicquid cōtusum, & appensum est. post hęc complures ex ea massulę fiunt. & ita per latera serię in mustū demittuntur, ne altera offa sup alteram perueniat. cum deinde bis mustum deferbuerit, & bis curatum est, rursus eodē modo, & tantundem ponderis bacæ, sicut supra dixi, contunditur,

Universidad de Deusto
Biblioteca



nec iam vt prius massulæ fiunt, sed in labello mustũ de eadem seria sumitur, prædicto ponderi permiscetur, sic vt sit instar iuris crassi, quod cum est permistum, in eandem seriam confunditur, et rutabulo ligneo peragitatur. deinde post nonum diem quàm id factum est, vinũ purgatur, & scopulis aridę myrti seria suffriatur, operculúmq; superimponitur, nequid eò decidat. Hoc facto, post septimum diem rursus vinũ purgatur, & in amphoras bene picatas. & bene olidas diffunditur. sed curandum est, vt cum diffundis, liquidum, & sine fece diffundas. Vinũ aliud myrtiten, sic temperato. mel atticum ter inferuere facito, & toties dispumato. vel si atticum non habueris, quamoptimum mel eligito, & quater, vel quinquies dispumato. nam quanto est deterius, tanto plus habet spurcitiæ. cum deinde mel refrixerit, bacas albi generis myrti quammaturissimas legito, & perfricato, ita ne interiora semina conteras. mox fiscello ligneo inclusas exprimito, succumq; earum, qui fit sextariorum sex cũ mellis decocti sextario immiscето, & in lagunculam diffusum oblinito. sed hoc mense Decembri fieri debebit, quo ferè tẽpore matura sunt myrti semina. custodiendumq; erit, vt ante quàm bacæ legantur, si fieri potest, septem diebus, sin autem ne minus triduũ serenum fuerit, aut certe non pluerit, et ne rorulentæ legantur cauendum. multi nigrã, vel albam myrti bacam, cum iam maturuit, distringũt, & duabus horis eam cum paululum in vmbra expositã siccauerunt, perterunt ita, vt quantum fieri potest, interiora semina integra permaneant. tum per lineum fiscũ, quod pertriuerant, exprimunt, & per colũ iunceũ liquatum succum lagunculis bene picatis condunt, neq; melle, neq; alia re vlla immista. hic liquor non tam est durabilis, sed quandiu sine noxa manet, vtilior est ad valetudinem quàm alterius myrtęe notæ compositio. sunt qui hunc ipsum expressum succum, si sit eius copiosior facultas, in tertiam partem decoquant, & refrigeratum picatis lagunculis condant. sic confectum diutius permanet.



sed quod non decoxeris, poterit innoxium durare biennio, si modo munde, & diligenter id feceris.

## *Passum quemadmodum fiat.* Cap. XXXIX.

PASSVM optimum sic fieri Mago præcipit, vt & ipse feci. Vuam præcoquem bene maturam legere, acina arida, aut vitiosa reijcere, furcas vel palos, qui cannas sustineant, inter quaternos pedes figere, & perticis iugare. Tum insuper cannas ponere, & in sole pandere vuas, & noctibus tegere, ne irrorentur. Cum deinde exaruerint acina decerpere, & in dolium, aut in seriam conijcere. eodem mustum quamoptimũ, sic vt grana submersa sint, adijcere. vbi combiberint vuę, secq; impleuerint, sexto die in fiscellã conferre, & prælo premere, passumq; tollere. Postea vinaceos calcare adiecto recentissimo musto, qđ ex alijs vuis factum fuerit, quas per triduum insolaueris. tũ pmiscere, & subactã brisam prelo subijcere, passumq; secundarium statim vasis oblinitis includere, ne fiat aut fierius. deinde post viginti, vel triginta dies, cum deferbuerit, in alia vasa deliquare, & cõfestim opercula gypsare, & pelliculare. Passum si ex vua apiana facere volueris, vuam apianam integram legito. acina corrupta purgato, & secernito. Postea in perticis suspendito. perticæ vti semper in sole sint facito. vbi satis corrugata erunt acina demito, & sine scipionibus in dolium conijcito, pedibusq; bene calcato. vbi vnum tabulatum feceris, vinũ vetus conspergito. postea alterum supercalcato, & item vinum conspergito, eodem modo tertium calcato, & infuso vino ita superponito, vt supernatet, & finito die quinq;, postea pedibus proculcato, & in fiscina noua vuas premito. Quidam aquã cœlestem veterem ad hunc vsum præparant, & ad tertias decoquunt. deinde cũ sic vuas vt supra scriptum est, passas fecerunt, decoctã aquã pro vino adijciunt, & cętera similiter administrant. hoc vbi lignorum copia est, vilissime constat, & est in vsu vel dulcius, quàm superiores notæ passi.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Lora optima quomodo fiat.* Cap. XL.

QVANTVM vini vno die feceris, eius partem decimam quod metretas efficiat consyderato, & totidem metretas aquæ dulcis in vinacea, sed quib⁹ vnius diei vinum expressum erit, addito. eodem & spumas defruti, si ue sapæ, & fecē ex lacu confundito, & permisceto, eamq; intritam macerari vna nocte sinito. postero die pedib⁹ proculcato, & sic permistam prælo subijcito. quod dein de fluxerit aut dolijs, aut amphoris condito, & cum deferbuerit, obthurato. Commodius autem seruatur in amphoris. Hanc ipsam loram M. Columella ex aqua vetere faciebat, et nonnunq; plus biennio innoxiā seruabat.

*Mustum lixiuum quomodo fiat.* Cap. XLI.

MVSTVM lixiuum de lacu statim tollito. hoc autē erit, quod distillauerit, ante quàm nimium calcetur vua, sed de arbustiuo genere, quod sicco die legeris id facito, conijcies in vrnam musti mellis optimi pondo. X. & diligenter permistum recondes in lagæna, eamq; protinus gypsabis, iubebisq; in tabulato reponi, si plus volueris facere. pro portiōe qua supra mel adijcies. post trigesimum & alterum diem lagænam aperire oportebit, & in aliud vas mustum eliquatum oblinire, atq; in furnum reponere. Conditura ex cydoneis fit hoc modo. In cacabo figuli nouo, vel in stagneo coquitur musti arbustiui aminei vrna, & mala cydonea grandia expurgata viginti, & integra mala dulcia granata, quæ punica vocantur, & sorba non parmitia diuisa exemptis semi nibus, quæ sint instar sextariorum trium. hæc ita coquūtur, vt omnia poma deliquescant cum musto, et fit puer, qui spatha lignea, vel arundine pmisceat poma, ne possint aduri. deinde cum fuerint decocta, vt non multum iuris supersit, refrigerantur, & percolantur, eaq;, quæ in colo subsiderunt, diligenter contrita leuigantur, & iterū in suo sibi iure lento igni, ne adurantur, carbonibus decoquuntur, donec crassamen in modū fecis existat. prius



tamē quàm de igne medicamentum tollatur, tres heminæ roris syriaci contriti, & cribrati super omnia adijciuntur, & spatha permiscentur, vt coeant cum cæteris. Tum refrigeratum medicamentum adijcitur in vas fictile nouum picatum, idq; gypsatum alte suspenditur, ne pallorem trahat.

*De caseo condendo.* Cap. XLII.

CASEI aridi ouilli proximi anni frusta ampla facito, & in picato vase componito. tum optimi generis musto adimpleto, ita vt superueniat, & sit ius aliquanto copiosius. quàm caseus. nam caseus cōbibit, & fit vitiosus, nisi mustum semper supernatet. vas autem, cum impleueris, statim gypsabis. deinde post dies. xx. licebit aperiri, & vti qua voles adhibita conditura, est autem etiam per se non inlucundus.

*Vuæ ollares quemadmodum componantur, & seruentur.* Cap. XLIII.

VVAS bumastos, vel duracinas, vel purpureas cū decsecueris à vite, continuo pediculos earum impicato dura pice. deinde labellum fictile nouum impleto paleis quam siccissimis cribratis, vt sine puluere sint, & ita vuas supponito. tum labello altero adoperito. & circumlinito luto paleato, atq; ita in tabulato siccissimo cōpositā labra paleis siccis obruito. Ois autē vua sine noxa seruari potest, si luna decrescēte, & sereno cœlo post horam quartam, cum iam insolata est, nec roris quicquā habet, viti detrahatur. sed ignis in proximo decumano fiat, vt pix ferueat, in qua pediculi vuarum statim demittantur. In dolium bene picatū defruti amphoram conijcito, deinde transuersos fustes spisse arctato, ita vt defrutum non contingant. tum superponito fictiles nouas patinas, & in his sic vuam disponito, vt altera alterā nō cōtingat. tum opercula patinis imponito, & linito. deinde alterū tabulatum, & tertium, & quandiu magnitudo patitur

Universidad de Deusto
Biblioteca



dolij similiter instruito, & eadem ratione vuas compo-
nito. deinde picatum operculum dolij defruto large lini
to, & impositum cinere obthurato. nonnulli adiecto de
fruto contenti sunt transuersas perticas arctare, et ex his
vuas ita suspendere, ne defrutū contingant. deinde oper-
culum impositum oblinire. quidam vuas, cum ita, vt su-
pra dixi, legerūt, doliola noua sine pice in Sole siccāt. de
inde cum ea in vmbra refrigerauerunt, furfures ordea-
ceos adijciunt, & vuas ita superponunt, vt altera alterā
non comprimat. tum generis eiusdē furfures infundunt,
& alterum tabulatum vuarum eodem modo collocant.
idq; faciunt vsq; dum doliū alternis furfuribus, & vuis
compleāt. mox opercula imposita linunt, & vuas siccis-
simo frigidissimoq; tabulato reponunt. quidam eadem
ratione arida populnea, vel abiegna scrobe virides vuas
custodiunt. nonnulli sicco flore gypsi obruunt vuas,
quas non nimium maturas vitibus detraxerunt. Alij cū
legerunt vuam, siqua sunt in ea vitiosa grana, forficibus
amputant, atq; ita in horreo suspendunt, in quo triticū
suppositū est. sed hęc ratio rugosa facit acina, & penè tā
dulcia quam est vua passa. M. Columella patruus meus
ex ea creta, qua fiunt amphoræ, lata vasa in modum pa-
tinarum fieri iubebat. eaq; intrinsecus, & exterius crasse
picari. quæ cum præparauerat, tum demum purpureas,
& bumastos, & numissianas, & duracinas vuas legi præ-
cipiebat, pediculosq; earum sine mora in feruentem pi-
cem demitti, & in prædictis patinis separatim sui cuius-
que generis ita componi, ne vuæ inter se contingerent.
post hoc opercula superponi, & oblini, crasso gypso. tū
demum pice dura, quę igni liquata esset, sic picari ne quis
humor transire posset. tota deinde vasa in aqua fonta-
na, vel cisternina ponderibus impositis mergi. nec vllā
partem earum pati extare. sic optime seruatur vua. Sed
cum est exempta, nisi eo die consumitur, accessit. Nihil
est tamen certius, quàm vasa fictilia facere, quæ singulas
vuas laxe recipiant, ea debent quatuor ansas habere, qui-



bus illigata viti dependeāt. itemq; opercula eorū sic for
mari, vt media diuisa sint, vt cū suspensa vasa singulas
vuas receperint, ex vtroq; latere apposiri operculi duæ
partes coeant, & contegant vuas. & hæc vasa, & opercu
la extrinsecus, & intra diligenter picata esse debebunt. de
inde cū contexerunt vuas luto paleato multo adoperiri,
sed vuæ dependentes à matre sicin pultarios condi debe
bunt, ne quæ partes vasa contingant. Tempus autē, quo
includi debent, id ferè est, quo adhuc siccitatibus, & sere-
no cœlo crassa, variaq; sunt acina. Illud in totū maxime
præcipimus, ne in eodē loco mala, & vuę conponantur,
neue in vicino, vnde odor malorū possit ad eas perueni
re. nā huiusmodi halitu celeriter acina corrumpuntur. &
tamen custodiendorū pomorū rationes, quas retulim⁹,
nō oēs oībus regionibus aptæ sunt, sed pro cōditione lo
corū, & natura vuarū aliæ alijs cōueniunt. antiqui plerū
q; sircitulas & venuculas. & maiores amineas, & galli-
cas, quæq; maiores, & duri, & rari acini erant, vasis con
debant. nunc autē circa vrbē maxime ad hunc vsum nu
misianæ probantur. hæc sereno cœlo, cū iam sol rorem
sustulit, quarta, vel quinta hora (si modo Luna decres-
cat, & sub terris est) modice maturæ lectissimæ leguntur
deinde in cratibus ita ponuntur, ne altera alteram colli-
dat. tum demum sub tectum referuntur, & arida, vel viti
osa grana forficibus amputantur, & cum paululum sub
vmbra refrixerint, ternæ, aut etiam quaternæ pro capaci
tate vasorū in ollas demittuntur, & opercula diligenter
pice obthurantur, ne humorem transmittant. tum vina
ceorum pes bene prælo expressus proruitur, & modice
separatis scipionibus, resolutaq; intrita folliculorum in
dolio substernitur. & deorsum versus spectantes ollæ cō
ponuntur, ita distantes, vt interculcari possint vinacea,
quæ cū diligenter conspissata primū tabulatū fecerunt,
aliæ ollæ eodem modo componuntur, expleturq; secun-
dum tabulatū, deinde similiter doliū completur tabula-
tis ollarū, spissęq; vinaceis inculcātur. mox vsq; ad sum

mum labrum vinaceæ condensantur, & statim operculo superposito cinere in modum gypsi temperato dolium linitur. Monendus tamen erit, qui vasa empturus est ne bibulas, aut male coctas ollas emat. Nam vtraq; res transmisso humore vitiat vuam. quinetiam oportebit, cum ad vsum promuntur ollæ, tota singula tabulata detrahi. nam conspissata vinacea, si semel mota sunt, celeriter acescunt, & vuas corrumpunt.

## *Mala granata quemadmodum seruentur.* Cap. XLIIII.

SEQVVNTVR vindemiã rerũ autumnaliũ cõpositiones, quæ & ipsæ curã villicæ distendũt. Nec ignoro plurima in hunc librũ non esse collata, quę C. Matius diligentissime persecutus est. Illi enĩ propositũ fuit vrbanas mẽsas, & lauta conuiuia instruere. Libros tres edidit, quos inscripsit nominibus coci, & cetarii, & salgamarii. nobis tamen abunde sunt ea, quę ex facili rusticæ simplicitati non magna impensa possunt contingere. Vti sunt in primis oĩm generũ mala. Quidã, vtà granatis incipiã, pediculos punicorũ, sicuti sunt, in arborẽ torquẽt, ne pluuijs mala rumpantur, & hiantia dispereant, eaq; ad maiores ramos religant, vt immota permaneant. deinde sparteis restibus arborem cludunt, ne aut coruis, aut cornicibus, alijsue auibus pomum laceretur. nõnulli vascula fictilia dependentibus malis aptant, & illita luto paleato arboribus hærere patiuntur. alij fœno, vel culmo singula inuoluunt, & insuper luto paleato crasse linunt, atq; ita maioribus ramis illigant, ne, vt dixi, vento commoueantur. sed hæc omnia, vt dixi, sereno cœlo admini strari sine rore debent. quæ tamen aut facienda nõ sunt, quia lædunturarbusculæ. aut certe non continuis annis vsurpanda, præsertim cum liceat etiam detracta arboribus eadem innoxia custodire. Nam & sub tecto fossulæ tripedaneæ siccissimo loco fiunt, eoq; cum aliquantũ terræ minutæ repositum est, infiguntur sambuci ramuli. deinde sereno cœlo granata leguntur cum suis pediculis, & sambuco inseruntur, quoniam sambucus tam apertam, & laxam medullam habet, vt facile malorum pediculos recipiat. sed cauere oportebit, ne minus quatuor digitis à terra absint, & ne inter se poma contingant. Tum factæ scrobi operculum imponitur, & paleato luto circumlinitur, eaq; humo, quæ fuerat egesta, superaggeretur. Hoc idẽ in dolio fieri potest, siue quis volet resolutam terrã vsq; ad dimidiũ vas elicere, seu, quod quidã malũt fluuialem arenã cæteraq; eadem ratione peragere. Pœnus quidem Mago præcipit aquam marinã vehemẽter cale fieri, & in ea mala granata lino, spartoue illigata paulum demitti, dum decolorentur, & exempta per triduum in sole siccari, postea loco frigido suspendi, & cum res exegerit, vna nocte, & postero die vsq; in eam horam, qua fuerit vtendum, aqua frigida dulci macerari. Sed & idẽ author est creta figulari bene subacta recentia mala crasse illinire, & cum argilla exaruit, frigido loco suspendere. Mox cum exegerit vsus, in aquam demittere, & cretã resoluere. Hæc ratio tanquam recentissimum pomum custodit, idem iubet Mago in vrceo nouo fictili substernere scobem populneam, vel iligneam, & ita disponere, vt scobs inter se calcari posit. Deinde facto primo tabulato rursus scobem substernere, & similiter mala disponere. donec vrceus impleatur, qui cum fuerit repletus, operculum imponere, & crasso luto diligenter oblinire. Omne autem pomum, quod in vetustatem reponitur, cum pediculis suis legendum est, sed, si sine arboris noxa fieri possit, etiam cum ramulis. nam ea res plurimum ad perennitatem confert. Multi cum ramulis suis arbori detrahunt, & creta figulari cum diligenter mala obruerũt, in Sole siccant. deinde siqua rimã creta facit, luto linunt, & assiccata frigido loco suspendunt.



## *Mala orbiculata, festiana, melimela, & alia genera quomodo seruantur.* Cap. XLV.

MVLTI Eadẽ ratione, qua granata, in scrobibus, vel

Universidad de Deusto
Biblioteca



dolijs seruant cydonia. Nonnulli folijs ficulneis illigant, deinde cretam figularem cum amurca subigunt, & ea linunt mala, quæ cum siccata sunt, in tabulato frigido loco, & sicco reponunt. Nonnulli hæc eadem in patinas nouas sicco gypso ita obruunt, vt altera altera non contingant. nihil tamen certius, aut melius experti sumus, q̃ vt cydonia maturissima integra sine macula, & sereno cœlo decrescente Luna legantur, & in lagæna noua, quæ sit patentissimi oris detersa lanugine, quæ malis inest, componantur leuiter, & laxe, ne collidi possint. deinde cum ad fauces vsq; fuerint composita, vimineis surculis sic transuersis arctentur, vt modice mala comprimant, nec patiantur ea cũ acceperint liquorẽ, subleuari. tũ quã optimo, & liquidissimo melle vas vsq; ad summũ ita replebatur, vt pomũ submersum sit. Hæc ratio non solũ ipsa mala custodit, sed etiã liquorẽ mulsei saporis præbet, qui sine noxa possit interdũ dari febricitantibus, isq; vocatur melimeli. sed cauendũ est, ne quæ in melle custodire volueris, immatura mala condantur, quoniã cruda si lecta sunt, ita indurescant, vt vsui non sint. illud vero, qd̃ multi faciunt, vt ea diuidant osseo cultro, & semina eximant, quod putent ex eis pomũ viciari, superuacuũ est, sed ratio, quã nunc docui, adeo quidẽ certa est, vt etiã si vermiculus inest, non amplius tñ corrumpantur mala, cũ prędictũ liquorẽ acceperint. nã ea mellis est natura, vt coerceat vitia, nec serpere ea patiatur, qua ex causa etiã exanimũ corpus hoïs per annnos plurimos innoxiũ cõseruat. itaq; possunt alia genera malorũ sicuti orbiculata, sestiana, melimela, matiana hoc liquore custodiri, sed quia videntur in melle dulciora fieri sic condita, nec priũ saporẽ conseruare, arculæ faginęæ, vel etiã tiliaceæ, quales sunt, in q̃bus vestimẽta forensia cõdũtur, huic rei paulo ampliores præparari debent, eæq; in tabulato frigidissimo, & ficcissimo loco, quo neq; fumus, neq; teter perueniat odor, collocãtur. deinde substrata prædicta poma sic cõponi, vt flosculi sursum pediculi deorsum spectẽt, quẽadmodũ etiã in arbore nata sunt, & ne inter se alterũ ab altero cõtingatur. Ita obseruãdũ, est vt vnũqd̃q; genus separatim proprijs arculis reponatur. nã cũ vnà clausa sunt diuersa genera inter se discordant, & celerius vitiãtur. Propter qd̃ etiã conseminaliũ vinearũ, nõ tã est firmũ vinũ, q̃ si per se syncerũ amineũ, vel apianũ, aut etiã fecinũ condideris. verũ sic, vt prædixi, cũ diligẽter mala fuerint cõposita, operculis arcularũ cõtegãtur, & luto paleato linantur opercula, ne introire spiritꝰ possit. atq; ea ipsa nõnulli sicut in alijs generibus, vt supra iã diximus, populnea qdã, etiã abiegna scobe interposita, mala custodiunt. Hæc tñ poma nõ matura, sed acerbissima legi debent.

## De conditura inulæ. Cap. XLVI.

INVLAE conditura sic fiet, cũ eius radicem mense Octobris (quo maxime matura est) è terra erueris, aspero linteolo, vel etiã cilicio detergito quicquid arenæ inhęrebit. deinde acutissimo cultello summatim eradito, & quæ plenior radicula fuerit, pro modo crassitudinis in duas, vel plures partes digiti longitudine diffindito. deinde ex aceto modice in cacabo æneo coquito, ita ne taleolæ inuri possint. Post hæc in vmbra triduo siccentur, & ita in fideliam picatam recondantur, adiecto passo, vel defruto, quod supernatet, spissamentoq; cunilæ imposito contectum vas pelliculetur. Alia inulæ conditura. Cũ radices eius raseris taleolas, vt supra, facito, & in vmbra triduo, vel etiam quatriduo siccato. deinde siccatas in vasis sine pice, interiecta cunila conijcito, cunila imposita, sex partibus aceti vna pars sapæ misceatur cum hemina salis cocti, vt hoc iure macerentur taleolæ, donec quamminimum amaritudinis resipiant. Postea exemptæ iterum siccentur per dies quinq; in vmbra. tum crassamentũ vini feculenti, nec minus, si sit, mulsi, & vtriusq; eorũ quartã partem boni defruti confundito in ollã, quæ cũ inferbuerit, taleolas inulæ adijcito, & statim ab igne

remoueto, ac rudicula lignea peragitato, donec perfectæ refrigescat. Postea transfundito in fideliam picatã, operculo tegito, tumq; pelliculato. Tertia eiusdẽ inulæ condi tura. Cũ radiculas diligenter eraseris minute conscisas in muria dura macerato, donec amaritudinẽ dimittant. deinde effusa muria sorba quãoptima, & maturissima semine detracto contere, & cum inula misce, tũ siue passum, seu q̃optimũ defrutũ adijcito, & vas obthurato. Quidã, cũ condiuerunt inulã, muriaq; macerauerunt, exsiccãt, & malis cydoneis tritis, quæ in defruto, vel melle decoxerant, miscent, atq; ita superfundunt passum, vel defrutũ, & vas operculatum pelliculant.

## *Sampsa quemadmodum fiat.* Cap. XLVII.

ACERBAM pauseam mense Septembri, vel Octobri, dum adhuc vindemia est, contunde, & aqua calida paululum maceratam exprime, fœniculiq; seminibus, & lentisci cum cocto sale modice permistam reconde in fideliam, & mustum q̃recentissimũ infunde. Tũ fasciculũ viridis fœniculi superpositum merge, vt oliuæ premantur, & ius superemineat. Sic curata oliua tertio die possis vti. Albam pauseam, vel orchitem, vel radiolum, vel regiam dum contundes, primum quanq;, ne decoloretur, in frigidam muriam demerge, cuius cum tãtũ paratæ habueris, quãtum satis fuerit implendæ amphoræ, fœniculi aridi, fasciculũ substerne in imo. deinde viridis fœniculi semina, & lentisci districta, & purgata in vrceolo habeto. tum exemptã de muria oliuam exprimito, & permistã prædictis seminibus in vas adijcito. deinde cũ ad fauces peruenerit eius, fœniculi aridi fasciculos superponito, & ira recentis musti duas partes, & vnã duræ muriæ permistas adijcito. Hac conditura compositis oliuis toto anno cõmode vteris. Quidã oliuã nõ cõtundũt sed acuta arundine insecãt, idq; operosius quidẽ, sed melius est, quia hæc cãdidior est oliua, q̃ ea, quæ ex cõtusione liuorẽ contrahit. Alij siue cõtũderint, siue insecuerint oliuas, modico sale cocto, & prædictis seminibus immiscent. deinde sapã, vel passum, vel, si est facultas, mellam infundunt. Mella autem quomodo fiat paulo antè hoc ipso libro præcepimus. Cætera omnia similiter administrant. Posias oliuas, vel regias sine macula quam candidissimas manu districtas eligito. deinde substrato fœniculo arido in amphoram cõijcito, intermistis seminibus lentisci, nec minus fœniculi, & cum ad fauces vas repleueris, adijcito muriam duram. tum spissamento facto de arundinum foliis, oliuam premito, vt infra ius mersa sit. & iterum infundito muriam duram, dum ad summũ amphoræ labrum perueniat. At hæc oliua per se parum iucunda est, sed ad eas condituras, quæ lautioribus mensis adhibentur, idonea maxime est. nam cum rex exigit, de amphora promitur, & cõtusa recipit quamcunq; volueris condituram. Plericq; tamẽ sectiuum porrum. & rutam cum apio tenero, & mentam minute concidunt, & contusis oliuis miscent. deinde exiguum aceti piperati, & plusculum mellis, aut mulsi adijciunt, oleoq; viridi irrorant, atq; ita fasciculo apij viridis contegitur. Quidã sic lectæ oliuæ in modios singulos ternas heminas salis permiscent, & adiectis seminibus lentisci, fœniculoque substrato amphoram vsq; ad fauces replent oliuis. deinde aceto non acerrimo infundunt, & cum iam penè amphoram impleuerunt, fœniculi spissamento deprimunt bacam, & rursus acetum vsq; ad summũ labrum adijciunt. Postea quadragesimo die omne ius defundunt, & sapæ, vel defruti tres partes cum aceti vna permiscent, & amphorã replent. Est et illa probata compositio, vt cũ muria dura pausea alba maturuerit, oẽ ius defundatur, et immistis duabus partibus defruti, cum aceti vna, repleatur amphora. Eadem conditura posset etiam regia componi, vel orchita. Quidam vnam partem muriæ, & duas aceti miscent, eoq; iure oliuas poseas colymbadas faciunt. quibus si per se quis vti velit, satis iucundas experietur, quamuis & hæ, cum exeunt de muria, condituram

Universidad de Deusto
Biblioteca



qualemcunq; recipere possunt. Oliuę poscę, cũ iam decolorantur, ante q̃ miteſcãt, cũ petiolo leguntur, & in oleo quamoptimo ſeruantur. Hęc maxime nota etiã poſt annũ repræſentat viridẽ ſaporẽ oliuarũ. Nonnulli etiã cum de oleo exemerũt, trito ſale aſperſas pro nouis apponũt. eſt & illud conditurę genus, quod in ciuitatibus græcis plerunq; vſurpatur, idq; vocãt epityrũ. oliua pauſea, vel orchita cum primũ ex albo decoloratur, fitq; luteola, ſereno cœlo manu deſtringitur, & in vannis vno die ſub vmbra expanditur. & ſiqui adhærẽt pædiculi, foliaq;, aut ſurculi leguntur. poſtero die cribratur, & nouo fiſco inclusa prælo ſupponitur, vehementerq; premitur, vt exudet quantulumcunq; habet amurcæ. Patimur autẽ nonnunq̃ tota nocte, & poſtero die pondere preſſam bacã velut exaniari, tum reſolutis corticulis eximimus eã, & in ſingulos modios oliuæ triti ſalis cocti ſingulos ſextarios infundimus. itemq; lentiſci ſemen, rutæq;, & fœniculi folia ſub vmbra ſiccata. quæ vti ſatis videntur conciſa minute, admiſcemus, patimurq; horis tribus, dum aliqua tenus baca ſalẽ combibat. tum ſuperfundimus boni ſaporis oleum, ita vt obruat oliuã, & fœniculi aridi faſciculũ deprimimus, ita vt ius ſupernatet. Huic aũt conditurę vaſa noua fictilia ſine pice præparantur. quæ ne poſſint oleũ ſorbere, tanq̃ oliuariæ matretæ imbuuntur liquamine, tũ demũ & aſſiccantur. Sequitur aũt frigus hyemis, p quod oliuitas, ſicut vindemia, curã villicæ repetit.

## *Nigræ oliuæ conditura.* Cap. XLVII.

PRIVS itaq; (quoniã inchoauimus) de condituris oliuarum præcipiemus, ac ſtatim conficiendi olei rationẽ ſubijciemus. Pauſeæ bacæ, vel orchitæ, nonnullis regionibus etiam næuiæ conuiuiorũ epulis præparantur. Has igitur, cum iam nigruerint, nec adhuc tamen permaturæ fuerint, ſereno cœlo diſtringere manu conuenit, lectasq; cribrare, & ſecernere, quæcunq; maculoſæ, ſeu vitioſæ, minoriſue incrementi videbuntur. deinde in ſingulos



modios oliuæ ſalis integri ternas heminas adijcere. & in vimineos qualos cõfundere ſuppoſito copioſo ſale, ita vti oliuas contegat, ſicq; triginta dies pati conſudaſcere, atq; omnem amurcã extillare, poſtea in alueum diffundere, mundaq; ſpongia ſalem, ne permaneat, detergere, tum in vas adijcere, & ſapa, vel defruto amphorã replere ſuperpoſito ſpiſſamento aridi fœniculi, quod oliuã de primat. Pleriq; tamen tres partes defruti, aut mellis, & vnã miſcent aceti, aliqui duas partes, & vnã aceti, & eo, quo condiunt, iure. Quidam, cum oliuam nigram legerunt, eadem portione, qua ſupra, ſaliunt, & ſic collocant in qualis, vt immiſtis ſeminibus lentiſci alterna tabulata oliuarũ, & ſalis vſq; in ſummũ componunt. deinde poſt quadraginta dies cum oliua quicquid habuit amurcæ exſudauit, i alueũ defundũt, & cribratã ſeparãt ab ſeminib⁹ lentiſci, ſpongiaq; detergent, nequid adhæreat ſalis. tũ in amphorã confundunt adiecto defruto, vel ſapa, vel etiã melle, ſi eſt copia, cæteraq; ſimiliter faciunt. In ſingulos modios oliuę ſingulos ſextarios maturi ſeminis aniſi, lentiſciq;, & ternos cyathos ſeminis fœniculi. ſi id non eſt, ipſum fœniculum conciſum quantũ ſatis videbitur, adijci oportet. deinde in ſingulis modijs oliuarũ ſalis cocti, & nõ moliti ternas heminas admiſceri, & ita in amphoris condi, casq; faſciculis fœniculi obthurari. & quotidie per terram volutari. deinde tertio quoq;, aut quarto die quicquid amurcæ ineſt mitti. Poſt. xl. dies in alueum diffundi, & à ſale tantummodo ſeparari, ſic ne ſpongia detergeantur oliuæ, ſed ita vt erunt exemptæ, maſſulis ſalis miſtis in amphoram condantur, & ſpiſſamentis impoſitis ad vſus in cællam reponantur. Maturã oliuã in ſtatura factam colymbadem, de muria tollito, ſpongia tergito. deinde canna viridi ſcindito duobus, vel tribus locis, & triduo in aceto habeto, quarto die ſpongia extergito, in vrceum, aut cacabum nouum mittito ſubſtrato apio, & modica ruta. Conciſis deinde pleno vaſe oliuis immitte defrutum vſq; ad os. Lauri turiones in hoc vſu

Universidad de Deusto
Biblioteca



mittito, vt oliuas deprimant. post dies viginti vteré.

*Si rapa quomodo fiat.* Cap. XLIX.

OLIVA nigra maturissima sereno cœlo legitur, eaq; sub vmbra vno die in cannis porrigitur, & quæcunque est vitiosa, baca separatur. Item si qui adhæserant pediculi, adimuntur, foliaq;, et surculi, quicunq; sunt intermisti, eximuntur. Postero die diligenter cribratur, vt siquid ineest stercoris separetur. deinde intrita oliua nouo fisco includitur, & prælo subijcitur, vt tota nocte exprimatur. Postero die inijcitur quammundissimis molis suspensis. ne nucleus frangatur. Et cū est in sampsam redacta, tunc sal coctus, tritusq; manu permiscetur cum cæteris aridis condimentis. Hæc autem sunt, carenum, cyminū, semen fœniculi, anisum ægyptium. Sat erit aūt totidē heminas salis adijcere, quod sunt modij oliuarum, & oleum superfundere, ne exaresc̄at. Idq; fieri debebit, quotiescunq; videbitur assiccari. Nec dubiū est, quin optimi saporis sit, quæ ex oliua posia facta est. Cæterū supra duos menses sapor eius non pmanet integer. Videntur aūt alia genera huic rei magis esse idonea, sicut liciniæ. & culminęę. Veruntamen habetur præcipua in hos vsus olea calabrica, quam quidā propter similitudinē oleastellum vocant.

*Oleum quemadmodum fiat.* Cap. L.

MEDIA est oliuitas plerunq; initium mensis Decembris. Nam & ante hoc tempus acerbum oleum conficitur, quod vocatur æstiuum, & circa hunc mensem viride premitur, deinde postea maturum. Sed acerbum oleū facere patrisfamilias rationibus non conducit, quoniam exiguum fluit, nisi baca tempestatibus in terram decidit, & necesse est eā sublegere, ne à domesticis pecudibus, ferisue cōsumatur. Viridis aūt notę cōficere vel maxime expedit, cum & satis fluit, & pretio penè duplicat dñi reditum. Sed si vasta sunt oliueta, necesse est, vt aliqua pars eorum maturo fructui reseruetur. Locus autem, in quo confici oleum debeat, etiā descriptus est priore volumine. Pauca tamē ad rem pertinentia cōmemoranda sunt, quæ prius omiseram. Tabulatū, quo feratur olea, necessarium est, quamuis præceptum habeamus, vt vniuscuiusq; diei fructus molis, & prælo statim subijciatur. Veruntamen quia interdū immodica multitudo bacæ tortulariorum vincit laborem (si labor est) esse oportet pēsile horreum, quo imponantur fructus, idq; tabulatū simile esse debet granario, & habere lacusculos tā multos, q̄ postulabit modus oliuę, vt separetur, & seorsum reponatur vniuscuiusq; diei coactura. Horum lacusculorū solum lapide, vel tegulis oportet consterni, & ita decliue fieri, vt celeriter omnis humor per canales, aut fistulas defluat. nam est inimicissima oleo amurca, quæ si remāsit in baca saporem olei corrumpit. Itaq; cum lacus, quē admodum diximus, extruxeris, asserculos inter se distantes semipedalibus spatijs supra solum ponito, & cannas diligenter spisse textas inijcito, ita vt ne bacam transmittere queant, & oliuæ pondus possint sustinere. Iuxta omnes autem lacusculos, ea parte, qua defluet amurca, sub ipsis fistulis in modum fossularum concauum pauimentū, vel cauum lapidē esse oportebit, in quo consistat, & vnde exhauriri possit quicqd defluxerit. Præterea lacus, vel dolia præparata sub tecto habere oportebit, quę seorsum recipiant sui cuiusq; generis amurcam, siue quę syncera fluxerit, siue etiam quæ salem receperit, nam vtraq; vsibus plurimis idonea est. Oleo autē cōficiendo molæ vtiliores sunt, q̄ trapetū, trapetū, q̄ canalis, et solea. Molę q̄ facillimā patiuntur administrationem, quoniam pro magnitudine bacarum vel submitti, vel etiā eleuari possunt, ne nucleus, qui saporem olei vitiat, confringatur. Rursus trapetum plus operis, faciliusq;, quàm solea, & canalis efficit. Est & organum erectæ tribulæ simile, qđ tudicula vocatur. idq; non incōmode opus efficit, nisi q frequēter vitiatur, et si bacæ plusculū ingesseris, īpeditur. Pro cōditione tamē, & regionū consuetudine prædictæ machinæ exercentur, sed est optima molarum, tum eti-

Universidad de Deusto
Biblioteca



am trapeti. Hæc ante quàm de oleo conficiendo differe rem, præfari necesse habui. Nunc ad ipsam rem veniendum est, quanq̃ multa omissa sint, quæ sicut ante vindemiam, sic ante oliuitatem præparanda sunt tanq̃ lignorum copia, quæ multo ante apportanda est, ne cum res desyderauerit, operæ auocentur. Tum scalæ, corbulæ, decemmodiæ, trimodiæ satoriæ, quibus districta baca suscipitur, fisci, funes canabini, & spatei, conchę ferreæ, quibus depletur oleum, opercula, quibus vasa olearia conteguntur, spongiæ maiores, & minores, vrcei, quibus oleum progeritur, canneæ tegetes, quibus oliua excipitur, & siqua sunt alia, quæ nunc memoriam meã refugiunt. Hæc omnia, & multo plura esse debent, quoniã in vsu depereunt, & pauciora fiunt, quorum siquid suo tempore defuerit, opus intermittitur. Sed iam quod pollicitus sum exequar. Cum primum bacæ variare cœperint, & iã quædam nigræ fuerint, plures tamen albæ sereno cœlo manibus distringi oliuam oportebit, & substratis tegetibus, aut cannis cribrari, & purgari. Tum diligenter mundatam protinus in torcular deferri, & integram in fiscinis nouis includi, prælisq̃ subijci, vt quantum possit pauliſper exprimatur. Postea resolutis corticulis emoliri debebunt, adiectis binis sextarijs integri salis in singulos modios. Et aut regulis, si consuetudo erit regionis, aut certe nouis fiscinis sampsę exprimi. Quod deinde primũ defluxerit in rotundũ labrum (nam id melius est, quàm plumbeum quadratum, vel structile gemellar) protinus capulator depleat, & in fictilia labra huic vsui præparata defundat. Sint autem in cælla olearia tres labrorũ ordines, vt vnus primæ notæ, idest primæ pressurę oleum recipiat, alter secundæ, tertius tertiæ. Nam plurimum refert non miscere iterationem, multoq̃ minus tertiationem cum prima pressura, quoniam longe melioris saporis est, quod minore vi præli, quasi lixiuium defluxerit. cum deinde paululum in labris primis constiterit oleũ, eliquare id capulator in secunda labra debebit, & deinde



in sequentia vsq̃ ad vltima. nam quanto sæpius translatione ipsa ventilatur, & quasi exercetur, tanto fit liquidius, & amurca liberatur. Sat erit autem in singulis ordinibus tricena componi labra, nisi vasta fuerint oliueta, et maiorem numerum desyderauerint. Quod si frigoribus oleum cũ amurca cõgelabitur, plusculo sale cocto vtiq̃ vtendum erit. ea res resoluit oleum, & separat ab omni vitio. neq̃ verendum est, ne salsum fiat. nam quantumcunq̃ adieceris salis, nihilo minus saporem non recipit oleum. Solet autem ne sic quidem resolui, cum maiora frigora incesserunt, itaq̃ nitrum torretur, & contritum inspergitur, & commiscetur. ea res eliquat amurcã. Quidam, quamuis diligentes olearij bacam integram prælo non subijciunt, quod existimant aliquid olei deperire. nã cum præli pondus accepit. non sola exprimitur amurca, sed & aliquid secum pinguitudinis attrahit. Illud autem in totum præcipiendum habeo, vt neq̃ fumus, neq̃ fuligo quandiu viride oleum conficitur, in torcular admittatur, aut in cællam olearíam. nam est vtraq̃ res inimica huic rei, peritissimiq̃ olearij vix patiuntur ad vnam lucernam opus fieri. Quapropter ad eum statum cœli & torcular, & cælla oleria constituenda est, qui maxime à frigidis ventis auersus est, quoniã minime vapor ignis desyderatur. Dolia autem, & serię, in quibus oleum reponitur, non tantum eo tempore curanda sunt, cũ fructus necessitas cogit, sed vbi fuerint à mercatore vacuata, cõfestim villica debet adhibere curam, vt siquæ feces, aut amurcæ in fundis vasorum subsederint, statim emundẽtur, & nõ calidissima lixiuia, ne vasa cerã remittant, sed semel, atq̃ iterũ eluẽtur. eluantur. deinde aqua tepida leuiter manib⁹ defricẽtur, et sępius eluãtur, atq̃ ita spõgia oĩs humor assiccetur. Sunt qui cretã figulare in modũ liquidæ fecis aqua resoluant, & cum vasa lauerint, hoc quasi iure intrinsecus oblinant, & patiantur arescere. Postea cum res exigit, pura eluunt aqua, nonnulli prius amurca, deinde aqua vasa perluunt, & assiccant, tum consyde-

Universidad de Deusto
Biblioteca



rant nunquid ceram nouam dolia desyderent. nam ferè sexta quaq; oliuitate cerari oportere antiqui dixerunt, quod fieri posse non intelligo. Nam quemadmodū noua vasa si calefiant, liquidam cerā facile recipiant, sic vetera non crediderim propter olei succum, ceraturam pati. Quam tamen & ipsam ceraturam nostrorum temporū agricolæ repudiauerunt, existimaueruntq; satius esse noua dolia liquida gummi perluere, siccataq; suffumigare alba cera, ne pallorem capiant. Eamq; suffitionē semper faciendam iudicant quotiescunq; vel noua, vel vetera vasa curantur, & oleo nouo præparantur. Multi cum semel noua dolia, vel serias crassa gummi liuerunt, vna in perpetuum gummitione contenti sunt. Et sanè quæ semel oleum testa combibit, alteram gummitionem nō recipit. Respuit enim olei pinguitudo talem materiam, qualis est gummis. Post mensem Decembrem circa Calendas Ianuarias eadem ratione, qua superius, distringenda erit olea, & statim exprimenda. nam si reposita in tabulatum fuerit, celeriter concalescet, quoniam hyemalibus pluuijs amurcæ plus concipit, quæ est contraria huic rei. Cauendum est itaq;, ne ex ea fiat oleum cibariū. quod vno modo vitari poterit, si protinus illata de agro baca commolita, & expressa erit, quæ sic administrata fuerit, vt supra diximus. Plericq; agricolarum crediderunt, si sub tecto baca deponatur, oleum in tabulato crescere. quod tam falsum est, quàm in area frumenta crescere. idque mendacium vetus ille Porcius Cato sic refellit. Ait enim in tabulato corrugari oliuam, minoremq; fieri. Propter quod cum facti vnius mensuram rusticus sub tecto reposuerit, & post multos dies eam molere voluerit, oblitus prioris mensurę, quam intulerat, ex alio aceruo similiter sepositō quantū cuiq; mensurę defuit supplet. Eoq; facto videtur plus olei quieta, quam recens baca reddere, cum longe plures modios acceperit. Attamen si id maxime verum esset, nihilo minus ex pretio viridis olei plus quam multitudine mali contrahitur. quod & Cato dixit. Et sic quidem quicquid ponderis, aut mensuræ oleo accedit, si portionem velis in factum adiectæ bacæ computare, non proueniunt. sed detrimentum senties. Quapropter dubitare non debemus lectam oliuam, primo quoq; tempore cōmolere, præloq; subijcere. Nec ignoro etiam cibarium oleum esse faciendum. Nam vbi exesa vermiculis oliua decidit, vel tempestatibus, & pluuijs in lutum defluxit, ad præsidium aquę calidæ decurritur, ahenumq; calefieri debet, vt immundæ bacæ eluantur. Sed id nō feruentissima fieri oportet, verum modice calida, quo commodior gustus olei fiat. nam si excoctus est, etiam vermiculorum, cæterarumq; immunditiarum saporem trahit. Sed cum fuerit oliua elota, reliqua, sicut supra præcepimus, fieri debebunt. Piscis autem non ijsdem improbum & cibarium oleum premi oportebit. Nam veteres ad caducam oliuā, noui autem ordinario aprari oleo, semperq; cum expresserint facta, statim feruentissima debēt aqua bis, aut ter elui, deinde si sit profluens, impositis lapidibus, vt pondere pressi detineantur immergi. vel si nec flumen est, in lacu, aut piscina quā purissimæ aquæ macerari, & postea virgis verberari, vt sordes, fecesq; decidant. & iterum elui, siccariq;.



De *oleo gleucino*. Cap. LI.

QVAMVIS non erat huius temporis olei gleucini compositio, tamē huic parti voluminis reseruata est, ne parum opportune vini conditionibus interponeretur. hac aūt ratione confici debet. Vas olearium quammaximū, & aut nouum, aut certe bene solidū præparari oportet. deinde per vindemiam musti quā optimi generis, & q̄recentissimi sextarios sexaginta cū olei pondo octoginta in id cōfundi. tum aromata nō cribrata, sed ne minute quidem contusa, verum leuiter confracta in reticulū iunceum, aut lineū adijci, et ita cum saxi ponduſculo in olei, atq; musti partem demitti. Sint autem ijs portionibus pensata, quas infra subijcimus. calami, schœni, cardamomi, xilobalsami, corticis de palma fœnigręci vetere vino

macerati, & postea siccati, atq; etiam torrefacti, iunci radicis, tum etiam iridis græce, nec minus anisi ægyptij pari pondere, idest vniuscuiusq; libram, & quadrantem, vt supra diximus, reticulo inclusa demittito, & metretæ linito. post septimum diem, aut nonum per se metretæ siquid fecis, aut spurcitiæ faucibus inhærebit, manu eximito, & detergito. deinde oleum eliquato, nouisq; vasis recondito. mox reticulū eximito, et aromata in pila quam mundissime contundito, tritaq; in eandem metretam reponito, & tantundem olei quantum prius, infundito, & obthurato, in sole ponito. Post septimum diem oleum depleto, & quod reliquum est musti picato cado recondito. nam id si non exhauseris medicamentum, dabitur potatum imbecillis bubus, & cætero pecori.

*Oleum ad unguenta quemadmodum facias.* Cap. LII.

OLEVM autē secundariū non insuauis odoris quotidianam vnctionem præbere poterit dolore neruorum laborantibus. ante quàm oliua nigrescat, cum primum decolorari cœperit, nec tamen adhuc varia fuerit, maxime liciniam, si erit, si minus, regiā, si nec hæc fuerit, tunc culminiam bacam manu stringito, & statim purgatam prælo integram subijcito, & amurcam exprimito. deinde suspensa mola oliuā frangito, eamq; vel in regulas, vel in nouo fisco adijcito, subiectamq; prælo sic premito, ne vasa intorqueas, sed tantum ipsius præli pondere quantulūcunq; exprimi patiaris. deinde cum sic fluxerit protinus capulator amurca separare, & diligenter seorsum in noua labra transferat. eiusq; eliquet reliquū olei. quod postea fuerit expressum, poterit ad escam vel cum alia nota mistum, vel per se approbari.

De *salsura suillæ carnis.* Cap. LIII.

HACTENVS de oleo abunde diximus, nūc ad minora redeamus. omne pecus, & præcipue suem pridie q̄ occidatur, potione prohiberi oportet, quo sit caro sicciior, nam si biberit, plus humoris salsura habebit, ergo sitientem cum occideris, bene exossato. nam ea res minus vitiosam, & magis durabilem salsuram facit. deinde cū exossaueris, cocto sale, nec nimium minuto, sed suspensa mola infracto diligenter salito, & maxime in eas partes, quibus ossa relicta sunt, largum salem infarcito, compositisq; supra tabulatum tergoribus, aut frustis vasta pondera imponito, vt exanietur. Tertio die pondera remoueto, & manibus diligenter salsuram fricato, eamq; cum voles reponere, minuto, & trito sale aspergito, atq; ita reponito. Nec desieris eius quotidie salsuram fricare, donec matura sit. quod si serenitas fuerit ijs diebus, quib⁹ perfricatur caro, patieris eam sale consperſam esse nouē diebus. at si nubilum, aut pluuiæ, vndecima. vel duodecima die ad lacū salsurā deferri oportebit, & salem prius excuti. deinde aqua dulci diligenter perlui. necubi sal inhæreat, & paululum assiccatā in carnario suspendi, quo modicus fumus perueniat, qui siquid humoris adhuc continetur, siccare eum possit. Hæc salsura Luna decrescente maxime per brumā, sed etiā mense Februario ante Idus commode fiet. Est & alia salsura, quæ etiam locis calidis omni tempore anni potest vsurpari. quæ talis est. Cum ab aqua pridie sues prohibiti sunt, postero die mactātur, & vel aqua candente, vel ex tenuibus lignis flammula facta glabrantur (nam vtroq; modo pili detrahuntur) caro in libraria frustra conciditur. deinde in seriam substernitur sal coctum, sed modice (vt supra diximus) infractū deinde offulæ carnis spisse componuntur, & alternis sal ingeritur. sed cū ad fauces seriæ peruentum est, sale reliqua pars repletur, & impositis ponderibus in vas comprimitur. eaq; caro semper conseruatur, & tanquàm sal samentum in muria sua permanet.



*Rapa, & napos quemadmodum condias.* Cap. LIIII.

RAPORVM quārorūdissima sumito, eaq;, si sunt lutosa, detergito, & summā cutē nouacula decerpito. deinde (sicut cōsueuerūt Salgamarij) decussatī ferramēto lu

Universidad de Deusto
Biblioteca



nato incidito. Sed caueto, ne vsq; ad imum præcidas rapũ. Tũ salẽ inter incisuras raporũ non nimiũ minutũ aspergito, & rapa in alueo, aut seria cõponito, & sale pluſculo aspersa triduo sinito, dũ exudent. Post tertiã diẽ mediam fibrã rapi gustato, si receperit salẽ. Deinde cũ videbitur satis recepisse exemptis omnibus singula suo sibi iure eluito. Vel si non multũ liquoris fuerit, muriã durã adijcito, & ita eluito. & postea in quadratam cistã viminea, quæ neq; spisse, solide tñ, & crassis viminibus cõtexta sit, rapa componito. deinde sic aptatã tabulã superponito, vt vsq; ad fundũ, si res exigat, intra cistã deprimi possit. Cũ aũt eã tabulã sic aptaueris, grauia pondera superponito, & sinito nocte tota, & vno die siccari. Tũ in dolio picato fictili, vel in vitreo componito, & sic infundito sinapi & aceto vt à iure contegantur. Napi quoq;, sed integri, si minuti sunt, maiores aũt insecti, eodẽ iure, quo rapa condiri possunt. Sed curãdũ est, vt hæc vtraq; ante q̃ caulem, aut cymã faciant, dũ sunt tenera, componantur. Napos minutos integros, aut rursus amplos in tres, aut quatuor partes diuisos in vas conijcito, & aceto infundito, salis quoq; cocti vnum sextariũ in congiũ aceti adijcito. post trigesimum diem vti poteris.

*Sinapim quemadmodum facias.* Cap. LV.

SEMEN sinapis diligenter purgato. & cribrato. deinde aqua frigida eluito. & cũ fuerit bene lotũ, duabus horis in aqua sinito. postea tollito, & manibus expressum in mortariũ nouũ, aut bene emundatum conijcito, & pistillis conterito. cũ contritum fuerit, totã intritã ad mediũ mortarium contrahito. & comprimito manu plana deinde cũ compresseris, scarificato. & imposítis paucis carbonibus viuis aquam nitratam suffundito, vt omnẽ amaritudinẽ eius. & pallorẽ exanier. deinde statim mortariũ erigito, vt oĩs humor eliquetur. Post hoc albũ acre acetũ adijcito, & pistillo permisceto, colatoq;. Hoc ius ad rapa condienda optime facit. Cæterũ si velis ad vsum



conuiuiorũ præparare, cũ exanſueris sinapi, nucleos pineos quam recentissimos, & amylũ adijcito, diligenterq; conterito infuso aceto. Cætera, vt supra dixi, facito. Hoc sinapi ad embammata non solum idoneo, sed etiam speciosо vteris. nam est candoris eximij, si sit curiosè factũ.

*Oleris atri, & siseris radicẽ quẽadmodũ cõdias. c.* LVI.

PRIVSQVAM olus atrum coliculum agat, radicem eius exerito mense Ianuario, vel etiam Februario, & diligenter defricato, nequid terreni habeat, & in aceto, & sale componito. deinde post diem trigesimum exi mito, & corticem eius delibratum abijcito. Cæterum medullam eius concisam in fideliam vitream, vel nouam fictilem conijcito, & adijcito ius, quod sicut infra scriptũ est fieri debebit. Sumito mentam, & vuã passam, & exiguam cepam aridam, eamq; cum torrido farre & exiguo melle subterito. quæ cum fuerit bene trita, sapæ, vel defruti duas partes, & aceti vnam permisceto. atq; ita in eandem fideliam confundito, eamq; operculo contectã pelliculato. cum deinde vti voles, cum suo iure concisas radiculas promito, & oleum adijcito. hoc ipso tempore siseris radicem poteris eadem ratione, qua supra condire. sed cum exegerit vsus, eximes de fidelia, & oxymelli, cum exiguo oleo superfunde.

*Moretur oxyporum, uel ut alij, oxygarum quemadmodum componas.* Cap. LVII.

ADITO in mortarium saturciã, mentã, rutã, coriandrum, apium, porrum sectiuum, aut si non erit, viridem cepam, folia lactucæ, folia erucæ, thymum viride, vel neperã, tum etiã viride puleiũ, & caseum recentẽ, & salsum. ea omnia pariter conterito, aceticq; piperati exiguũ permisceto. Hanc misturam cum in catillo composueris, oleũ supfundito. Cũ viridia, quæ supra dicta sunt, cõtrueris, nuces iuglãdes purgatas quãtũ satis videbitur inserito, aceticq; piperati exiguũ, pmisceto, et oleũ infũdito.

Sesamum leuiter torrefactũ cum ijs viridibus, quæ supra oleũ superfundito. Caseum gallicum, vel cuiuscunq; notæ volueris minutatim concidito, & conterito, nucleosq; pineos, si eorum copia fuerit, si minus, nuces auellanas torrefactas adempta cute, vel amygdalas æque supra condimenta pariter misceto, aceticq; piperati exguũ adijcito, & permisceto, compositumq; oleo superfundito. Si condimenta viridia non erunt, puleium aridum, vel thymum, vel origanum, aut aridam satureiam cum caseo conterito, acętumq; piperatum, & oleum adijcito. Possunt tamen hæc arida, si reliquorum nõ sit potestas, etiam singula caseo misceri. Piperis albi si sit, si minus, nigri vnciæ tres, apij seminis vnciæ duæ, laseris radicis quod σίλφιον græci vocant, sescunciam, casei sextantem. Hæc contusa & cribrata melli permisceto, & in olla noua seruato. deinde cum exegerit vsus, quantulumcũq; ex eo videbitur aceto, & garo diluito. Ligustici vnciam, pãssæ vuæ detractis vinaceis sextantem, piperis albi, vel nigri quadrantem. Hæc, si maiorem impensam vitabis, possunt melli admisceri, & ita seruari. at si pretiosius oxyporum facere voles, hæc eadem cum superiore compositione miscebis, & ita in vsum repones. quod si etiam cum laser nõ habueris pro silphio, mellis adijcies pondo semunciam.

CLAVSVLAM peracti operis mei Publi Siluine non alienum puto indicem lecturis, si modo fuerint, qui dignentur ista cognoscere. nihil dubitasse me penè infinita esse, quæ potuerint huic inseri materiæ, verum ea, quæ maxime videbantur necessaria, memoriæ tradenda censuisse. nec tamen canis natura dedit cunctarum rerũ prudentiam. nam etiam quicunq; sunt habiti mortaliũ sapientissimi, multa scisse dicuntur, non omnia.



# LVCII IVNII MODERATI COLVMELLAE LIBER DE arboribus. Qui cum tertius eius de re rusticalibrorum haberetur, tum ex ipsius Columellæ verbis, tum alijs argumentis, temere in alienum locum inter irrupisse deprehẽsus est, neq; annumerãd⁹.

## De uitiario faciendo. Cap. I.

QVONIAM de cultu agrorum abunde primo volumine præcepisse videmur, non intempestiua erit arborum, virgultorumq; cura, quę vel maxima pars habetur rei rusticæ. Placet igitur, sicuti Vergilio, nobis quoq; duo esse genera surculorum, quorum alterum sua sponte gignitur, alterum cura mortaliũ procedit. Illud, quod nõ ope humana prouenit, materiæ est magis aptũ, hoc, cui labor adhibetur, idoneũ fructib⁹ vnũ hoc itaq; præcipuũ est, atq; id ipsum genus tripartito diuiditur nam ex surculo vel arbor procedit, vt olea ficus, vel frutex, vt rosæ, arundines, vel tertiũ quiddam, quod neq; arborem, neq; fruticẽ proprie dixerimus sicuti est vitis. Arborũ, & fruticũ docebimus cultũ, si pri⁹ de vitib⁹ p̃ceperim⁹. Qui vineã vel arbustũ cõstituere volet seminaria prius facere debebit, sic enĩ sciet cuius generis vitem positurus sit. nã quæ pretio parata disponitur, certam generositatis fidẽ nõ habet, quoniã dubiũ est, an is qui vendidit, legendis seminibus adhibuerit diligentiã. tũ etiã quod ex longinquo petitur, parũ familiariter nostro solo venit, propter quod difficilius conualescit alienum exterę regionis. Optimum est itaq; eodem agro, quo vitẽ dispositurus es, vel certe vicino facere seminariũ. idq; multum refert loci natura. Nam si colles vineis vel arbustis occupaturus, es prouidendum est, vt siccissimo loco fiat seminariũ, & iã quasi ab incunabulis vitis

exiguo assuescat humori. aliter cum transtuleris de humi
do in aridũ locũ, viduata pristino alimento deficiet. at si
campestres, et vliginosos agros possidebis, proderit quo
q; seminarium simili loco facere. & vitẽ largo consue
scere humori. nanq; exilis, cũ in aquosum agrũ transfer
tur, vtcũq; putrescit, ipsum aũt agrũ, quẽ seminario de
stinaueris planũ, & succosum, saterit bipalio vertere. qd
vocãt rustici sextertiũ, ea repastinatio altitudinis habet
plus sesquipede, minus tñ q̃ duos pedes eiusmodi bipa
lio. Iugerũ agri vertitur operis quinquaginta. Colle aũt,
& cliuum modum iugeri continentem, si ne minus duo
bus pedibus alte repastinabis operis sexaginta. vel si eo
dẽ loco, quo vineam ordinaturus es, facere voles semina
rium, tribus pedibus alte repastinabis iugerum operis o
ctoginta. ita tñ si neq; lapis, neque tophus, aut alia mate
ria difficilior interuenerit, quæ res quot operas absumat
parum certum est. Nos autem de terreno loquimur.

*Qualia semina, & quando legas.* Cap. II.

PERACTA repastinatione, mense Februario, vel
prima parte Martij semina legito. sunt autem optima,
quæ de vitibus notatis leguntur. Nam cui cordi est bo
na seminaria facere, circa vindemiam vites, quæ & ma
gnum, & incorruptum fructum ad maturitatem perdu
xerint, rubrica cum aceto (ne pluuijs abluatur) permista
deno tat. nec hoc vno tantummodo anno facit, sed con
tinuis tribus, vel pluribus vindemijs easdem vites inspi
cit, an perseuerent esse fœcundæ. Sic enim manifestũ est
generositate vitium, non anni vbertate fructum proue
nire. Si compluribus vindemijs eundem tenorem seruа
rint ex eiusmodi vitibus lecta semina multum, bonum
q; vinum præbebunt. nanq; qualiscunq; generis vuæ,
quæ incorruptæ ad maturitatem proueniunt, longe me
lioris saporis vinum fa ciunt, quàm quæ præripiuntur
æstu, aut alia de causa.

*Quẽadmodũ semina eligas, & de habitu terræ.* Ca. III.



SEMINA autem eligito grandi acino, tenui follicu
lo, paucis, minutisq; vinaceis, dulci sapore. Optima ha
bentur à lumbis. secunda ab humeris. tertia summa in vi
te lecta, quæ celerrime comprehendunt, & sunt feracio
ra, sed & quamcelerrime senescunt. Pampinaria sarmen
ta deponi non placet, quia sterilia sunt. Locis pinguibus,
& planis, & humidis præcoques vites serito raris acinis,
breuibus nodis imbecillas. nam tali generi vitium eius
modi ager aptus est. Locis aridis, & macris, & siccis vitẽ
sere natura feracem, & validam, crebrisq; acinis, quod si
pingui agro validas vites deposueris, pampinis magis
eluxuriabuntur, et qualemcunq; fructum tulerint, ad ma
turitatem non perducent. Rursus imbecillæ exili agro
celeriter deficient, exiguumq; fructum dabunt. Vnun
quodq; genus vitium seperatim serito. ita suo quodque
tempore putabis, & vindemiabis. Semina nouella cum
vetere sarmento deposita cito comprehendunt, & valẽ
ter crescunt, sed celeriter senescunt. at quæ vetere sarmen
to panguntur, tardius conualescunt, sed tardius deficiũt.
semina quamrecentissima terræ mandare conuenit. Si
tamen mora interuenerit, quo minus statim serantur,
quamdiligentissime obrui tota oportet eo loco, vnde ne
que pluuias, neque ventos sentire possint. plantaria facio
to ab exoriente, & à Decima Luna, & à vigesima. Hæc
melior est vitibus satio. sed cum seris, frigidos ventos vi
tato. Malleolum sic deponito. virgam malleolarem non
amplius, quàm sex gemmarum esse conuenit, ita tamen
sunt, si breuia internodia habent. eius imam partem,
quam in terram demissuruses, acutissima falce iuxta no
dum, sic ne gemmam lædas, rotunda plaga amputato,
& statim fimo bubulo linito. tum in terram bene pasti
natam, & stercoratam rectum sarmentum defigito, ita
ne minus quatuor gẽmæ absondantur. Pedale quoquo
uersus spatium sat erit inter semina relinqui cum cõpre
henderint, identidem pampinentur, ne plura sarmenta
quàm debent, enutriant. Item q̃sepissime fodiantur, fer

Universidad de Deusto
Biblioteca



ro ne tangantur. Vigesimo & quarto mense resecentur, post trigesimum & sextum mensem transferantur. In agro requieto vineam ponito. nam vbi vinea fuerit, qđ citius decimo anno seueris, ægrius comprehendet, nec vnquā roborabitur. Agrum ante quàm vineis obseras, explorato, qualis saporis sit, talē. n. etiā gustus vini præbebit. Sapor aūt (sicuti primo docuimus volumine) cōprehēdetur, si terrā aqua diluas, & cū colaueris. tū demū aquā degustes. aptissima vitib⁹ terra est arenosa, sub qua consistit dulcis humor. probus cōsimilis ager cui subest tophus. Aeque vtilis congesta, & mota terra. Sabulum quoq; cui subest dulcis argilla, vitibus conuenit. oīs aūt qui p̄ æstatē finditur ager, vitibus, arboribusq; inutilis. terra inferior alit vitē. & arborē superior custodit. Saxa summa parte terræ, & vites, & arbores lædunt, ima parte refrigerant. & mediocri raritudine optima est vitibus terra. sed ea, quę transmittit imbres, aut rursus in summo diu retinet, vitanda est. Vtilissima est autē superior modice rara, circa radices densa. Montibus, cliuisq; difficulter vineæ conualescunt, sed firmum, probumq; saporē vini præbent. Humidis, & planis locis robustissimæ, sed infirmi saporis vinum, nec perenne faciunt. Et quoniā de seminibus, atq; habitu soli præcepimus, nunc de genere vinearum disputabimus.

## De *generibus uinearum*. Cap. IIII.

VITES maxime gaudent arboribus, quia naturaliter in sublime procedunt, tum & materias ampliores creāt, & fructum æqualiter percoquunt. Hoc genus vitiū arbustiuum vocamus, de quo pluribus suo loco dicemus. Vinearum aūt ferè genera in vsu tria sunt, iugata, humi proiecta, & deinde tertia, quæ est à terra subrecta, more arborum in se cōsistens. Id genus comparatū iugatę quadam parte deficitur, quadam superat. Iugata plus aeris recipit, & altius fructū fert, & æqualius concoquit, sed difficilior est eius cultus. At hæc ita constituta est, vt etiam



arari possit, eoq; vbertatē maiorē consequitur, quod sæpius, & minore impensa excolitur. At quæ protinus in terrā proiecta est, multū sed non bonæ notæ vinū facit. Vinea optime repastinato agro reponitur. Nonnunq; tamē vel melius quibusdā locis, sulcis committitur. Interdum etiā scrobibus deponitur, sed, vt dixi, repastinabitur iugerū in altitudinē pedum triū operis octoginta. Sulcū aūt terrenū pedum duorū altum, & longū septuaginta, vna opera effodit. Scrobes ternarios, idest quoquouersus pedum triū vna opera facit. xviij. Vel si cui cordi est laxius vites ponere, scrobes quaternarios, idest quoquouersus pedum quaternum vna opera. xij. facit. Vel si bipedaneos quoquouersus vna opera. xx. effodit. Curandū aūt est, vt locis aridis, et cliuosis altius vites deponantur, q; si humidis, & planis. Item si scrobibus, aut sulcis vineā posituri erimus, optimū erit ante annū scrobes, vel sulcos facere. Vinea, quæ angustissime conseritur, quoquouersus quinq; pedū spatio interposito ponitur, laxius vero inter pedes. vij. vel. viij. Sed quę rarissime (vt etiam facile arari possit) inter denos pedes constituitur. Hæc positio vinearū modū sine dubio agri maiorē occupat, sed valentissima, & fructuosissima est. Cū semina depones imū scrobē. vel sulcū bidentibus fodito, mollemq; reddito. Vitem, quā ponis, fac vt ad orientē spectet adminiculo religata. In imo scrobe lapides circa pondo quinq; ita ponito, ne vitem premant, sed tamen iuxta radices sint. Præterea post hæc vineaceæ heminam vuæ albæ in nigra, vuæ nigræ in alba ponito, atq; ita scrobem, vel sulcum cum stercorata terra ad mediū completo. Triennio deinde proximo paulatim scrobem, vel sulcum vsq; in summum completo, sic vites consuescent radices deorsum agere. Spatium autem radicibus, qua repant, lapides præbent, & hyeme aquam repellunt, æstate humorem præbent vineaceæ, quæ & radices agere cogunt. Quoniam præcepimus quemadmodum vites ponendæ sint, nunc culturam earum docebimus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*Quemadmodum uites coli debeant.* *Cap. V.*

VINEAM nouellam omneis gemmas agere sinito, simulatq; pampinus instar quatuor digitorum erit, tum demũ pampinato, & duas materias relinquito, alteram, quã vitis constituendæ causa submittas, alterã subsidio habeas, si forte illa ordinaria interierit. hanc rustici custodem vocant. proximo deinde anno, cum putabis vitem, meliorẽ vnã virgã relinquito. tertio anno vitẽ, in quã formam voles, dum tenera est, cõponito. Si iugatã erimus facturi, vnã materiam submittito, ita vt duas gemmas, quæ sunt proximæ à terra, falce acuta radas, ne possint germinare, deinde tres sequentes relinquas, reliquam partẽ virgę amputes. Sin aũt vitem in se cõsistere voles, sicut iarbori brachia submitti patieris, & dabis operã, vt in orbem quãrectissime formetur. Nã præterq; quod speciem habet sic cõposita, tum etiam minus laborat, cũ vndiq; velut æquilibrio stabilita in se requiescit. Sat erit autem, cum primo brachia submittentur, singulas gemmas singulis sarmentis relinqui, ne protinus onere grauetur. Post hanc putationem lectis sarmentis, bidentibus alte, & æqualiter vineã fodito. vel, si ita late dispositæ erit, arato. Ab idibus Octo. ablaqueare incipito, ante brumã ablaqueatã habeto. Per brumam vitem ne colito, nisi si voles eas radices, quę in ablaqueatione apparebunt, psequi. tum demũ optime amputabis, sed ita ne codicem lædas, sed potius instar digiti vnius à matre relinquas, & ita radicem reseces. Nam quæ propius abraditur, præterquam quod vulnus viti præbet, eoq; nocet, tum etiam de ipsa cicatrice plures radices prorepunt. Itaq; optimũ est exiguam partem relinqui, atq; ita summas partes, quas æstiuas rustici appellant, resecare, quæ sic resectæ imolescunt. nec vltra vitibus obsunt. Possunt etiam soboles per brumam cædi eo magis quod frigoribus extirpatæ minus recreãtur. Peracta ablaqueatione ante brumã tertio quoque anno macerati stercoris, ne minus sextarijs binis ad



radices vitium posuisse conueniet, præterquam cosumbinum. quo siquid amplius, quàm heminã posueris, viti nocebit. Post brumã deinde ablaqueationẽ circũfodito. Ante æquinoctiũ vernum, quod est Octauo Cal. Aprilis, ablaqueationem adæquato. Post Idus Aprilis terram ad vitem aggerato, estate deinde q̃ potes sæpissime occato. Iugerum vineæ quinq; operis ablaqueatur, quinq; foditur, tribus occatur. Iugerum valentis, & iã constitutæ vineæ quatuor operis putatur, sex alligatur. Arbusto nihil eiusmodi potest apte finiri, quoniam inæqualitas arborum nõ patitur operis iusta comprehendi. Quibusdã placet vitem proximo anno translatam non putare, sequenti deinde anno purgare, et vnam virgam, quam submittamus, ad tertiam gemmam resecare. tertio deinde, si vitis recte conualuerit, vna plus gemma submittere. quarto duas gemmas proximæ putationi adijcere, atque ita quinto demum anno vitem iugare. Hunc eundem ordinem culturæ nos quoq; experti comprobauimus.

*De resecanda uinea uetere, & propaganda.* *Cap. VI.*

VETEREM vineam si in summo radices habebit, resecare nolito. alioquin etiam nouella vinea, quæ ex resectione enatã fuerit, vim inutilem habebit, summa parte terræ natantibus radicibus quamobrem neque fructũ vberem præcipies, & nihilo minus celeriter consenescet. Eiusmodi itaque vinea, si non aridos in corpore habet truncos, & flecti potest, factis sulcis optime sternitur, atque ita renouellatur. Sin autem eo vsq; exaruit, vt curuari non possit, primo anno summatim, ita ne radices eruas, aut lędas, ablaqueato. & stercus ad radices addito, atq; ita putato, vt paucas, & certas materias relinquas, & fodias diligenter. & sæpius pampines, ne omnino superuacua sarmenta nutriat. Sic exculta firmas, & longas materias creabit, quas sequenti anno scrobibus inter ordines factis propagabis. ac deinde per triennium post dũ conualescet sæpius fodies, matrémque ipsam enecabis,

nihil in posterum prospiciens ei, quã sublaturus es. In põ stremum annum matrem radicitus tolles, atq; ita nouellã vineam ordinabis. Sin aũt vetus vinea duntaxat generis boni radices in alto sitas habebit, ita vt ablaqueatæ non conspiciantur. eam vineam circa Calen. Martias ante quàm reseces ablaqueato, & protinus cum alte ablaqueaueris, resecato. Quatuor digitos ab radicibus trũcũ relinquito, & si fieri poterit, iuxta aliquem nodum serrula desecato, & plagam acutissimo ferro deleuato, deinde minutam terram mediocriter stercoratam ita superponito, vt adobruto trunco ne minus tres digiti terræ super plaga sint. Hoc iccirco ne sole inarescat, & vt melius materias det ex percepto humore, quem terra præbet. at quæ mali generis, & infructuosa vinea est, summasq; partes & mucidas, & exesas habet, si radices eius satis alte positæ sunt, optime inseretur, ita vt ablaqueata, & nudata pars ima secundum terram sic amputetur, ne cũ aggerata fuerit, supra terram extet.

## De *propagatione*. Cap. VII.

PROPAGATIONVM genera tria sunt in vsu maxime. vnum, quo virga edita à matre sulco committitur. alterum, quo ipsa mater prosternitur, atq; in plures palos per suas virgas diuiditur. Tertium, quo vitis scinditur in duas vel tres partes, si diuersis ordinibus diducẽda est. Hoc genus tardissime cõualescit, quia vitis diuisa medullam amittit. Et quoniam genera proposuimus, vnunquodq; qualiter faciendũ sit, demonstremus. Virgam cum à matre in terram deprimere voles, scrobem quoquouersus quatuor pedũ facito ita, vt propago non lædatur alterius radicibus. Deinde quatuor gemmas, quæ in imum scrobem perueniant, relinquito, vt ex ijs radices citentur. reliquam partem, quæ continens matri est, abradito, ne superuacua sarmenta procreet. Diuersæ autem, quæ supra terrã extare debent, ne passus fueris plus, quàm duas, aut vt maxime tres gemmas habere Reliquas, quæ in terrã absconduntur, exceptis quatuor imis, fac abradas, ne in summo radices vitis citet. hoc modo propagata celeriter conualescet, & tertio anno à matre separabitur. Sin autem ipsam vitẽ sternere voles, iuxta radicem ita, ne ipsam lædas, curiose fodito, & vitem ita supplantato, ne radicem abrumpas. cum eã straueris, & videris quousq; possit pertingere, sulcum facies vnum, in quem vitem integram demittas. deinde ex eo sulco, quasi ramos fossarum facies, per quos vti quæq; virga postulauerit, propagetur, atq; ita terra adoperies. Sin autem vitis exiguam materiem habebit, & in diuersos ordines diducenda erit, neq; aliter potuerit palos, ad quos perducitur, pertingere, quàm vt diffluat, curabis, vt quã acutissima falce ab ea parte, qua bifurca est, findas, & eodem ferro acuto plagam emendes, si cubi inæqualiter findi videbitur. sic deducta poterit in plures ordine diuidi. Non inutilis est etiam illa propagatio, quam nos reperimus, si quando in ordinem vitis deest, neq; est tã procera virga, quæ cum in imum scrobem demissa fuerit, retorqueri, & erigi supra terram possit. Breuitatem ne reformidaueris, sed qualemcunq; virgã, cuius cacumẽ in imũ scrobẽ puenit, deprimito & obruito deinde gẽmas, quæ secundum ipsam matrem sunt, submittito, vt materias à superiore parte citent. Tum demum post triennium à matre amputato, & ad suum palum eam partem, quam à matre præcideris, reducito, & caput vitis facito. Propaginis scrobem ne minus triennio paulatim cõpleto, summas radices præcidito. crebro fodito.

## De *insitionibus fructuosis, quæ uites fœcundas faciunt*. Ca. VIII.

CVM vitem inserere voles, optimi generis sarmenta fructuaria tum, cum gemmas agere incipient, vento austro à matre præcidito. Sarmentũ, quod inseris, de summa vite sit rotundum, bonis, crebrisq; nodis. Tres deinde nodos integerrimos relinquito infra tertiam gemmã

Universidad de Deusto
Biblioteca



ex vtraq; parte duorum digitorum ſpatium in modum cunei tenuiſſime ſcapello acuto, ita ne medullam lædas, adradito. Vitem deinde, quã inſiturus es, reſecato, & plagam leuato, atq; ita findito, & paratos ſurculos in fiſſurã demittito, eatenus qua adrafi ſunt, ita vt cortex ſurculi corticem vitis æqualiter contingat, quicquid inſerueris viti, diligenter libro ligato, atq; luto ſubacto paleato oblinito. operitoq; plagã & ita alligato, ne aqua, ventuſue penetrare poſſit. deinde ſupra lutum muſcum imponito, & ita deligato. ea res præbet humorem, nec inareſcere ſinit. infra inſitionem, & alligaturã falce acuta leuiter vitẽ vulnerato ex vtraq; parte, vt ex his potius plagis humor defluat, quàm ex inſitione ipſa abundet. nocet enim nimius humor, nec patitur ſurculos inſertos comprehendere. Quibuſdã antiquorum terebrari vitem placet, atq; ita leuiter adraſos ſurculos demitti. Sed nos meliore ratione hoc idẽ fecimus. nã antiqua terebra ſcobem facit, propter hoc vrit eã partẽ, quã perforat. peruſta aũt perraro vnquã cõprehendit inſertos ſurculos. Nos rurſus terebrã, quã gallicam dicimus, huic inſitioni aptauimus. ea exacuat, nec vrit, quod non ſcobẽ, ſed ramenta facit. Itaq; cauatũ foramen cũ purgauimus, vndiq; adraſos ſurculos inſerimus, atq; ita circumlinimus. Talis inſitio facillime conualeſcit. Igitur ſecundum æquinoctium perfectam vitium inſitionem habeto, humida loca, de vua alba, ſicca, de nigra inſerito. Infructuoſas vites fœcundas ſic facito. Vites, quæ exiguum dant fructum, aceto acri cum cinere rigato, ipſumq; codicem eodẽ cinere linito. At ſiquæ fructum, quem oſtendunt, ad maturitatẽ non perducunt, ſed prius q̃ miteſcant vuæ, inareſcunt, hoc modo emendabuntur, cum ſcipiones amplitudinẽ acini habuerint, radice tenus vitem præcidito, plagã acri aceto pariter, ac lotio veteri permiſta terra linito, eodẽq; radices rigato, ſæpe fodito. Hæc materias citant, vuæq; ſuccũ pferunt.

## Vt uua complura genera acinorũ habeat. Cap. IX.



EST etiam genus inſitionis, quod vuas tales creat, in quibus varij generis, coloriſq; reperiũtur acini. Hoc autem ratione tali efficitur. quatuor, vel quinq;, ſiue etiam plures voles, virgas diuerſi generis ſumito, easq; diligenter, & æqualiter compoſitas colligato, deinde in tubulũ fictilem, vel cornu arcte inſerito, ita vt aliquantum extent ab vtraq; parte, easq; partes, quæ extabunt, reſoluito, in ſcrobem deinde imponito, & terra ſtercorata obruito, & rigato, donec gemmas agant. Cum inter ſe virgæ cohæſerint, poſt biennium, aut triennium facta, iam vnitate diſſolues tubulum, & circa mediũ ferè crus, vbi maxime videbuntur coiſſe, vitem ſerra præcidito, & plagam leuato, terramq; minutam aggerato. ita vt tribus digitis alte plagam operiat, ex eo codice cum egerit coles, duos optimos ſubmittito, reliquos deijcito, ſic vuę naſcẽtur, quales propoſuimus. Vt autem vuę ſine vinaceis naſcantur, malleolum ſcindito ita, ne gemmæ lædantur, medullamq; omnem eradito, tum demum in ſe compoſitũ colligato, ſic ne gemmas allidas, atq; ita terra ſtercorata deponito, & rigato. cũ coles agere cœperit, ſæpe, & alte refodito. Adulta viris tales vuas ſine vinaceis creabit.

Vua ſine vinaceis.

## Vindemiam quomodo putes. Cap. X.

VINDEMIA facta ſtatim putare incipito ferramẽtis quam optimis, & acutiſſimis, ita plagæ leues fient, neque in vite aqua cõſiſtere poterit, quę ſimulatq; immorata eſt, corrumpit vitem, vermesq;, et alia creat animalia, quæ materiam exedunt. plagas autem rotundas, facito, nam celerius cicatricem ducunt. Sarmenta lata, vetera, male nata, contorta, omnia hęc præcidito. nouella, & fructuaria, et interdum ſobolem idoneam, ſi iam ſuperficies parum valebit, ſubmittito, brachiaq; conſeruato. quam celerrime poteris putationem perficito. arida, & vetera, falce quæ amputari non poſſunt, acuta dolabra abradito. in agro macro, & ſicco vineam imbecillam à bruma amputato. quam partem non deputaueris, circa Calen.

Febr. repetito. ab idibus Decemb. ad idus Ianuarias ferro tangi vitem, & arborem non conuenit. Cum vitem putabis, inter duas gemmas secato. nam si iuxta ipsam gemam secueris, laborabit, nec mareriam citabit. Cicatrix autem semper deorsum spectet, ita neq; aqua, neq; sole laborabit, humoremq; recte capiet. in agro crasso, validaq; vinea plures gemmas, & palmas relinquito, in exili pauciores. Sicubi in vite brachium desyderabis, falce acuta semel, aut bis eo loco alte instar digiti mucrone ferito. Brachium quamuis longum caue totum tollas, nisi totum aruerit. vineam nouellam ante brumā ablaqueatam habeto, vt omnes imbres, limumq; cōcipiat. Vites, arboresq;, quo citius ablaqueaueris, erunt valentiores. Sed quecunq; in cliuis erunt positę, ita ablaqueādæ sunt, vt à superiore parte secundum clivum lacusculi fiant, ab inferiore autē puluinuli altiores excitentur, quo plus aquæ, limiq; contineant. Vinea vetus neq; ablaqueanda est, ne radices, quas in summo habet, inarescant, neq; arāda, ne radices abrumpantur. Bidentibus sæpe, & alte fodito equaliter, & stercore, vel palea conspergito solum ante brumam, vel cum circum ipsam vitem summatim ablaqueaueris, stercorato.

## De Pampinatione. Cap. XI.

VINEAM quàm bene putare, tam diligenter pampinare vtile est, nam & materiæ, quæ fructum habent, melius cōualescunt, & putatio sequētis anni expeditius, tum etiam vitis minus cicatricosa fit, quoniā quod viride, & tenerum decerpitur, protinus conualescit. Sup hæc quoq; melius vuæ matureſcunt ante dies decem, quàm vinea florere incipit, pampinatā habeto, quicquid superuacui enatū fuerit, tollito. quod in cacumine, aut in brachijs natum erit, decerpito, duntaxat quæ vuam non habebunt. Cacumina virgarum, ne luxurientur, demutilato. Vuas, quæ meridiem, aut occidentem spectabunt, ne perurantur suo sibi pampino tegito.



## De fossura. Cap. XII.

SIMVLATQVE vua variari cœperit, fodito tertiam fossuram, & cum iā matureſcet, ante meridiē prius q̄ calere incipiet, & cū desierit, post meridiē fodito, pulueremq; excitato. ea res & à sole, & à nebula maxime vuā defendit. Lutulentā terrā neq; arare, neq; fodere oportet, quia valde durescit, & finditur. Bidentibus terrā vertere vtilius est, q̄ aratro. Bidens æqualiter totam terram vertit, aratrum præterquam quod scamna facit, tū etiam boues, quiarant, aliquantulum virgarum, & interdum totas vites frangunt. Finis autem fodiendi vineam nullus est., nam quanto sæpius foderis, tanto vberiorem fructum reperies.

## Ne rubigo uineam uexet. Cap. XIII.

PALEARVM aceruos inter ordines verno tempore positos habeto in vinea. cum frigus contra temporis consuetudinem intellexeris, omneis aceruos incendito, ita fumus nebulam, & rubiginem remouebit.

## Ne formica uitem ascendat. Cap. XIIII.

LVPINVM terito, & cū fracibus misceto, eoq; imā linea vitem circumlinito. vel bitumen cum oleo coquito, eo quoq; imas vites tangito, formicæ non excedent.

## Ne sorices, aut uolucra uitem lædat. Cap. XV.

VITES, quæ secundum ædificia sunt, à soricibus, aut muribus infestantur. id ne fiat plenā Lunā obseruabimꝰ cum erit in signo Leonis, vel Scorpionis, vel sagittarij, vel Tauri, & noctu ad Lunam putabimus. Genus est animalis, volucra appellatur, id ferè prærodit teneros adhuc pampinos, & vuas. quod ne fiat, falces, quibus vineam putaueris, peracta putatione sanguine vrsino linito. vel si pellem fibri habueris, in ipsa putatione quoties falcem acueris, ea pelle aciem detergito, atq; ita putare incipito. Quoniam de vineis abunde diximus, de arbustis præcipiamus.

## De Arbustis. Cap. XVI.

VITEM Maxime opulus alit, deinde vlmus, deinde fraxinus. Opulus quoniam frondem non idoneam habet, à plerisq; improbatur. Vlmus aũt, quam atiniã vocant rustici, generosissima est, & lætissima, multãq; frondem habet, eaq; maxime serenda est locis pinguibus, vel etiam mediocribus. sed si aspera, & siticulosa loca arboribus obserenda erunt, neq; opulus, neq; vlmus tam idoneæ sunt, q̃ orni, eæ sylvestres fraxini sunt paulo latioribus tñ solijs q̃ cæteræ fraxini, nec deteriorem frondem, q̃ vlmi præstant, Capræ quidem, & oues libentius etiam hanc frondem appetunt. Igitur qui arbustum constituere volent, ante annum q̃ deponant arbores, scrobes faciant quatuor pedum quoquouersus, deinde circa Cal. Martias, in eandem scrobem vlmum, & opulum, vel fraxinum deponant, vt si vlmus defecerit, opulus, vel fraxinus locum obtineant. si aũt vtraq; vixerint, altera existimatur, & alio loco deponatur. Arbustum inter quadragenos pedes dispositum esse conuenit. sic enim & ipsæ arbores, & appositæ vites melius conualescent, fructumq; meliorem dabunt. Segetes etiam, quæ in eo erunt, minus vmbra laborabunt. arborem, quam deposueris, sæpius circumfodito, quo celerius adolescat, et citra trienni um ferro ne tetigeris. Completis sex & triginta mẽsibus ad recipiendam vitem formabis, & superuacuos ramos amputabis, alterna brachia in modum scalarum relinquens, alternisq; annis, sexto anno, si iam firma videbitur, maritabis hoc modo. Ab ipso arboris crure pedale spatium intermittito, deinde sulcum in quatuor pedes longum, in tres altum, in dupondium, & semissem latũ cum feceris, patiere minime duobus mensibus eũ tẽpestatibus verberari. tũ demũ circa Cal. Martias vitẽ, de seminario, ne minorẽ quidẽ decem pedũ sternito, & admiculato, arboriq; iungito. eam proximo anno ne putaueris, tertio vero ad vnam virgam redigito, paucasq;

Vlmus.

Fraxinus.



gemmas relinquito, ne ante q̃ inualuerit, in altitudinem repat. deinde vbi amplum incrementum habuerit, per oĩa arboris tabulata disponito eiꝰ materias, ita tñ ne vitem oneres, sed certa, & robustissima flagella submittas. arbustiuam vitem q̃ putare, tã alligare diligenter oportet. nam in ea fructus maxime vis consistit, diutiusq; per ennat, quæ firmis toris & idoneis locis religata est. itaque oĩbus annis conuenit subsequi putationem, ita vt tori renouentur, & vitis per idoneos ramos disponatur.

## De Oliuetis. Cap. XVII.

OLEA Maxime collibus siccis, & argillosis gaudet, at humidis campis, & pinguibus lætas frondes sine fructu affert. Melius aũt truncis q̃ plantis oliuetum constituitur. magoni aũt placet siccis locis oliuã, aut mox post æquinoctium seri, aut ante brumam. Nostræ ætatis agricolæ ferè vernũ tempus circa Cal. Maias seruant. Oportet aũt scrobem oleæ quoquouersus pedes quaternos patere, in imum scrobem lapidem, glarcamq; abijcere, deinde super terram quatuor digitorum inijcere, tum arbusculam deponere ita rectam, vt, quod à scrobe extiterit, in medium sit, arbusculam aũt à tempestatibus tueri diligenter oportet adminiculando, & terræ, quæ in scrobe reponitur, stercora immiscendo. Oleam decet inter sexagenos pedes disponi, vt spatiũ in latitudinẽ crescendi habeat. nã quæ in proceritatẽ extenduntur, euanidæ fiunt, parumq; fructus ferunt. Optima est olea liciniana, pausia secunda oleo, escæ orchis. Sunt & regiæ, & radij, quæ neq; specie, neq; oleo sunt tã gratæ, q̃, quas supra diximus. Si oleã posueris eo loco, vnde quercus effossa est, morietur, ideo quod vermes quidam sunt, qui in radice quercus nascuntur, & educantur, ijq; maxime semina oleæ consumũt. si in olea vnus ramus aliquanto cæteris lętior est, nisi eũ recideris, arbor tota fiet retorrida. Oẽs arbusculas prius q̃ transferãtur, rubrica notare cõuenit, vt cũ ferẽtur, easdẽ cœli partes aspiciãt, quas etiã in semi

mario cõspexerant, alioquin frigore, vel calore laborabũt ab ijs partibus, quas præter consuetudinem sub alio tractu expositas habuerant.

## De pomario constituendo. Cap. XVIII.

PRIVSQVAM pomarium constituas, q̃ magnũ habere voles circummunito maceria, aut fossa, ita vt nõ solum pecori sed ne homini quidem transitus sit, nisi postium, dum adolescant semina, nam si prius cacumina manu perfracta, aut à pecore prærosa fuerint q̃ adolescant, in perpetuum corrumpuntur. Generatim autem arbores disponere vtilius, maxime ne imbecillæ à valentioribus premantur, quæ nec viribus, nec magnitudine sunt pares, neq; pariter crescunt. terra quæ vitibus apta est, eadem quoq; vtilis est arboribus.

## De scrobibus faciendis. Cap. XIX.

ANTE annum, q̃ pomaria disponere voles, scrobes fodito, ita sole, pluuiaq; macerabuntur, et quod posueris cito comprehendet. Sed si quo anno scrobes feceris etiã semina ponere voles, minimum ante duos menses fodito scrobes, postea stramentis eos completo, & incendito. Quo latiores, potentioresq; scrobes feceris, eo lætiores erunt, vberioresq; fructus. Scrobs clibano similis esse debet, imus quam summus patentior, vt laxius radices euagentur, ac minus frigoris hyeme, minusq; æstate vaporis per angustum os terræ admittant. Tum etiam cliuosis locis terra, quæ in eum congesta est, pluuijs nõ abluitur. Arbores paribus interuallis serito, vt cum creuerint, spatiũ habeant, quo ramos extendant. nãsi spisse posueris, neq; infra quicq̃ serere poteris. nec si ipsæ fructuosæ erũt, nisi eas interraseris. Itaq; placet inter ordines quadragenos pedes, minimumq; tricenos relinqui versuris.

## Quomodo semina legas. Cap. XX.

SEMINA lege, ne minus crassa, q̃ manubriũ est bidẽtis, recta, leuia, procera, sine vlceribus, integro libro. Ea bene, & celeriter comprehendunt. Semina si ex arboribus sumes, de ijs potissimũ sumito, quæ omnibus annis bonos, & vberes ferunt fructus. Obseruabis autẽ ab humeris, qui sunt contra solem orientem, vt eosdem decerpas. Si cũ radice plantam posueris, incrementũ eius futurũ, quod & cæteris, quas seueris, arboribus. Arbos insita fructuosior est, q̃ quæ insita non est, idest q̃ quæ cũ ramis, aut plantis ponitur. Prius q̃ arbusculas transferas rubrica, vel alia qualibet re signato, vt ijsdẽ ventis, quibus ante steterunt, constituas eas, curamq; adhibeto, vt ab superiore, & sicciore, & exiliore in planiorẽ, humidiorẽ, pinguiorẽ agrũ transferas. Semina trifurca maxime ponito. ea extent supra terrã tribus pedibus. In eodẽ scrobe si duas, aut tres arbusculas ponere voles, curato ne inter se contingant. nã ita vermibus interimuntur. Cũ semina depones, dextra, ac sinistra singulis, vsq; in imũ scrobẽ fasciculos sarmentorũ brachij humani crassitudine deponito, ita vt supra terrã paululũ extent, per quos æstate paruo labore aquã radicibus subministres. Arbores, aut radicata semina autumno serito circa Idus Octobris. Taleas, & ramos vere, ante q̃ germinare arbores incipiant deponito. Sed ne tinea molesta sit seminibus ficulneis, in imum scrobem, taleam lentisci, ita vt cacumen eius deorsum spectet, obruito.

## Quando ficus serenda sit. Cap. XXI.

FICVM frigoribus ne serito. Loca aprica, calculosa, glareosa, interdum & saxosa amat. Eiusmodi agro cito conualescit, si scrobes amplos, & idoneos feceris. Ficorũ genera etiã si sapore, & habitu differunt, tamen vno modo, sed dispari differentia agri seruntur. Locis frigidis & autumni temporibus aquosis, præcoques serito, vt ante pluuiam fructum deligas. locis calidis hybernas seroti nas serito. At si voles ficum quamuis non natura seram facere, cum grossuli minuti erunt, fructum decutito. Iterũ alterum edet fructum, & in hyemem serã differet maturitatẽ. Nonnunq̃ etiã, cum frondere cœperint arbores,

cacumina fici acutissimo ferramento summa amputare prodest. Sic firmiores arbores, & feraciores fiunt. Semper proderit simulac folia agere cœperit ficus, rubricam amurca diluere. & cum stercore humano ad radicem infundere. ea res efficit vberiorem fructum, & farctum fici speciosius, & plenius.

*De nuce serenda.* *Cap.* XXII.

NVCEM græcam serito arcturi signo, vel circa Cal. Feb. quæ pruinã nescit. Agrũ calidũ, durũ, & siccũ desyderat. nã in locis diuersis natura eiusmodi si posueris nucẽ, protinꝰ putrescet. Ante q̃ nucẽ deponas, in aqua mulsa, nec nimis dulci macerato, ita iucundioris saporis fructum, cum adoleuerit, præbebit, & interim melius, atq; celerius nascetur. Ternas nuces in trigonũ statuito, parsq; acutior inferior sit, quia inde radices mittit, nuxq; à nuce minime palmo absit, & anceps ad fauoniũ spectet. Ois nux vnã radicem mittit, & simplici stylo prorepit. Cũ ad scrobis solũ radix peruenit, duritia humi coercita recuruatur, & extensa in modum ramorũ alias radices emittit. Nucem græcam, et auellanam tatentinã hoc modo facere poteris. In quo scrobe destinaueris nucem serere, terram minutam in modum semipedis ponito, ibiq; semen ferulæ repangito. Cum ferula fuerit enata, eã findito, & in medullam eius sine putamine riucem græcam vel auellanã absconditο, & ita adobruito. hoc ante Cal. Martias facito, vel etiam inter nonas, & Idus Martias. Hoc eodem tempore iuglandem, & pineam, & castaneam serere oportet.

*De malo punico serendo.* *Cap.* XXIII.

MALVM punicum vere vsq; in Cal. Apriles recte seritur. Quod si acidum, aut minus dulcem fructum feret, hoc modo emendabitur. Stercore suillo, & humano, & lotio humano veteri radices rigato. ea res & fertilem arborem reddet, & primitiuos annos fructum vinosum, postea vero etiam dulcem, et apyrenũ facit. Nos exiguũ



admodum laser cyrenaicum vino diluimus, & ita cacumina arboris summa obleuimus. ea res emendauit acorẽ malorum. Mala punica ne rumpantur in arbore, remedio sunt lapides tres, si, cum seres arborem, ad radicem ipsam collocaueris. At si iam arborem satam habueris, scyllã secundum radices arboris serito. alio modo cum iã matura mala fuerint. ante quàm rumpantur, peciolos, quibus pendent, intorqueto. Eo modo seruabuntur etiam anno toto.

*De pyro.* *Cap.* XXIIII.

PYROS autumno ante brumã serito, ita vt minime dies quinq; & viginti ad brumam supersint, quæ vt sint feraces, cũ iã adoleuerint, alte ablaqueato, & iuxta ipsam radicem truncum findito, & in fissurã cuneum pineum tedæ adijcito, & ibi relinquito. deinde obruta ablaqueatione cinerem supra terram spargito.

*De malis serendis.* *Cap.* XXV.

MALA æstiua cydonea, sorba, pruna, post mediã hyemem vsq; in Idus Febr. serito. Morum ab idibus Februarijs vsq; in æquinoctium vernum recte seres. Siliquam græcam quam quidam κεράτιον vocant, deinde persicum ante brumam per autumnum serito. Amygdala, si parũ feracia erunt, perforatã arborẽ lapidẽ adigito. Ita librũ arboris inolescere finito. Omnium autem generum ramos circa Calen. Mar. in hortis, vbi, & subacta & stercorata terra est, per puluinos arearum disponere conuenit deinde cum creuerint, danda est opera, vt dum teneros ramulos habent, veluti pampinentur, & ad vnum stylum primo anno semina redigantur. & cum autumnus incesserit, ante quàm frigus cacumina adurat, omnia folia decerpere expediet. & ita crassis arundinibus, quæ ab vna parte nodos integros habent, quasi pileolos induere, atque ita à frigore, & gelicidijs teneras adhuc virgas tueri. Post quartum & vigesimum de-

inde mensem, siue transferre, & disponere in ordinē voles, seu inserere, satis tutò vtrunq; facies.

## De insitione arborum. Cap. XXVI.

OMNIS surculus omni arbori inseri potest, si nō est ei, cui inseritur, dissimilis cortice. si vero fructum etiam eodē tempore fert, sine vllo scrupulo optime inseritur. Tria autem genera insitionū antiqui tradiderunt. Vnū, quod resecta, & fissa arbore recipit insertos surculos, alterum, quod resecta inter librum, & materiem admittit semina, quæ vtraq; genera verni temporis sunt. Tertium, quod ipsas gemmas, cum exiguo cortice in partem sui delibratam recipit, quam vocant agricolæ emplastrationem. Hoc genus æstatis est. quarum insitionum rationē cum tradiderimus, à nobis quoq; repertam aliam docebimus. Oēs arbores simulatq; gemmas agere cœperint, Luna crescente inserito, oliuam autem circa æquinoctium vernum vsq; in Idus Aprilis. Ex qua arbore inserere voles, & surculos ad insitionem sumpturus es, videto vt sit tenera. & ferax, nodisq; crebris. Et cum primum germina tumebunt de ramulis anniculis, qui solis ortum spectabunt, & integri erunt, eos legito. Crassitudine minimi digiti surculi sint bisulci. Arborem, quā inserere voles, serra diligenter exsecato ea parte, quæ maxime nitida, & sine cicatrice est. dabisq; operam, ne librum lædas. Cum deinde truncū recideris, acuto ferramento plagā leuato. deinde cuneū ferreum, vel osseum inter corticē, & materiem, ne minus digitos tres, sed leniter demittito, ne lædas, aut rumpas corticem. Postea surculos, quos inserere voles, falce acuta ab vna parte eradito tam altē q̄ cuneum demisisti, sed ita ne medullam, néue alterius partis corticem lędas. vbi surculos paratos habueris, cuneū vellito. statimq; surculos demittito in ea foramina, quæ cuneo adacto inter corticem, et materiam facta sunt. Ea autem fine, qua adraseris, surculos demittito ita, vt sex digitis de arbore extent. In vna autem arbore duos, aut tres



ramulos figito, dum ne minus quaternum digitorum inter eos sit spatium. Pro arboris magnitudine, & corticis bonitate hęc facito. Cùm omnes surculos, quos arbor patietur, demiseris, libro vlmi, vel vimine arborem adstringito. postea paleato luto bene subacto oblinito totā plagam, & spatium, quod est inter surculos vsq; eo, vt duobus digitis insita extent. supra lutum muscū imponito, & ita alligato, ne pluuia dilabatur. Si pusillam arborem inserere voles, iuxta terram abscindito, ita vt sexquipedē à terra extet. Cum deinde abscideris, plagā diligenter leuato, et medium truncum acuto scalpro modice findito, ita vt fissura trium digitorum sit. In eam deinde cuneum quoad patietur, inserito, & surculos ex vtraq; parte adrasos demittito, ita vt librum seminis libro arboris æqualem facias. cum surculos diligēter aptaueris, cuneum vellito. deinde arborem, vt supra dixi, alligato, & oblinito, dein terram circa arborem aggerato vsq; ad ipsum insitum. ea res à vento, & calore maxime tuebitur. Tertium genus insitionis, cum sit subtilissimum, non omni generi idoneum est. & ferè eæ recipiunt talem insitionē, quæ humidum, succosumq;, & validum librum habent, sicuti ficus. nam & lactis plurimum remittit, & corticem robustam habet. optime itaq; ea inseritur tali ratione. Ex qua arbore inserere voles, ī ea quęsito nouellos, & nitidos ramos. in his deinde obseruato gemmam, quæ bene apparebit, certamq; spem germinis habebit. eam duobus digitis quadratis circunsigato, vt media gemma sit, & ita acuto scalpello circuncidito, delibratoq; diligenter, ne gēmam lædas. deinde ex qua arbore inserere voles, in ea nitidissimum ramum eligito, & eiusdem spatij corticem circuncidito, & materiem delibrato, & in eam partem, quam nudaueras, gemmam hanc, quam ex altera arbore sumpseras, aptato ita, vt emplastrum circunciſæ parti conueniat. vbi hæc feceris, circa gemmam bene vincito, ita ne lædas. deinde commissuras, & vincula luto oblinito spatio relicto, qua gemma libere germinet. Materia,

Universidad de Deusto
Biblioteca



quã inseueris, si sobolem, vel superiores ramos habebit, oĩa præcidito, nequid sit, quo possit succus euocari, aut cui magis, quàm insito seruiat. Post vnum & vigesimũ diem soluito emplastrum. Hoc genere etiã optime olea inseritur. Quartum illud genus insitionis iam docuimus, cum de vitibus disputauimus. itaq; superuacuum est hoc loco repetere iam traditam rationem terebrationis.

sup. cap. 8. fo. 298.

*Quod omnium generum surculi, omnibus arboribus inseri possit.* Cap. XXVII.

SED cum antiqui negauerint posse omne genus surculorum in omnem arborem inseri, & illam quasi finitionem, qua nos paulo ante vsi sumus, veluti quandam legem sanxerint, eos tantum surculos posse coalescere, qui sint cortice, ac libro, et fructu cõsimiles ijs arboribꝰ, quibus inserũtur, existimauimus errorẽ huius opinionis discutiendũ, tradendamq; posteris rationẽ, qua possit oẽ genus surculi, oĩ generi arboris inseri. quod ne longiori exordio legentes fatigemus, vnũ quasi exemplum subijciemus, qua similitudine quisq; quod genus volet oĩ arbori poterit inserere. Scrobẽ quoquouersus pedum quatuor ab arbore oliuæ tam longe fodito, vt extremi rami oleæ possint eã cõtingere. in scrobẽ deinde fici arbusculã deponito, diligẽtiãq; adhibeto, vt robusta, & nitida fiat. Post triennium, aut quinquenniũ, cum iã satis amplum incrementum ceperit, ramũ oliuæ, qui videbitur nitidissimus delecte, & ad crus arboris ficulneæ religa. atq; ita amputatis cæteris ramulis, ea tantum cacumina, quæ inserere voles, relinquito. tũ arborẽ fici detruncato. plagãq; leuato, & mediã cuneo findito. Cacumina deinde oliuæ sicuti matri inhærent, vtraq; parte adradito, & ita fissurę fici aptato, cuneumq; eximito, et diligenter colligato, ne qua vi reuellantur. Sic interposito triennio coalescet ficus oliuæ. & tum demum quarto anno, cum bene coierint, velut propagines ramulos oliuæ à matre resecabis. Hoc modo omne genus in omnem arborem inseritur.



*De cythiso.* Cap. XXVIII.

CYTHISVM, quem græci aut* ζέας, aut* κοχλίαν, aut* τρυφερὴν vocant, quamplurimum habere expedit, quod gallinis, apibus, ouibus, capris quoq;, & oĩ generi pecudum vtilissimus est, quod ex eo cito pinguescit, & lactis plurimum præbet ouibus, tum etiam quod octo mensibus viridi eo pabulo vti, et postea arido possis. Præterea in quolibet agro, quamuis macerrimo celeriter comprehendit, omnemq; iniuriam sine noxa patitur. Mulieres quidem, si lactis inopia premuntur, cythisum aridum in aquam macerari oportet, cum tota nocte permaduerit, postero die expressi succi ternas heminas permisceri modico vino, atq; ita potandum dari, sic & ipsæ valebunt, & pueri abundantia lactis confirmabuntur. Satio autem cythisi vel autumno circa Idus Octob. vel vere fieri potest. Cum terram bene subegeris, in modum horti areas facito, ibiq; velut ocymum semẽ cythisi autumno serito. plantas deinde vere disponito, vt inter se quoquouersus quatuor pedum spatio distent. Si semen non habueris, cacumina cythisorum vere disponito. Stercoratam terram circa aggerato. si pluuia non incesserit, rigato. XV. proximis diebus. simulac nouã frondem agere cœperit, sarrito. Post triennium deinde cædito, & pecori præbeto. Equo abunde est viridis pondo. XV. boui pondo. XX. cæterisq; pecudibus pro portione virium. Potest etiam circa Septembrem ramis seri. Aridum si dabis, exiguum dato, quoniam maiores vires habet, priusq; aqua macerato, & exemptum paleis permisceto. Cythisum, quod aridum facere voles, circa mensem Septembris, cum semen eius grandescere incipiet, cędito. Paucis deinde horis, dum flaccescat, in sole habeto, deinde in vmbra adsiccato, & ita condito.

*De Salice, & genista, & arundine.* Cap. XXIX.

SALICEM, & genistam crescente luna vere circa Calen. Mar, Serito. Salix humida loca desyderat, genista

Universidad de Deusto
Biblioteca



etiam ſicca, vtraq; tamen circa vineam opportune ſerun tur, quoniam palmitibus idonea præbent vincula. Arun do optime ſeritur, quos alij bulbos, alij oculos vocant. Simulatq; terrã bipalio repaſtinaueris, radicẽ arundinis acuta falce præſectã impendenti pluuia diſponito. Sunt qui arundines integras ſternãt, quoniã ex omnibus no dis ſatæ arundines emittunt, ſed ferè hoc genus euanidã, exilemq;, & humilem arundinem affert. Melior itaq; ſa tio eſt ea, quam prius demonſtrauimus. Placet autem omnibus annis ſimulac arundinem cæcideris, locũ alte, & æqualiter fodere, atq; ita rigare.

De *Viola*, & *Roſa*. Cap. XXX.

VIOLAM qui facturus eſt, terram ſtercoratam, & re paſtinatã minimũ alte pedem in puluinos redigat. Atq; ita plantas hornotinas ſcrobiculis pedalibus factis ante Cal. Mar. diſpoſitas habeat. Semen autem violæ ſicut ole rum in areis duobus temporibus ſeritur vere, vel autum no. Colitur autem eo modo, quo & cætera olera, vt run cetur, vt ſarriatur, vt interdum etiam rigetur. Roſam fru ticibus, ac ſurculis diſponi per ſurculos pedales conuenit per idem tempus, quo & viola. Sed omnibus annis fo diri ante Calend. Mart. & interputari oportet. Hoc mo do culta multis annis perennat.

FINIS.

## TITVLI LIBRI PRIMI.

De præceptis rei ruſticæ. Tit. I.
De quatuor rebus, quibus agricultura conſiſtit. T.II.
De aeris probatione. T.III.
De aqua probanda. T.IIII.
De qualitate terrarum. T.V.
De induſtria, & neceſſarijs ad rura ſententijs. T.VI.
De agri electione, & ſitu. T.VII.
De ædificio. T.VIII.
De hybernis, et æſtiuis mãſionibus, et pauimẽtis. T.IX.



De calce, & arena. T.X.
De latericijs parietibus. T.XI.
De lumine, & altitudine. T.XII.
De cameris cannicijs. T.XIII.
De opere albario T.XIIII.
De tectorijs. T.XV.
De vitanda valle, q̃ propter aquas diligi ſolet. T.XVI.
De ciſternis, & maltha frigidaria. T.XVII.
De cælla vinaria. T.XVIII.
De horreo. T.XIX.
De olei factorio. T.XX.
De ſtabulis equorum, & boum. T.XXI.
De corte. T.XXII.
De auiarijs. T.XXIII.
De columbarijs. T.XXIIII.
De turturario. T.XXV.
De turdis. T.XXVI.
De gallinis. T.XXVII.
De pauonibus. T.XXVIII.
De phaſianis. T.XXIX.
De anſeribus. T.XXX.
De piſcinis. T.XXXI.
De fœnili paleario, & lignario. T.XXXII.
De ſterquilinio. T.XXXIII.
De locis horti, & pomarij, & ſepibus, & ſerendi tempo re. T.XXXIIII.
De remedijs horti, vel agri. T.XXXV.
De area. T.XXXVI.
De apium caſtris. T.XXXVII.
De vaſculis apium formandis. T.XXXVIII.
De apibus emendis. T.XXXIX.
De balneis. T.XL.
De malthis calidaria, & frigidaria. T.XLI.
De piſtrino. T.XLII.
De inſtrumentis agreſtium. T.XLIII.

# PALLADII
## RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI illustris de re rustica Liber primus.

### De *præceptis rei rusticæ*. *Titulus*. I.

PARS est prima prudentiæ ipsam, cui præceptu-rus sis, æstimare personam. Neque enim formator agricolæ debet artibus, & eloquentia rhetores ęmulari. quod à pleriſq; factum est, qui dum diserte loquuntur rusticis, assecuri sunt, vt eorum doctrina nec à disertissimis possit intelligi. Sed nos recidamus præfationis moram, ne, quos reprehendimus, imitemur. Dicendum autem nobis est (si diuina fauerint) de omni agricultura, & pascuis, & ædificijs rusticis, secundum fabricandi magistros, eorumq; inuentionibus, & oī genere eorum, quę vel facere, vel nutrire oportet agricolā ratione voluptatis, & vsus fructus, suis tī temporib⁹ per vniuersa distinctis sanè in primis hoc seruare cōstitui, vt eo mense, quo ponenda sunt singula, cum sua omni exequar disciplina.

### De *quatuor rebus, quibus agricultura cōsistit*. T. II.

PRIMO igitur eligēdi, & bene colendi agri ratio quatuor rebus constat aere, aqua, terra, industria. Ex his tria naturalia, vnum facultatis, & voluntatis. Naturæ est, qđ in primis spectare oportet, vt eis locis, quæ colere destinabis, aer sit salutaris, & clemens, aqua salubris, & facilis, vel ibi nascens, vel adducta, vel imbre collecta, terra vero fœcunda, & situ commoda.

### De *aeris probatione*. T. III.

AERIS igitur salubritatem declarant loca ab infimis vallibus libera, & nebularum noctibus, absoluta, & habitatorum consyderata corpuscula, si eis color sanus, capitis firma synceritas, in offensum lumen oculorum, pu-



rus auditus, & si fauces commeatum liquidæ vocis exercent. Hoc genere benignitas aeris approbatur. His autē contraria noxium cœli illius spiritum confitentur.

### De *aqua probanda*. T. IIII.

AQVAE vero salubritas sic agnoscitur. Primum ne à lacunis, aut à palude ducatur, ne de metallis originē sumat, sed sit pſpicui coloris, neq; vllo aut sapore, aut odore vitietur, nullus illi limus insidat, frigus tepore suo mulceat, æstatis incendia frigore moderetur. Sed quia solet his omnibus ad speciem custoditis occultiorem noxam tectior seruare natura, ipsam quoq; ex incolarum salubritate noscamus, si fauces bibentium puræ sunt, si saluo capite, in pulmonibus, ac thorace aut nulla est, aut rara causatio. Nam plerunq; has noxas corporis ad inferiorē partē quæ supra sunt corrupta demittunt vt vitiato capite ad pulmones, vel stomachum morbi causa decurrat, tunc culpandus aer potius inuenitur. Deinde si venter, aut viscera, vel latera, vel renes nullo dolore, aut inflatione vexentur, si vitia nulla vesicæ sunt. Hæc atq; his similia si apud incolas pro maiori parte constare videris, nec de aere aliquid, nec de fontibus suspiceris.

### De *qualitate terrarum*. T. V.

IN terris vero quærenda fœcunditas. Ne alba, & nuda sit gleba, ne macer sabulo sine admistione terreni, ne creta sola, ne arenæ squallentes, ne ieiuna glarea, ne aurosi pulueris lapidosa macies, ne salsa, vel amara, vel vligino sa terra, ne tofus arenosus, atq; ieiunus, ne vallis nimis opaca, & solida. Sed gleba putris, & ferè nigra, & ad tegendam se graminis sui crate sufficiens, aut misti coloris, quæ & si rara sit, tamen pinguis soli adiunctione glutinetur. Quæ protulerit nec scabra sint, nec retorrida, nec succi naturalis egentia ferat. Quod frumentis dandis vtile signum est, ebulum, iuncum, calamum, gramen, trifolium non macrum, rubos pingues, pruna syluestria. Color nanq; nō magnopere quærēdus est, sed pinguedo,

Universidad de Deusto
Biblioteca



pinguis terra.

atq; dulcedo. Pinguem sic agnoscis. Glebã paruulam dulci aqua conspergis, & subigis, si glutinosa est, & adhæret, constat illi inesse pinguedinem. Item scrobe effossa, & repleta, si superauerit terra, pinguis est, si defuerit, exilis, si

dulcis terra

conuenerit æquata, mediocris. Dulcedo aũt cognoscitur, si ex ea parte agri, quæ magis displicet, glebam fictili vase dulci aqua madefactã, iudicio saporis explores. Vineis quoq; vtilẽ per hęc signa cognosces. Si coloris, & corpis rari aliquatenus, atq; resoluti est. Si virgulta, quæ protulit, leui, nitida, procera, fœcunda sunt, vt pyros syluestres,

situs terræ.

prunos, rubos, cęteraq; huiusmodi, neq; intorta, neq; sterilia, neq; macra exilitate languentia. Situs vero terrarũ neq; planus, vt stagnet, neq; præruptus, vt defluat, neque obruptus, vt in imũ deiecta valle subsidat, neq; arduus, vt tempestates immodice sentiat, & calores. Sed ex his omnibus vtilis semper est æquata mediocritas, & vel'cãpus apertior. & humorem pluuium cliuo fallente subducens, vel collis molliter per latera inclinata deductus, vel vallis cum quadã moderatione, & aeris laxitate submissa, vel mons alterius culminis defensus obiectu, & à molestioribus vẽtis aliquo liber auxilio, vel sublimis, asper, sed numerosus, & herbidus. Sed cum sint genera terrarũ plurima, vt pinguis, aut macra, spissa, vel rara, sicca, vel humida, & ex his pleraq; vitiosa, tamen propter seminũ differentiam sæpe necessariam maxime, sicut supra dixi, eligendus est pinguis, ac resolutus ager, qui minimum laborem poscit, & fructum maximum reddit. Secundi meriti est spissus, qui labore quidem maximo, tamen ad vota respondet. Illud vero deterrimum genus est, quod erit siccum simul, & spissum, & macrum, vel frigidum, qui ager pestiferi more fugiendus est.

## ¶ De industria, & necessarijs ad rura sententijs. T. VI.

SED vbi hæc, quę naturalia sunt, neq; humana ope curari possunt diligentius æstimaueris, exequi te conuenit partem, quæ restat industrię. Cuius hæc erit cura vel ma-



xima, vt has, quas subieci, ex oĩ opere rustico in primis debeas tenere sentẽtias. Præsentia dñi prouectus est agri. 1
Color terræ non magnopere desyderetur, quia bonitatis 2
incertus est author. Genera oĩm surculorũ, vel frugũ prę 3
clara, sed terris tuis experta committe. In nouo enim genere seminũ, ante experimentũ non est spes tota ponenda. Locis humidis semina citius, q̃ siccis degenerant, qua 4
re subinde succurrat electio. Ferrarij, lignarij, doliorum, 5
cuparumq; factores necessario habendi sunt, ne à labore solenni rusticos causa desyderandæ vrbis auertat. Lo- 6
cis frigidis à meridie vineta ponantur, calidis à septẽtrione, temperatis ab oriente, vel (si necesse sit) occidente.
Operarũ ratio vnũ modũ tenere nõ potest in tanta di- 7
uersitate terrarũ, & ideo soli, & prouinciæ consuetudo facile ostendit, qui numerus vnanquãq; rẽ faciat, siue in surculis, siue in oĩ genere satorũ. Quæ florent cõstat nõ 8
esse tangenda. Bene eligi serenda non possunt, nisi hoc 9
officiũ prius eligens assumat. In rebus agrestibus maxi- 10
me officia iuuenũ congruũt imperia seniorũ. In vitib? 11
putandis tria consyderanda sunt, fructuũ spes, successũ
ra materies, locus qui seruet, ac reuocet. Vitem si maturi 12
us putes, plura sarmenta, si serius, fructus plurimos consequeris. De locis deterrimis sicut arbores, ita vites cõue- 13
nit ad meliora transferre. Post bonã vindemiã strictius 14
post exiguã latius puta. In oĩ opere inserendi, putandi, ac 15
recidendi, duris, & acutis vtere ferramentis. In vite, vel 16
arbore quæ facienda sunt, perage ante apertionẽ floris, et 17
gemmæ. In vineis aratro prætermissa, fossor emẽder. Lo- 18
cis calidis, siccis, apricis pampinandũ nõ est, cũ magis vitis optet operiri. & vbi vineas vulturnus exurit, aut flatus aliquis regionis inimicus, vitẽ tegamus straminibus
vel aliũde quæsitis. Ramus lætus, viridis, & sterilis in me 19 Columell. de Arbo. ma.
dia olea abscidendus est, velut totius arboris inimicus. 20
Sterilitas. & pestilẽtia æquo modo fugiendæ sunt. In pa- 21
stinato solo inter nouellas vites, oĩno nihil est cõserẽdũ
græci iubent exceptis caulibus, tertio anno quæ libebit

Iniungere. Oīa legumina græcis authoribus, seri iubētur
in sicca terra. faba tantūmodo in humida debet spargi.
Dño, vel colono confinia possidenti, qui fundum, vel
agrum suum locat, damnis suis, ac litibus studet. In agro
periclitantur interiora, nisi colantur extrema. Oē triticū
in solo vliginoso post tertiam sationem in genus siligi
nis commutatur. Tria mala æque nocent, sterilitas, mor
bus, vicinus. Qui terram sterilem vineis occupat, & labo
tribus suis, & sumptibus est inimicus. Campi largius vi
nū, colles nobilius ferunt. Aquilo vites sibi obiectas fœ
cundat, auster nobilitat. Ita in arbitrio nostro est, vtrū
plus habeamus, an melius. Necessitas ferijs caret. Quam
uis temperatis agris serendū sit, tñ si siccitas longa est, se
mina locata tutius in agris, q̄ in horreis seruabuntur.
Viæ malitia æque & voluptati, & vtilitati aduersa est.
Qui agrū colit, grauē tributis creditorē patitur, cui sine
spe absolutionis astrictus est. Qui arando crudū solū in
ter sulcos relinquit, suis fructibus derogat, terræ vberta
tē infamat. Fœcundior est culta exiguitas, q̄ magnitudo
neglecta. Nigras vites oīno repudies, nisi in prouincijs,
in quibus eius generis, quo acinaticiū fieri consueuit. Lō
gius amminiculū vitis incrementa producit. Teneram,
& viridem vitem ferri acie ne recidas. Oīs incisura sar
menti auertatur à gemma, ne eam stilla, quæ fluere con
sueuit, extinguat. Pro macie, vel soliditate vitiū nutrien
da sarmenta putator iniūgat. Terra profunda (quod græ
ci asserunt) oleæ grādes arbores efficit, fructus minores
& aquatos, ac seros, magisq̄ amurcæ proximos. Aer o
leas tepidus iuuat, & ventus mediocris sine vi, & horro
re perflabilis. Vitis, quæ ad iugū colitur, per ætatē ad hoc
perducenda est. vt locis molestioribus quatuor pedibus
à terra, placidioribus vero sæpē summitas eius insurgat.
Hortus, qui cœlo clementi subiacet, & fontano humore
percurritur, propè est, vt liber sit, & nullā serendi disci
plinā requirat. Subligatio acerbis vuisfacienda est, qñ ex
tutiendi, aut rumpendi acini nulla formido est. Ligatura



in vitibus locū debet mutare, ne vnū semper assiduitas
conterat vinculorū. Fossorē si apertus vitis oculus vide
rit, cæcabitur spes magna vindemiæ, & ideo. dū est clau
sus fodiatur. Terræ altitudinem cum fœcūditate, si ad fru
menta, duobus pedibus explora, quatuor vero, si ad ar
busta, vel vites. Vitis nouella, vt facile incrementū cul
ta consequitur, ita interitū celerē, si negligatur, incurrit.
Modum tene æstimatis facultatibus tuis in assumptione
culturæ, ne superatis viribus excedēte mensura turpiter
deseras, quod arroganter assumis. Semina plusquā anni
cula esse non debent, ne vetustate corrupta nō prodeāt.
Frumentū collis quidem grano robustius, sed mensuræ
minus refundet. Oīa, quæ seruntur, crescente luna, & die
bus tepidis sunt serenda, nam tepor euocat, frigus inclu
dit. Si tibi ager est syluis inutilibus tectus, ita eū diuide,
vt loca pinguia puras reddas nouales, loca sterilia syluis
tecta esse patiaris, quia illa naturali vbertate respondēt,
hæc beneficio lætantur incēdij. Sed sic vrēda distingues,
vt ad incensum agrū post quinquenniū reuertaris, ita ef
ficies, vt æqualiter vel sterilis gleba cū fœcunda conten
dat. Græci iubent oliuam, cū plantatur, & legitur, à mū
dis pueris, atq̄ virginibus operandū, credo recordati ar
bori huic esse præsulē castitatē. Nomina frumentorū su
perfluū est præcipere, quæ aut loco subinde, aut ætate mu
tantur. Hoc satis est, vt eligamus præcipua in ea regio
ne, quā colimus, vel exploremus aduecta. Lupinus, & vi
cia pabularis, si virides succidātur, & statim supra sectas
eorum radices aretur, stercoris similitudine agros fœcun
dant, quæ si exaruerint ante q̄ proscindas, in his terræ
succus aufertur. Ager aquosus plus stercoris quærit, sic
cus minus. Calidis, maritimis, siccis, apricis, cāpestribus
locis omne opus vinearum maturius inchoetur, frigi
dis, mediterraneis, humidis, opacis, montanis locis tardi
us, quod nō solum de mensibus, aut diebus dixerim, sed
etiā de horis operandi. Omne opus rusticū, cū fieri præci
pitur, neq̄ cito est si ante quindecī dies, neq̄ tarde, si post

quindecim fiat. Frumenta oia maxime lætantur patenti campo, & soluto, & ad solē recliui. Spissa, & cretosa, & humida terra bene far, & triticū nutrit, ordeū agro solu to delectatur, & sicco. nā in luto so sparsum moritur. Tri mestris satio locis frigidis, & niuosis conuenit, vbi quali tas æstatis humecta est, cæteris raro respondet euētu. Se mē trimestre locis tepidis melius respōdebit, si seratur au tūno. Si necessitas coget in salsa terra aliquid operari, ex tremo autūno plantāda est, vel cōserēda, vt malitia eius hybernis imbribus eluatur. Aliquid etiā terræ dulcis, vel arenæ fluuialis subijciendū est, si illi virgulta committi mus. Seminariū mediocri terra instituere debemus, vt ad meliorē quæ sata fuerint transferātur. Lapides, qui in super sunt, hyeme rigent, æstate feruescunt, iccirco satis, arbustis, & vitibus nocent. Terra, quæ circa arbores mo uetur, ita est vicibus permutāda, vt ei, quæ in summo fue rat, ima succedat. In lætandis arboribus crates faciemus, terrā prius trunco admouentes, & mox lætamen, vt sic op⁹ naturæ beneficio alternāte cumuletur. Agri præsulē nō ex dilectis, & tenere educatis seruulis ponas qa fidu cia p̄teriti amoris impunitatē culpæ præsentis expectat.

## De agri electione, uel situ. T. VII.

IN eligendo agro, vel emendo consyderare debebis, ne bonū naturalis fœcunditatis colentiū deprauauerit iner tia, & in degeneres surculos vber soli feracis expenderit, quod quamuis emendari possit insitione meliorū, tñ ha rū rerū sine culpa melior vsus est, q̄ cū spe corrigendi se rus euentus. In seminibus ergo frumētorū præsens emē datio poterit esse. In vineis maxime consyderandū, atq; vitandum est, quod plerique fecerunt studendo famæ tan tum, & latitudini pastinorum semina vitium statuētes, vel sterilia, vel saporis indigni, quod grandi tibi labore constabit, vt corrigas, si agrum compares vitijs talibus occupatum. Positio ipsius agri, qui eligēdus est, ea sit, in frigidis prouincijs orienti, aut meridiano lateri ager esse



debet oppositus, ne alicuius magni montis obiectu, his duabus partibus exclusis algore rigescat, aut per partem septentrionis remoto, aut per occidentis in vesperam so le dilato. In calidis vero pouincijs, pars potius septentri onis optanda est, quæ & vtilitati, & voluptati, & saluti æqua bonitate respōdeat. Si vicinus est fluuius, vbi sta tuimus fabricæ sedem parare, eius debemus explorare na turam, quia plerunq; quod exhalat inimicum est, à quo (si talis sit) conueniet refugere conditorem. Palus tamen omni modo vitanda est, præcipue quæ ab austro est, vel occidente, & siccari consueuit æstate propter pestilentiā, vel animalia inimica, quæ generat.

## De ædificio. T. VIII.

AEDIFICIVM pro agri merito, & pro fortuna dñi oportet instituī. Quod plerunq; immodice sumptū difficilius est sustinere, q̄ condere. Ita igitur æstimanda est eius magnitudo, vt si aliquis casus incurrerit, ex agro in quo est, vnius anni, aut vt multum biennij pensione reparetur. Ipsius aūt prætorij situs sit loco aliquatenus erectiore, & sicciore, q̄ cætera, & propter iniuriā fundamentorū, & vt læto fruatur aspectu. Fundamenta autē hoc modo ponenda sunt, vt latiora sint ex vtraq; parte semipedis spatio, q̄ parietis insuper struēdi corpus increscet. Si lapis, vel tofus occurrat, facilis causa est collocandi, in quo sculpi tantū fundamenti forma debebit vnius pedis altitudine, vel duorū. Et si solida, vel constricta in uenietur argilla quinta, vel sexta pars altitudinis eius, quæ supra terrā futura est, fundamentis deputetur. quod si terra laxior fuerit, modo maioris altitudinis obruātur, donec munda sine ruderum suspicione occurrat argilla. Quæ si omnino desit, quartam mersisse sufficiet. Studen dum præterea vt hortis, et pomarijs cingi possit, aut pra tis. Sed totus fabricæ tractus vnius lateris longitudine, in quo frons erit, meridianam partem respiciat in pri mo angulo excipiens ortum solis hyberni, & paululum

Universidad de Deusto Biblioteca



ab occidente auertatur hyemali. Ita proueniet, vt per hyemem sole illustretur, & calores eius æstate non sentiat.

## De hybernis, et æstiuis mãsionibus, et pauimẽtis. T. IX.

FORMA tñ debet esse eiusmodi, vt ad habitationẽ breuiter collectas & ęstati, & hyemi præbeat mãsiones. Quę hyemi parantur ita sint constitutę, vt possit eas hyberni solis torus propemodum cursus hilarare. In his pauimenta opportuna esse debebunt. Primum in fabricis planis earum obseruandum est, vt ęqualis, & solida contignatio fiat, ne gradus ambulantium tremorem fabricę titubantis excutiat. Deinde vt axes quernę cum ęsculeis non misceantur. Nam quercus humore concepto, cum se cœperit siccare, torquebitur, & rimas in pauimento, faciet, ęsculus aũt sine vitio durat. Sed si quercu suppetẽte ęsculus desit, subtiliter quercus siccetur, & transuersus, atq; directus duplex ponatur ordo tabularũ clauis frequentibus fixus. De cerro, aut fago, aut farno diutissime tabulata durabunt, si stratis super paleis, vel filice humor calcis nusquã ad tabulati corpus accedat. Tunc super statumina bis rudus. i. saxi contusi duas partes, & cum vna calcis temperatę constitues. Hoc cum ad sex digitorum crassitudinem feceris, & regula exploraueris ęquale, si loca hyemalia sunt, tale pauimentũ debebis imponere, in quo vel nudis pedibus stantes ministri hyeme non rigescãt. Inducto itaq; rudere, vel testaceo pauimento, conge stos, & calcatos spisse carbones cum fabulone, & fauilla, & calce permisces, & huius impensę crassitudinem sex vncijs iubebis imponi. quod exęquatum nigra pauimẽta formabit, & si qua fundentur ex poculis, velociter rata desugent. Sed si ęstiuę mansiones sunt, orientẽ solstitialem, & partem septentrionis aspiciant, & vel testaceũ (sicut supra diximus) accipiant pauimentũ, vel marmora, vel tesseras, vel scutulas, quibus ęquale reddatur angulis, lateribusq; coniũctis. Si hęc deerũt, supra marmor tusum cernatur, aut arena cũ calce inducta leuigetur.



## De calce, & arena. T. X.

PRAETEREA scire est necessarium construenti, quæ calcis, & arenæ natura sit vtilis. Arenæ ergo fossicię genera sunt tria. Nigra, cana, rufa. Omnium pręcipue rufa melior, meriti sequẽtis est cana. Tertium locum nigra possidet. Ex ijs, quæ compressa manu edit stridores, erit vtilis fabricanti. Item si panno, vel linteo candidæ vestis insperſa, & excussa nihil maculæ reliquerit, aut sordis egregia est. Sed si fossilis arena non fuerit, de fluminibus, aut glarea, aut litore colligetur. Marina arena tardius siccatur, & ideo non continue, sed intermissis temporibus construenda est, ne opus onerata corrumpat, camerarum quoque tectoria falso humore dissoluit. Nam fossiles arenæ cementicijs parietibus, & cameris celeri sicitate vtiles sunt, melioresq; si statim, cum effossæ sunt, calci misceantur. nam diutino sole, aut pruina, aut imbre vanescunt. Fluuiales tectorijs magis poterunt conuenire. Sed si vti necesse sit maris arena, erit commodũ prius eam lacuna humoris dulcis immergi, vt vitiũ salis aquis suauibus elota deponat. Calcem quoq; ex albo saxo duro vel tiburtino, aut columbino fluuiali coquemus, aut rubro, aut spongia, aut marmore. Postremo quæ erit ex spisso, & duro Saxo structuris conuenit, ex fistuloso vero, aut molliori lapide tectorijs adhibetur vtilius. In duabus arenæ partibus calcis vna miscenda est. In fluuiali vero arena si tertiam partem testæ cretę addideris, operum soliditas mira præstabitur.

## De latericijs parietibus. T. XI.

QVOD si latericios parietes in prætorio facere voueris, illud seruare debebis, vt perfectis parietibus in summitate, quæ trabibus subiacebit, structura testacea cum coronis prominentibus fiat sexquipedali altitudine, vt si corruptæ tegulæ, aut imbrices fuerint, parietem non possint stillicidia penetrare per pluuiam. Deinde prouidendum est, vt siccis, & asperatis parietibus latericijs

inducatur tectoriũ, quod humidis, ac leuibus adhærere nõ poterit, & ideo tertio eos prius debebis obducere, vt tectoriũ sine corruptione suscipiant.

*De lumine, & altitudine.* T.XII.

IN primis studendum est in agresti fabrica, vt multa luce clarescat. deinde vt partes temporibus diuisas, sicut supra dixi, congruis partibus offeramus, idest æstiuas septẽtrioni, hybernas meridiano, vernas, et autumnales orienti. Mensura vero hæc seruanda est in triclinijs, atq; cubiculis, vt quanta latitudo, et longitudo fuerit, in vnũ computetur, & eius medietas in altitudinẽ conferatur.

*De cameris cannicijs.* T.XIII.

CAMERAS in agrestibus ædificijs ex ea materia vtilius erit formare, quæ facile inuenietur in villa. Itaq; aut tabulis faciemus, aut cannis, hoc genere. Asseres ligni gallici, vel cupressi directos, & æquales constituemus in eo loco, vbi camera facienda est, ita ordinatos, vt inter se sesquipedalis mensura sit vacua. Tunc eos cathenis ligneis ex iunipero, aut oliua aut buxo, aut cupresso factis ad contignationem suspendemus, & binas inter eos perticas dirigemus tomicibus alligatas. Postea palustrem cannam, vel hãc crassiorem, quæ in vsu est, contusam facta, & strictim iuncta crate subnectimus. & per omne spatiũ cum ipsis asseribus, & perticis alligamus. Dehinc primo impensa pumicea induemus, & trulla æquabimus, vt inter se cannarum membra constringat. Post arena, & calce coæquabimus. Tertio tusi marmoris puluerem mistũ cum calce ducemus, & poliemus ad summum nitorem.

*De opere albario.* T.XIIII.

OPVS quoq; albarium sæpe delectat, cui calcem debebimus adhibere, cum multo tempore fuerit macerata. ergo vt vtilem probes, ascia calcem quasi lignum dolabis. Si nusquam acies eius offenderit, & si quod asciæ adhæret, fuerit molle, atq; viscosum, constat albarijs operibus conuenire.



*De tectorijs.* T.XV.

PARIETVM vero tectura sic fiet fortis, & nitida. Prima trullis frequentetur inductio. Cum siccari cœperit iterum inducatur, ac tertio. Post hæc tria coria ex marmoreo grano cooperiatur ad trullam. Quæ inductio ante tamdiu subigenda est, vt rutrum, quo calx subigitur, mundum leuemus. Hęc quoq; marmoris grani inductio cum siccari cœperit, aliud corium subtilius oportet imponi, sic & soliditatem custodiet, & nitorem.

*De uitanda ualle.* T.XVI.

VITANDVM est aũt, quod plerisq; fecerũt aquæ causa, villas in infimis vallibus mergere, & paucorũ dierum voluptatẽ præferre habitatorũ saluti. Quod etiã magis metuemus, si prouincia, quam colimus, de morbis æstate suspecta est. Cui si fons desit, aut puteus, cisternas construere conueniet, quibus omnium conduci possit aqua tectorium. Fiunt autem hoc modo.

*De cisternis, & maltha frigidaria.* T.XVII.

SIGNINIS parietibus magnitudo ea, cui delectaris, & sufficis, constituatur longior magis q̃ latior. Huius solũ alto rudere solidatũ relicto suforis loco testacei pauimenti superfusione leuigetur. Hoc pauimentum omni cura cedendũ est ad nitorem, & lardo pingui decocto assidue perfricandũ. Quod vbi deducto humore siccatum est, ne rimis in aliqua parte findatur, etiã parietes simili corio velentur obducti, & ita post diuturnam, & solidam siccitatem, aquæ prębeatur hospitium. Anguillas sanè, pisces q; fluuiales mitti in his, pasciq; conueniet, vt horum natatu aqua stans agilitatem currentis imiterur. Sed si aliquando in quocunq; loco pauimenti, vel parietis tectura succumbat, hoc genus malthæ adhibebimus, vt humor in exitum nitens possit includi. Rimas, & Lacunas cisternarũ, et piscinas, vel puteos sarciemus hoc genere, & si humor per saxa manabit, picis liquidæ quantũ volueris, & tantundem sumes vnguinis, quod vocamus

plin. 35 lib. cap. 12.

Universidad de Deusto
Biblioteca



axungiam, vel sæuum. Tunc in olla vtrunq; miscebis, & coques donec spumet, deinde ab igne remouebis. Cum fuerit eadem refrigerata permistio, calcem minutim super adijcies, & ad vnum corpus omnia mista reuocabis. Cumq; velut strigmentū feceris, inseres locis corruptis, ac manantibus, & pressum summa densitate calcabis. Salutare erit æquas illuc per tubos fictiles duci, & opertis immeare cisternis. Nam cœlestis aqua ad bibendum omnibus antefertur, vt & si fluens adhiberi possit, quæ salubris non est, lauacris debeat, & hortorū vacare culturæ.

*celestis aqua*

## De cælla uinaria. T. XVIII.

CAELLAM vinariam septentrioni debemus habere oppositam frigidam, vel obscuræ proximam longe à balneis, stabulis, furno, sterquilinijs, cisternis, aquis, & cæteris odoris horrendi, ita instructam necessarijs, vt non vincatur à fructu, sic aūt disposità vt basilicæ, ipsius forma calcatorium loco habeat altiore cōstructū. Ad quod inter duos lacus, q ad excipienda vina hinc inde depressi sint, gradibus tribus ferè, aut quatuor ascendatur. Ex his lacubus canales structi, vel tubi fictiles circa extremos parietes currant, et subiectis lateri suo dolijs p vicinos meatus manantia vina defundant. Si copia maior est, mediū spatium cupis deputabitur, quas ne ambulacra prohibeant, basellis altioribus impositas, vel supra obruta dolia possumus collocare spatio inter se largiore distantes, vt (si res exigat) curantis transitus possit admitti. Quod si cupis locum suum deputabimus, is locus ad calcatorij similitudinem podijs breuibus, & testaceo pauimento solidetur, vt etiam si ignorata se cupa diffuderit, lacu subdito excipiantur non peritura vina, quæ fluxerint.

## De Horreis. T. XIX.

SITVS horreorum quamuis ipsam septentrionis desyderet partem, & superior, & longe ab omni humore, & lætamine, & stabulis ponendus est, frigidus, vētosus,



& siccus, cui prouidendum structuræ diligentia ne rimis possit abrumpi. Solū igitur omne bipedis sternatur, vel minoribus laterculis, quos suffuso testaceo pauimēto de hemus imprimere. Tunc diuisas cællas (si magnus sperabitur seminum modus) grano cuiq; tribuemus, & si terræ pauperies minora promittit, vel craticijs podijs erunt discernenda granaria, vel vimineis vasculis reditus tenues colligemus. Sed factis granarijs amurca luto mista parietes linuntur, cui aridi oleastri, vel oliuæ folia pro paleis adijciuntur. quo tectorio siccato rursus amurca respergitur. quæ vbi siccata fuerit, frumenta condentur. Hæc res gurgulionibus, & cæteris noxijs animalibus inimica est. Aliqui coriandri folia frumentis miscent ad seruandum profutura. Nihil tamen diu custodiendis frumentis commodius erit, quàm si ex aeris in alterum locum vicinum transfusa refrigerentur aliquantis diebus, atq; ita horreis inferantur. Negat Columella ventilanda esse frumenta, quia magis miscentur animalia totis aceruis. quæ si non moueantur, in summitate intra mensuram palmi subsistent. & hoc velut corrupto corio cætera illæsa durabunt. Asserit idem noxia animalia vltra prædictam mēsuram non posse generari. Herba coniza sicca (vt græci asserunt) substrata frumentis addit ætati. Ab horreis tamen auster debet esse auersus.

*custodiendis frumentis*

## De olei factorio. T. XX.

OLEARIS cælla meridianis sit obiecta partibus, & contra frigus munita, vt illi per specularia debeat lumen admitti. Ita & operas, quæ hyeme futuræ sunt, nullus algor impediet, & oleum, cum premetur, adiutum reporibus, frigore non valebit astringi. Trapetis, & rotulis, & prælo nata est forma, quam consuetudo dictauit. Receptacula olei semper munda sint, ne nouo sapore infecta veteri rancore corrumpantur. At si quis maiori diligentiæ studet, subiectis hinc inde cuniculis pauimēta suspendat, & ignem suggerat fornace succensa. Ita purus calor,

olei cællam sine fumi nidore vaporabit, quo sæpe infectum, colore corrumpitur, & sapore.

De *stabulis equorum, uel boum.* T. XXI.

STABVLA equorũ, vel boũ meridianas quidẽ plagas respiciant, nõ tñ egeant septentrionis luminibus, quæ p hyemẽ clausa nihil noceãt, p æstatẽ patefacta refrigeret. Ipsa stabula, propter vngulas aãlium, ab oĩ humore suspensa sint. Boues nitidiores fient, si focum proxime habeãt, & ignis lumen intendãt. Octo pedes ad spatiũ stan di singulis boum paribꝰ abundãt, & in porrectione. xv. Plancæ roboreæ supponantur, stationibus equorum cũ stramine, vt iacentibus molle sit, stantibus durum.

De *corte.* T. XXII.

CORS ad meridiem pateat, & obiecta sit soli, quo facilius hyeme aliquem teporem concipiat propter ea, quæ insunt animalia, quibus etiam ad æstatis temperandum calorem porticus furcis asseribus, & fronde formari debent, quæ vel scandulis, vel (si copia suppetit) tegulis, vel si facilius, & sine impensa placuerit, tegentur caricibus, aut genistis.

De *auiarijs.* T. XXIII.

CIRCA parietes cortis extremos auiaria facienda sunt, quia stercus auium maxime necessarium est agriculturę, excepto anserũ lætamine, quod satis oĩbus inimicũ est. Sed habitacula cæterarum auiũ maxime necessaria sunt.

De *columbarijs.* T. XXIIII.

COLVMBARIVM vero potest accipere sublimis vna turricula, in prætorio constituta leuigatis, ac dealbatis parietibus, in quibus à quatuor partibus (sicut mos est) feneſtrellæ breuissimæ fient, vt columbas solas ad introitum, exitumq; permittant. Nidi figurentur interius. A mustellis tutæ fient, si inter eas frutex virgosus sine folijs asper, vel vetus spartea proijciatur, qua animalia calciantur, vt eam secretò non videntibus alijs vnus



attulerit, non pereunt. Et neq; locum deserunt, si per omnes feneſtras aliquid de strãgulati hominis loro, aut vinculo, aut fune suspendas. Inducunt talias, si cumino pascantur assidue, vel setosi hirci alarum balsami liquore tangãtur. Fœtus frequẽtant, si ordeũ torrefactũ, vel fabã, vel herbum, sæpe consumant. Triginta autem columbis volantibus diurni tres sextarij tritici sufficient, aut creturæ, ita vt herbum fœtus gratia mensibus præbeamus hybernis. Rutæ ramulos pluribus locis oportet contra animalia inimica suspendere.

*Vide Cardanum de subtilitate.*

De *Turturibus.* T. XXV.

SED colũbarij cællæ duo subiecta cubicula fiant. Vnũ breue, & propè obscurum, quo turtures claudi possint, quos nutrire facillimum est. Nam nihil expetunt, nisi vt æstate, qua sola maxime pinguescunt, triticum, vel milium mulsa maceratum semper accipiant. Semodius vnus diurnus centum viginti turturibus sufficit. Aqua sanè eis frequenter mundior debet offerri.

De *Turdis.* T. XXVI.

ALIVD vero cubiculum turdos nutriat. qui si alieno tempore saginentur, & voluptatem cibi, & reditum maximum præstant parcitati beneficium ministrante luxuria. Fit autem locus mundus, & lucidus, & vndiq; leuigatus. Transuersæ in hoc perticæ figuntur, quibus possint post inclusum volatum sedere. Rami etiam virides sæpe mutentur. Caricæ tunsæ mistis pollinibus largissime præbeantur. Myrti etiam, si facultas est, lentisci, oleastri, ederæ, arbuti semina interdum ad excludenda fastidia, & maxime aqua munda præbeatur. Claudantur illæsi, & recenter capiti mistis aliquibus ante nutritis, quorum societate ad capiendos cibos pauidam nouæ captiuitatis mœstitudinem consolentur.

De *gallinis.* T. XXVII.

GALLINAS educare nulla mulier nescit, quæ modo videatur industria. Hoc de his præcepisse sufficiat, vt

Universidad de Deusto
Biblioteca



fumo, puluere vtantur, & cinere. Sint præcipue nigræ, aut flaui coloris. sed albæ vitentur. Vinaceæ cibo sterilescunt, ordeo semicocto, & parere sæpe coguntur, & reddunt oua maiora. Duobus cyathis ordei bene pascitur vna gallina, quæ sit vaga. Supponenda sunt his semper oua numero impari, luna crescẽte à decima vsq; in quintamdecimam. Pituita his nasci solet, quæ alba pellicula linguam vestit extremam. Hæc leuiter vnguibus vellitur, & locus cinere tangitur, & allio trito plaga mundata conspergitur. Item allij mica trita cum oleo faucibus inseritur. Staphisagria etiam prodest, si cibis misceatur assi due. Si amarum lupinum comedãt, sub oculis illis grana ipsa procedunt, quæ nisi acu leuiter apertis pelliculis auferantur, extingunt. Oculos portulacæ succo forinsecus, et mulieris lacte curemus, vel hammoniaco sale, cui mel, & ciminum æquale miscentur. Pædiculos earũ perimit staphisagria, & torrefactum ciminum pari pondere, & pariter tunsa cum vino, & amari lupini aqua, si penetret secreta pennarum.

## De *Pauonibus*. T. XXVIII.

PAVONES nutrire facillimum est, nisi fures, aue animalia inimica formides. qui plerunq; per agros vagãtes sponte se pascunt, pullosq; educunt, & altissimas vespere arbores petunt. Vna vero his cura debetur, vt incubantes per agrum fœminas, quæ hoc passim faciunt, à vulpe custodias. Ideo in insulis breuibus meliori sorte nutriuntur. Vni masculo fœminæ quinq; sufficiunt. Masculi oua, & pullos suos psequuntur velut alienigenas prius quàm illis cristarum nascatur insigne. Ab idibus Februarijs calere incipiunt. Faba leuiter torrefacta in libidinem prouocantur, si eis quinto quoq; die tepida præbeatur. Sex cyathi vni sufficiunt. Cupidinem coeundi masculus confitetur, quoties circa se amictum caudæ gemmantis incuruat, & singularum capita occulta pennarum locis suis exerit cum stridore procurrens. Si oua pauonũ galli



nis supponantur excusatę matres ab incubatione tribus vicibus p annũ fœtus edũt. Primus partus quinq; ouorũ, secundus quatuor, tertius trium, vel duorum esse consueuit. Sed electæ (si hoc placuerit) nutrices gallinæ sint, quę à primo incremento lunæ nouem diebus habeant nouem oua supposita, quinq; pauonina, & cætera sui generis. Decima die oua omnia gallinacea subtrahantur, & alia item gallinacea totidem recentia supponantur quot ablata sunt, vt trigesima luna, hoc est expletis triginta diebus, possint cum pauoninis ouis aperiri. Oua autem pauonum, quæ gallinæ subiecta sunt, sæpe manu cõuertantur, quia hoc ipsa facere vix valebit. Vnam partem oui notabis, vt te subinde conuertisse cognoscas. Maiores tamen gallinas oportet eligere, nam minoribus pauciora suppones. Natos autem pullos, si ad vnã transferre à pluribꝰ velis, dicit Columella vni nutrici vigiliquinque sufficere. Mihi vero, vt bene educi possint, videntur quindecim satis esse. Primis diebus far ordei conspersum vino, pullis dabitur, vel vndecunq; cocta pulticula, & refrigerata. Postea adijcietur porrũ cõcisum, vel caseus recens, sed expressus, nam serum pullis nocet. Locustæ etiã pedibus ablatis præbentur. Ita pascendi sunt vsq; ad sextum mensem. Deinde ordeum poteris præbere solenniter. Trigesimo quinto tamẽ die postquam nati sunt, etiam in agrum tutò eijci possunt comitante nutrice, pascẽdi, cuius singultu reuocantur ad villam. Pituitas vero, & cruditates ijs remedijs submouebis, quibus gallina curatur. Maximum illis periculum est, cum incipit crista producì. nam patiuntur langores infantum similitudine, cũ illis tumentes gingiuas denticuli aperire nituntur.

## De *Phasianis*. T. XXIX.

IN phasianis nutriendis hoc seruandum est, vt nouelli ad creandos fœtus parentur, ideſt q anno superiore sunt editi. Veteres enim fœcundi esse non possunt. Ineunt fœminas mense Martio, vel Aprili. Duabus vnus masculus

Universidad de Deusto
Biblioteca



sufficit, quia cæteras aues salacitate non æquat. Semel in anno fœtus creant. Viginti ferè ouis pariendi ordo cõclu ditur. Gallinę his meli⁹ incubabũt, ita vt quindeci phasia nina oua nutrix vna cooperiat, & cętera sui generis sup ponantur. In supponendo de luna, & diebus, quæ sunt in aliis dicta, seruentur. Trigesimus dies maturos pullos in lumine mittet. Sed per quindecim dies discocto, ac refri gerato leuiter ordei farre pascentur, cui vini imber aſper gitur. Post triticum fractum præbebis & locustas, & oua formicæ. Sanè ab aquæ prohibeantur accessu, ne eos pi tuita concludat. Quod si pituitam patientur phasiani, al lio cum pice liquida trito rostra eorum debebis assiduus perfricare, vel vitium sicut gallinis fieri consueuit, auferre. Saginandi hæc ratio est, vt vnius modij triticea fari na i breuissimas offulas redacta clauso phasiano p. xxx. dies ministrata sufficiat. Vel si ordeaceam farinam præ bere volueris, vnius, & semissis modij farina per prædi ctos dies saginam replebit. Obseruandum sanè est, vt of fulæ ipsæ oleo leuigentur aspersio, & ita inserantur fauci bus, ne sub infima lingua parte mergantur. Quod si eue nerit, statim peribunt. Illud quoq; magnopere curemus, ne præbeantur noua alimenta, nisi digestis alijs, quia eos facillime onus cibi hærentis extinguit.

De *anseribus* T. XXX.

ANSER sanè nec sine herba, nec sine aqua facile su stinetur. Locis consitis inimicus est, quia sata & morsu lædit, & stercore, pullos præstat, & plumas, quas & autũ no vellamus, & vere. Vni masculo tres fœminæ sufficiant. Si desit fluuius, lacuna formetur. Si herba non suppe tit, trifolium, fœnum græcum, agrestia intyba, lactuucias seremus alimento. Albi fœcundiores sunt, varij vel fusci minus, quia de agresti genere ad domesticũ transierunt. Incubant à Calendis Martij vsq; ad æstiuum solstitium. Plus parient, si gallinis oua illarum supponantur. Extre mum partum matribus iam vacaturis educare permitti



mus, parituræ ad haram perducantur. Cum semel hoc fe ceris, consuetudinem sponte retinebunt. Gallinis sicut pa uonina etiam anseris oua supponas. Sed anserina oua ne noceantur suppositis, subijciatur vrtica. Parui primis decem diebus intus pascendi sunt, postea sereno eos po terimus educere, vbi vrtica non fuerit, cuius aculeos re formidant. Quatuor mensibus bene saginantur, nam melius pinguescunt in tenera ætate. Polenta dabitur in die ter. Large vagãdi licentia prohibetur, loco obscuro claudentur, & calido, sic maiores etiam secundo mense pinguescunt. Nam paruuli sæpe die trigesimo moriun tur. Saginantur vero melius, si ad satietatem miliũ præ beamus infusum. Inter anserum cibaria legumen omne porrigi potest, excepto eruo. Cauendũ est etiam, ne pul li eorũ setas glutiant. Græci saginandis anseribus polen tæ duas partes. & furfuris quatuor aqua calida temperãt & ingerunt pro appetentis voluptate sumenda. tribus per diem vicibus potu adiuuant. Media quoq; nocte a quam ministrãt. peractis vero. XXX. diebus si vt iecur his tenerescat optabis, tunsas caricas, & aqua maceratas in offas volutabis exiguas, & per dies viginti contin os ministrabis anseribus.

De *piscinis*. T. XXXI.

HIS ordinatis cætera exequenda sunt. Nã piscinæ duæ vel solo impressæ, vel cæso lapide circa villam esse debe bunt, quas facile est aut fonte, aut imbre suppleri, vt vna ex his vsui sit pecoribus, vel auibus aquaticis. Alia ma defaciat virgas, & coria, & lupinos, & siqua rusticitas consueuit infundere.

De *fœnili paleario, lignario*. T. XXXII.

FOENI, palearum, ligni, cannarum repositiones nil refert in qua parte fiant, dummodo siccæ sint, atq; perfla biles, & longe remoueantur à villa propter casum furti pientis incendij.

De *sterquilinio*. T. XXXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



STERCORVM congestio locū suū tenere debebit, q abundet humore, & propter fœtoris horrēda à prętorij cōuertatur aspectu. Humor abundans hoc præstabit stercori, vt siqua in sunt spinarū semina putrefiant. Stercus asinorū primū est maxime hortis, deinde ouillū, & capriņū, & iumentorū, porcinū vero pessimū, cineres optimi. Sed columbinū feruidissimū, cæterarumq; auiū satis vtile est, excepto palustriū. Stercus, quod anno requieuerit, segetibus vtile est, nec herbas creat. Si vetustius sit, minus proderit. Pratis vero recentia stercora proficient ad vber herbarū. Et maris purgamenta, si aquis dulcibus eluantur, mista reliquis vicem stercoris exhibebunt. Et limus, quem scaturiens aqua, vel fluuij incrementa respuerint.

*De locis horti, & pomarij, & sepibus, & serendi tempore.* T. XXXIIII.

HORTI, & pomaria domui proxima esse debebunt. Hortus sit sterquilinio maxime subiectus, cuius succo sponte fœcundet. Ab arca longe situs sit, nā puluerē paleatū patitur inimicū. Felix positio est, cui leniter inclinata planicies cursus aquæ fluentis per spatia discreta deriuat. Si fons desit, aut imprimendus est puteus, aut si nequeas hoc, piscina superius construenda est, vt illinc aquas pluuia conferente hortus per æstiuos rigetur ardores. Si hac omni facultate careueris, semper altius tribus, vel quatuor pedibus ad pastini similitudinē fodies hortulū, qui sic cultus negligat siccitates. Sed huic quamuis cōtra necessitatem mista stercore quælibet terra conueniat, tñ hæc genera sunt in electione vitanda, creta, quā argillā dicimus, atq; rubrica. Illud quoq; custodies in hortis, quos humoris natura non adiuuat, vt diuidas p partes, & hyeme ad meridiē, æstate ad septentrionē spatia colenda conuertas. Debent etiā horti esse clausi, sed munitionis multa sunt genera. Alij luto inter formas clauso, parietes figuratos ex lateribus imitantur. Quibus copia suppetit, macerias luto, & lapide excitāt. Pleriq; sine luto congesta in ordinem saxa componūt. Nonnulli fossis spatia colenda præcingūt, quod vitādū est, quia horto subducit humores, nisi forte locus palustris colatur. Alij spinarū plantas, & semina in munitione disponūt. Sed melius erit rubi semina, & spinæ, quæ rubus caninus vocatur, matura colligere, & cū farina erui ex aqua macerata miscere. funes dehinc sparteos veteres hoc genere mistionis sic inducere, vt intra funes semina recepta seruentur vsq; ad verni temporis initia. Tunc vbi sepes futura est. duos sulcos tribus à se pedibus separatos sesquipedis altitudine faciemus, & per vtrosq; , funes cū seminibus obruemus leui terra. Ita trigesima die procedūt sentes, quos teneros anniculis opus est adiuuare, quibus inter se sentes per spatia vacua relicta iūgentur. Partes sanè horti sic diuidendæ sunt, vt eæ, in quibus autūno seminabitur, verno tempore pastinentur. quas seminibus vere complebimus, autūni tempore debebimus effodere. Ita vtraq; pastinatio decoquetur beneficio algoris, aut solis. Areæ faciēdæ sunt angustiores, & longæ, idest duodecī pedū longitudine, & sex latitudine, vt sint propter spatia vtrinq; purganda diuisæ. Margines vero earū locis humidis, vel irriguis duobus pedibus erigantur, siccis vno extulisse sufficiet. Inter areas (si humor consueuit effluere) spatia altiora ipsis areis esse debebūt, vt facilius ingrediatur areā de superiore parte humor admissꝰ, & vbi sitientē saturauerit, in alias possit excluſus auerti. Serēdi tempora licet per menses certa signemus, tñ secūdū loci, & cœli naturā vnusquisq; custodiat. Frigidis locis autūnalis satio celerior fiat, verna vero tardior. Calidis aūt regionibus, & autūnalis serior fieri potest, & verna maturior. Quæcūq; serenda sunt, cūluna crescit, seminētur, quæ secanda sunt, vel legenda, cū minuitur.



*De remedijs horti, uel agri.* T. XXXV.

CONTRA nebulas, & rubiginem paleas, & pur-

Universidad de Deusto
Biblioteca



gamenta pluribus locis per hortū dispositā simul oīa, cū nebulas viridis instare, combures, Contra grandinē multa dicuntur. Panno roseo mola cooperitur. Itē cruentæ secures contra cœlū minaciter leuantur. Itē omne horti spatiū alba vite præcingitur. Vel noctua pennis patentibus extensa suffigitur. Vel ferramenta, quibus operādū est, sepo vnguntur vrsino. Aliqui vrsi adipē cū oleo tusum reseruant, & falces hoc, cum putaturi sunt, vngunt. Sed hoc in occulto debet esse remediū, vt nullus putator intelligat. Cuius vis tanta esse perhibetur, vt neq; gelu, neq; nebula, neq; alio malo possit noceri. Interest etiam vt res profanata non valeat. Contra culices, & limaces vel amurcam recentem, vel ex cameris fuliginem spargimus. Contra formicas, si in horto habent foramē, cor noctuæ admoueamus, si foris veniunt, omne horti spatium cinere, aut cretæ candore signemus. Contra erucas semina, quæ spargenda sunt, semper viuæ succo madefiant, vel erucarum sanguine. Cicer intra olera propter multa portenta serendū est. Aliqui cinerem de fico super erucas spargunt. Item squillam vel in horto serunt, vel certe suspendunt. Aliqui mulierem mestruātem nusquā cinctam, solutis capillis, nudis pedibus, contra erucas, & cætera hortū faciunt circumire. Aliqui fluuiales cancros pluribus locis intra hortū clauis figunt. Contra animalia, quæ vitibus nocent, cantarides, quas in rosis inuenire consueuimus, oleo mersas resolui patieris in tabem, et cū putandæ sunt vites, hoc oleo falces putatorias perunges. Extinguntur cimices amurca, & felle bubulo lectis, aut locis perunctis, vel foliis ederæ tritis ex oleo, vel incensis sanguisugis. Vt olera animalia infesta non generent, in corio testudinis oīa semina, quæ sparsurus es, sic ca. vel mētā locis pluribus maxime inter caules sere. hoc præstare fertur eruū aliquantulū satū, præcipue vbi radices, & rapa nascuntur. Vel acre acetū succo iusquiami mistū, fertur olerū pulices necare, si spargas. Campas fertur euincere, qui fusticulos allij sine capitibus per horti om-



ne spatiū comburēs nidorem locis pluribus excitarit. Si contra easdem vitibus voluerimus consulere, allio trito falces putatoriæ feruntur vngendæ. Nasci quoq; prohibētur, si circa arborū, vel vitiū crura bitumen, & sulfur incendas. Vel si ablatas de horto vicino campas excoquas aqua, & per horti tui spatia vniuersa diffundas. Ne cantarides vitibus noceant, in cote, qua falces acuuntur, ipsę sunt conterendæ. Democritus asserit, neq; arboribus, neq; satis quibuslibet noceri posse à quibuscunq; bestijs, si fluuiales cancros plurimos, vel marinos, quos græci πτω γόχους nominant, nō minus q̄ decem fictili vasculo in aquā missas tegas, & sub dio statuas, vt decem diebus sole vaporentur. Postea quæcunq; illæsa volueris esse, ea aqua perfundas, & octonis diebus peractis hoc repetas, donec solide, quæ optaueris adolescāt. Formicas abiges, si origano, & sulfure tritis foramen asperges. Hoc & apibus nocet. Item coclearū vacuas testas si vsleris, & eō cinere foramen inculces. Culices galbano infuso fugantur, aut sulfure. Pulices amurca per pauimentū frequenter aspersa, vel cimino agresti cū aqua trito, vel si cucumeris agrestis semen aqua resolutū sæpe infundes, vel aquam lupinorū psilotri austeritatibus iunctam. Mures si amurcam spissam patinæ infuderis, & in domo noctu posueris, adhærebunt. Item necabuntur, si helleboro nigro caseū, vel panem, vel adipes, vel polentam permisceas, & offeras. Et agrestis cucumeris, & coloquintidis suffusio sic nocebit. Aduersus mures agrestes Apuleius asserit semina bubulo felle maceranda ante. q̄ spargas. Nonnulli rhododaphnis foliis aditus eorū claudūt, qui rosis his, dū in exitu nitūtur, intereūt. Talpas græci hoc genere persequūtur. Nucē perforari iubent, vel aliquod pomi genus soliditatis eiusdem. Ibi paleas, & ceram cū sulfure sufficiēter includi. Tūc omnes paruulos aditus, & reliqua spiramenta talparum diligenter obstrui, vnum foramen, qđ amplum sit reseruari, in cuius aditu nucem intus incensam sic poni, vt ab vna parte flatus possit accipere, quos

ab alia parte diffundat. Sic impletis fumo cuniculis talpas vel fugere protinꝰ, vel necari. Mures rusticos, si quer neo cinere aditus eorum sature, attactu frequenti scabies occupabit, ac perimet. Serpentes propè omni austeritate fugantur, & nocentes spiritus innocentia fumi graue olentis exagitat. Vramus galbanū, vel cerui cornua, radices lilij, capræ vngulas. Hoc genere monstra noxia prohibentur. Opinio græcorum est, si nubes locustarū repente surrexerit, latentibus intra tecta cunctis hominibus eam posse transire. Quod si inobseruantes homines sub aere deprehendant, nulli fructuum noceri, si cōtinuo omnes ad tecta confugiant. Pelli etiam dicuntur amari lupini, vel agrestis cucumeris aqua decocta, si muriæ mista fundatur. Existimant aliqui locustas, vel scorpios fugari posse, si aliqui ex eis vrantur in medio. Campas nō nulli ficulneo cinere persequuntur. si permanserint, vrina bubula, & amurca æqualiter mista conferuent, & vbi refrixerint, olera omnia hoc imbre consperge. πεζα σοκοχίδας græci vocant animalia, quæ solent hortis nocere. ergo ventriculum veruecis statim occisi plenū sordibus suis spatio, quo abundant, leuiter debebis operire. Post biduum reperies ibi animalia ipsa congesta. hoc cum bis, vel tertio feceris, genus omne, quod nocebit, extingues. Grandini creditur obuiare, siquis crocodili pellem, vel hyænæ, vel marini vituli per spatia possessionis circūferat, & in villæ, aut cortis suspendat ingressu, cū malū viderit imminere. Itē si paluströ testudinē dextra manu supinā ferens vineas perambulet, & reuersus eodem modo sic illā ponat in terra, & glebas dorsi eius obijciat curuaturæ, ne possit inuerti, sed supina permaneat. Hoc facto fertur spatiū sic defensum nubes inimica transcurrere. Nonnulli vbi instare malū viderint, oblato speculo imaginem nubis accipiūt, & hoc remedio nubē (seu vt sibi obiecta displiceat, seu tanq; geminata alteri cedat) auertūt. Itē vituli marini pellis in medio vineārū loco vni supiecta viticulæ creditur cōtra imminēs



malū totius vineæ mēbra vestisse. Oīa semina horti, vel agri ferūtur ab oībꝰ malis, ac mōstris tuta seruari, si agrestis cucumeris triti radicibꝰ ante macerētur. Itē equę caluaria, sed nō virginis intra hortū ponēda est, vel etiā asinæ. Creduntur enī sua præsentia fœcundare, quę spectāt.

## De area. T. XXXVI.

AREA longe à villa esse nō debet, et propter exportandi facilitatē, & vt fraus minor timeatur dñi, vel procuratoris vicinitate suspecta. Sit aūt vel strata silice, vel saxo montis excisa, vel sub ipso triturę tpe vngulis pecorum, & aquæ ammistione solidata, clausa deinde, & robustis munita cancellis propter armenta, quę, cum teritur, inducimus. Sit circa hanc locus alter planus, & purus, in quē frumenta transfusa refrigerentur, & horreis inferantur, quæ res in eorum durabilitate proficiet. Fiat deinde vnde cunq; proximum tectū, maxime in humidis regionibus, sub quo propter imbres subitos frumenta (si necessitas coegerit) raptim, vel munda, vel semitrita ponantur. Sit autē area loco sublimi, & vndecunq; perflabili, longe tñ ab hortis, vineis, atq; pometis. Nam sicut radicibus virgultorum prosunt lætamen, & paleę, ita insidentes frondibus eas perforant, atq; arere compellunt.

## De apium castris. T. XXXVII.

APIBVS stationē nō longe à domini ædibus in horti parte secreta, & aprica, & à ventis remota, & calidiore locare debemus, quæ in quadratam constituta mensurā fures, & accessus hoīm, pecudumq; submoueat. Sit abundans floribus, quos in herbis, vel in fruticibus, vel in arboribus procuret industria. Herbas nutriat, origanum, thymum, serpyllum, saturciam, melissophyllū, violas agrestes, affodillum, citraginem, amaracum, hyacinthum, quiris, vel gladiolus dicitur similitudine foliorū, narcissum, crocum, cæterasq; herbas suauissimi odoris, & floris. In fruticibus vero sint rosæ, lilia, fabæ, rosmarinus, ederæ. In arboribus ziziphus, amygdalus, perficus, pyrus, po-

miferæq; arbores, quibus nulla amaritudo reſpõdet flore, vel ſucco. Syluestria vero glandifera robora terebinthus, lẽtiſcus, cædrus, tilia, ilex minor, & cinus, ſed taxi re moueãtur inimicæ. Primi ſaporis mella thymi ſuccus effundit. Secũdi meriti, timbra, ſerpyllũ, vel origanũ. Tertij meriti, roſmarinus, & ſatureia. Cætera, vt arbutus, & olera ſaporẽ ruſtici mellis efficiũt. Sint aũt arbores à ſeptẽtrionali pte diſpoſitæ. Frutices, atq; virgulta ordines ſuos ſub macerijs exequũtur. Herbas deinde ĩ plano poſt frutices cõſeremus. Fons, vel riuus huc cõueniat otioſus, q̃ humiles trãſeũdo formet lacunas, quas operiãt rara, et trãſuerſa virgulta, ſedes tutas apibus præbitura, cũ ſitiẽt. Sed ab his apiũ caſtris longe ſint oĩa odoris horrẽdi, balneæ, ſtabula, coquinę, fuſoria. Fugabimus pręterea aĩalia, quæ ſunt apibus inimica, lacertos, blattas, & his ſimilia. Aues etiã pannis, et crepitaculis terreamus. Purus cuſtos frequens, & caſtus accedat, habens noua aluearia præparata, quibus excipiatur examinũ rudis iuuentus. Vitetur odor cœni, & cancer aduſtus, et locus, qui ad humanã vocem falſa imitatione reſpondet. Abſint & herbæ titimalus, helleborum, tapſia, abſynthium, cucumis agreſtis, & omnis amaritudo conficiendæ aduerſa dulcedine.

## De *uaſculis apium formandis.* T. XXXVIII.

ALVEARIA meliora ſunt, quę cortex formabit raptus ex ſubere, quia nõ tranſmittunt, vim frigoris, aut caloris. Poſſunt tñ & ex ferulis fieri. ſi hę deſint, ſalignis viminibus fabricẽtur. vel ligno cauatæ arboris, aut tabulis more cuparum. Fictilia deterrima ſunt, quę & hyeme gelantur, & æſtate feruеſcunt. Sed inter ea loca, quæ muniri debere præcepimus. podia ternis alta pedibus fabricentur inducta teſtaceo, & albario opere leuigata propter lacertarũ, cæterorumq; aĩalium noxã, quibus eſt moris irrepere, & ſupra hęc podia aluearia collocentur, ita vt nõ poſſint imbre penetrari, ſpatiolis inter ſe patentibus ſegregata. Angustus tamen aditus admittat examina pro-



pter frigoris, & caloris iniuriam. Sanè ventis frigidioribus altus paries reſiſtat, qui locum poſſit defenſis ſedibꝰ apricare. Aditus omnes ſoli opponantur hyberno, qui in vno corpore duo, vel tres eſſe debebunt ea magnitudine, quæ apis formã nõ poſſit excedere. Sic enim noxijs aĩalibus ingreſſu reſiſtetur anguſto. vel ſi apes obſidere voluerint exeuntes, alio vbi nõ fuerint, vtentur egreſſu.

## De *apibus emendis.* T. XXXIX.

APES ſi emendæ ſunt, prouideamus vt plena aluearia comparentur, qnam rem vel inſpectio, vel murmuris magnitudo, vel frequentia monſtrat commeantis, ac remeantis examinis, et ex vicina potius q̃ ex longinqua regione, ne aeris nouitate tententur. Si vero longius aduehendæ ſunt, collo nocte portentur, nec collocare, nec aperire aluearia niſi veſpere inſtante debemus. Speculemur deinde per triduum, ne omne ianuas ſuas egrediatur examen. Hoc enim ſigno fugam meditantur aſſumere. Contra hæc & cætera ſuo vnunquodq; menſe reuidebimus. Tamen creduntur non fugere, ſi ſtercus primogeniti vituli adlinamus oribus vaſculorum.

## De *balneis.* T. XL.

NON alienũ eſt, ſi aquæ copia potiatur, patremfamilias de ſtructura balnei cogitare. Quæ res & voluptati plurimũ cõfert, & ſaluti. Itaq; balneũ cõſtituemus in ea parte, qua calor futurus eſt loco ab humore ſuſpenſo, ne id vligo fornacibꝰ vicina refrigeret. Lumina ei dabimus à parte meridiana, et occidentis hyberni, vt tota die ſolis iuuetur, & illuſtretur aſpectu. Suſpenſuras vero cællarũ ſic facies. Areã primo bipedis ſternis, inclinata ſit tamen ſtratura ad fornacem, vt ſi pilam miſeris, intro ſtare nõ poſſit, ſed ad fornacẽ recurrat. Sic eueniet, vt flamma altum petendo, cællas faciat plus calere. Supra hanc ſtraturã pilæ laterculis argilla ſubacta, & capillo cõſtructę fiãt diſtãtes à ſe ſpatio pedis vnius et ſemiſſis, altę pedibus binis ſemis. Sup has pilas bipedæ cõſtituãtur binæ in altũ.

Universidad de Deusto
Biblioteca



atq; his superfundãtur testacea pauimenta, & tunc, si cõpia est, marmora collocẽtur. Miliariũ vero plumbeũ, cui ærea patina subest, inter soliorũ spatia forinsecus statuemus fornace subiecta, ad quod miliariũ fistula frigidaria dirigatur, & ab hoc ad solitũ similis magnitudinis fistula procedat, quę tantũ calidæ ducat interius, quantũ fistula illi frigidi liquoris intulerit. Cællę aũt sic disponantur, vt quadræ non sint, sed verbi gratia, si. xv. pedibus longæ fuerint. x. latæ sint, fortius enim vapor inter angusta luctabitur. Soliorũ forma pro vniuscuiusq; volũtate fũdetur. Piscinales cęllę in æstiuis balneis à septentrione flumen accipiant, in hyemalibus à meridie. Si fieri potest, ita cõstituantur balneæ, vt oĩs earum per hortos decurrat eluuies. Cameræ in balneis si signinæ fiant, fortiores sunt. Quæ vero de tabulis fiũt, virgis ferreis transuersis, & ferreis arcubꝰ sustinẽtur. Sed si tabulas nolis imponere, sup arcus, ac virgas, bipedas cõstitues ferreis anchoris colligatas capillo inter se, atq; argilla subacta cohærẽtes, & ita impẽsam testaceã subter inducis. deinde albarij operis nitore decorabis. Possumus etiã, si cõpendio studemus, hyberna ædificia balneis imponere, hinc & habitationi teporem submittimus, & fundamẽta lucramur.

## De *malthis calidaria, & frigidaria.* T. XLI.

SCIRE conuenit, quoniã de balneis loquimur, q̃ sunt malthæ calidariæ, vel frigidariæ, vt siquãdo in solijs scissa sunt opera, possit repẽte succurri. Calidariæ cõpositio talis est. Picẽ durã, cerã albã ponderibus æquis, stupã picis liquidæ totius ponderis dimidiã partẽ, testã minutã, florem calcis oĩa simul mista in pila cõtundes, & iuncturis curabis inserere. Aliter. Ammoniacũ remissum, ficum, stupã, picẽ liquidã tundis pilo, & iuncturas oblinis. Aliter. Ammoniacum, & sulfur vtrunq; resolutum lĩne, vel infunde iuncturis. Item picem duram, ceram albam, & amoniacum superremissum simul iuncturis adline, & cautere cuncta percurre. Item florem calcis cum oleo



mistum iuncturis illine, & caue ne mox aqua mittãtur. Aliter. Sanguini taurino, & oleo florem calcis admisce, & rimas coniunctionis obducito. Item ficum & picem duram, & ostrei testas siccas simul tundes. His omnibus iuncturas diligenter adlines. Item malthæ frigidariæ, sanguinem bubulum, florem calcis, scoriam ferri, pilo vniuersa contundes, & ceroti instar efficies, & curabis adlinire. Itẽ seuũ liquefactũ cribellato cineri admistũ frigidæ aquæ inter rimas labẽti, si allinatur, obsistet.

## De *pistrino.* T. XLII.

SI aquę copia est, fusura balnearum debent pristina suscipere, vt ibi formatis aquarijs molis sine animalium, vel hominum labore frumenta frangantur.

## De *instrumentis agrestium.* T. XLIII.

INSTRVMENTA vero hæc, quæ ruri necessaria sunt, præparemus. Aratra simplicia, vel si plana regio permittit, aurita, quibus possint contra stationes humoris hyberni, sata celsiore suico attolli. Bidentes dolabras, falces putatorias, quibus in arbore vtamur, & vite. item messorias, vel fœnarias ligones, lupos, idest serrulas manubriatas minores, maioresq; ad mensurã cubiti, quibus facile est, quod per sarram fieri non potest, resecando trunco arboris, aut vitis interseri, acus. per quas in pastinis sermenta merguntur, falces à tergo acutas, atq; lunatas, cultellos item curuos minores, per quos nouellis arboribꝰ surculi aridi, aut extantes facilius amputentur. Itẽ falciculas breuissimas tribulatas, quibus filicem solemus abscindere, serrulas minores, vangas, runcones, quibꝰ vepreta psequimur, secures simplices, vel dolabratas, sarculos vel simplices, vel bicornes, vel ascias in auersa parte referentes rastros. Item cauteres, castratoria ferramẽta, atq; tõsoria, vel q̃ ad aĩaliũ solẽt primere medicinã. Tunicas vero pelliceas, cũ cucullis, & ocreas, manicasq; de pellibus, q̃ vel in syluis, vel in vepribus rustico operi, & venatorio possint esse cõmunes. Expletis ijs, quę per-

tinēt ad generale præceptū, nūc operas suas singulis mensibus explicabimus, et à mense Ianuario faciemus initiū.

TITVLI MENSIS IANVARII.

De ablaqueandis vitibus. Tit.I.
De pratis abstinendis in locis macris. T.II.
De proscindendis agris, & iungendis bobus, vel arandi disciplina. T.III.
De ordeo gallatico serendo. T.IIII.
De cicercula serenda cum disciplinā sua. T.V.
De vicia serenda non ad pabulum secanda, sed ad semina redigenda cum disciplina sua. T.VI.
De fœno græco serendo legendi seminis causa cum disciplina sua. T.VII.
De eruo serendo. T.VIII.
De sarriendis frumentis, & leguminibus cum disciplinis suis. T.IX.
De pastinandi generibus, & scrobibus vitium. T.X.
De tabulis vinearum. T.XI.
De mensura pastini Italica. T.XII.
De solo, & cœlo, & loco pangendis vineis congruenti, et ea, quæ illuc pertinet disciplina. T.XIII.
De hortis, in eodem de lactuca serenda cū disciplina sua, item nasturtio, similiter & eruca, item caulibus, allio, & vlpico. T.XIIII.
De pomis, in eo de sorbo, de amygdalo. T.XV.
De nuce iuglande cū disciplinis suis, de alijs pomis, quorum disciplina suis mensibus continetur. T.XVI.
De signandis animalibus, & lardi, & pernarū confectione, & echini, & rapis. T.XVII.
De oleo myrtino. T.XVIII.
De vino myrtite. T.XIX.
De oleo laurino. T.XX.
De lentiscino oleo. T.XXI.
De gallinarum partu. T.XXII.
De cædenda materie. T.XXIII.
De Horis. T.XXIIII.



# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER SECVNDVS.

*De ablaqueandis uitibus.* T.I.

IANVARIO mense locis temperatis ablaqueandę sunt vites, quod Itali excodicare appellant, idest circa vitis radicē dolabra terrā diligenter aperire, & purgatis omnibus velut lacus efficere, vt solis teporibus, & imbribus prouocentur.

*De Pratis abstinendis in locis macris.* T.II.

APRICIS, aut macris, aut aridis locis prata iam purganda sunt, & à pecore vindicanda.

*De proscindendis agris, & iungendis bobus, uel arandi disciplina.* T.III.

PINGVES, & sicci agri proscindi, & apparari iā possunt. Sed boues melius collo q̄ capite iunguntur, quos, vbi ad versurā venerint, arator retineat, & iugū propellat, vt eorū colla refrigerentur. Sulcus aūt in arationibus longior, q̄ centū viginti pedū esse nō debet. Seruandū vero est, ne inter sulcos non mota terra relinquatur. Glebæ oēs dolabris dissipandæ sunt. Sed æqualiter terrā motā esse cognoscis, si transuersam per sulcos perticā mittas. Quæ res sæpius facta bubulcos ab hac negligentia submouebit. Obseruandum est, ne lutosus ager aretur, aut (quod sępe fit) post longas siccitates leui imbre perfusus. Nā terra, quæ lutosa tractātur in primordio, fertur toto anno nō posse tractari. Quæ aūt supra leuiter infusa est, & subter sicca, si tūc aretur, asseritur per trienniū sterilis fieri. Et ideo mediocriter infusus ager, vt ne lutosus, nec aridus sit, proscindi debet. Si collis est, trā suersus per latera sulcetur. Quę forma tūc seruanda est, cū semē accipiet.

*De ordeo gallatico serendo.* T.IIII.

SI clemens fuerit hyems, ordeum gallaticum, quod gra-

ue, & candidum est, circa idus Ianuarias seramus locis temperatis. Octo modijs iugerum complebitur.

*De Cicercula serenda.* T. V.

CICERCVLA hoc mense seritur loco læto, cœlo humido. Tres modij iugerum complent. Sed hoc genus seminis raro respondet, quia decipitur austro, vel siccitate dum floret, quod tunc propè necesse est euenire.

*De uicia serenda cum disciplina sua.* T. VI.

HOC mense vltimo colligendi seminis causa non pabuli secandi vicia seritur. Iugerum sex modij occupant. Serenda est in terra proscissa post horã secundã, vel tertiam, cum ros esse desierit, quem ferre nõ potest. Sed statim cooperienda est ante noctem. Nam si nuda manserit, noctis humore corrumpitur. Obseruandum est ne ante vigesimam quintam lunam seratur, quia sic satam limaces persequuntur.

*De fœno græco serendo.* T. VII.

FOENVM græcum in Italia colligendi seminis causa mense Ianuario vltimo circa februarias Cal. serimus. Sex modij iugero sufficiunt. Arandum est spisse, sed nõ alte. Nam si plus q̃ quatuor digitis obruatur, difficile nascitur. Iccirco quidam minimis aratris proscissa prius terra seminant, & sarculis statim sata cooperiunt.

*De eruo serendo.* T. VIII.

ERVVM seri & hoc mense nouissimo potest loco sicco, & macro. In iugero quinq; modij seruntur.

*De sarriendis frumentis, & leguminibus.* T. IX.

HOC mense serenis, et siccis diebus, dũ gelicidiũ nõ est, sunt sarculãda frumenta. Quod opus plerique negant fieri debere, quia radices eorũ detegantur, aut incidantur, et necẽtur frigore subsecuto. Mihi aũt videtur herbosis locis tantũ esse faciendum. Sed triticum, & far sarritur quatuor foliorũ, ordeum quinq;, faba, et legumina, cũ supra terrã quatuor digitis fuerint. Lupinus vero, qui vnã radi



cem habet, si sarculetur, extinguitur, quod nec desyderat, quia herbas præter auxilium cultoris affligit. Faba aũt si bis sarculetur, proficiet, & multũ fructũ, & maximũ affe ret, vt ad mẽsurã modij cõplendi fresa propemodũ sicut integra respõdeat. Si siccas segetes sarculaueris, aliquid cõ tra rubiginẽ præstitisti, maxime si ordeũ siccũ sarrietur.

*De pastinandi generibus, & scrobibus uitium.* T. X.

PASTINVM fieri nunc tempus est. Quod fit tribus generibus, aut terra in totum fossa, aut sulcis, aut scrobibus, Terra tota debet effodi, vbi ager immundus est, vt syluestribus truncis, & radicibus filicis, vel herbarum noxiarum spatia liberentur. Vbi autem mundæ sunt no uales, scrobibus pastinemus, aut sulcis. sed sulcis melius erit, quia humorem in tota spatia pastinata transmittunt. Fiunt ergo sulci tanta lõgitudine, quantam destinaueris tabulæ, latitudine pedum duorum & semis, vel trium. ita vt iuncti duo fossores designatum linea spatium bidenti bus persequantur altitudine trium, vel duorum & semis pedum. Deinde si per homines vinea colenda est, tantũ crudi soli relinquim⁹, & sic alter sulcus imprimitur. Si vero arandæ sunt vineæ, quinq;, vel sex pedum spatia, quæ non sunt fodienda, in medio relinquemus. Quod si scrobes fieri placeat, faciemus tribus pedibus altas, duobus semis latas, tribus longas. siue fossoribus colantur vineta, seu bubus. eadem spatia, quæ inter sulcos sunt dicta, seruare debemus. Vltra verò tres pedes altius fodiẽdæ scrobes non sunt, ne laborent frigore fermenta, quæ pangimus. Latera scrobibus æqualiter incisa sint, ne obliqua vitis saucietur alte nitentibus ferramentis cum fossor incũbet. Pastini vero, quod oẽ versabitur, trium vel duorum semis pedum altitudine terra vniuersa fodietur, in quo erit diligentia, ne crudum solum, fraude occulta, fossor includat. Quam rem subinde custos virga, in qua prædictæ altitudinis modus designatus est, per spatia, quæ fodiuntur, exploret. Radices omnes, & purgamenta,

Universidad de Deusto
Biblioteca



maxime rubi, & filicis in summum regeri faciat. Quę cura in omni positionis genere, & vbicp seruanda est.

*De tabulis uinearum.* T. XI.

TABVLAS autem pro domini voluntate, vel loci ratione faciemus, siue integrum iugerum continentes, seu medium, seu quartanariam tabulam, quæ quartam iugeri partem quadrata conficiet.

*De mensura pastini.* T. XII.

MENSVRA vero pastini hæc est. vt in tabula quadrata iugerali, centeni octogeni pedes per singula latera dirigantur, qui in se multiplicati trecentas viginti quatuor decem pedas quadratas per spatium omne complebunt. secundum hunc numerum omnia, quę volueris pastinare, discuties. Decem & octo enim decempedę, decies & octies supputatæ, trecentas vigintiquatuor explebũt. Quo exemplo doceberis in maiore agro, vel minore mensuram.

*De solo, & cœlo, & loco pangendis uineis congruenti, & ea, quæ illuc pertinet, disciplina.* T. XIII.

SED solum vineis ponendis nec spissum sit nimis, nec resolutum, propius tamen resoluto, nec exile, nec lætissimum. tamen læto proximũ, nec campestre, nec pręceps, sed potius edito campo, nec siccũ, nec vliginosum, modice tamen rosidum, nec salsum, nec amarum, quod vitium sapore corrupto vina contristat. Cœlum mediocris qualitatis tepidum tamen magis quàm frigidum, siccum potius q̃ nimis imbridum. Sed ante omnia vitis procellas, ventosq; formidat. Ad pastinandum rudes agros potius eligamus, vel maxime syluestres. Vltima conditio est eius loci, in quo fuerũt vetusta vineta. Quod si necessitas coegerit, prius multis arationibus exerceatur, vt abolitis radicibus prioris vineæ, & omni earum carie, & squallore depulso, nouellas vitis tutius possit induci. Tofus, & alia duriora, vbi gelu relaxantur, & solib⁹, pulcher



rimas vineas ferunt refrigeratis æstate radicibus, & humore detento. Sed & soluta glarea, & calculosus ager, & mobiles lapides (si tamẽ hæc omnia glebis se pinguibus miscuerint) & silex, cui terra superposita est, quia frigidus est, & humoris tenax, radices æstate sitire non patitur. Item loca, ad quæ de cacuminibus terra decurrit, vel valles, quas fluminum saturabit aggestio, sed hoc in ijs locis, quæ gelu, & nebulis infecta esse non possunt. Argillosa terra commoda est, argilla autem sola grauiter inimica, & cætera, quæ in generalibus dixi. Nam locus, qui misera virgulta produxerit, vel vliginosus, vel salsus, vel amarus, vel siticulosus, & aridus reprobatur. Niger sabulo, & rubens vtilis est, sed cui fortis terra permista est. Carbunculus, nisi stercoretur, macras vineas reddit. In rubrica difficilius comprehendunt, quàmuis postea nutriantur. Sed hoc genus terræ operibus inimicum est, quia paruo humore nimis madescit, & paruo sole nimis durescit. At maxime vtile solũ est, quod inter omnes nimietates temperamentum tenebit, & raro proximum, quàm denso fuerit. Plagam cœli vinea spectare debet locis frigidis meridianam, calidis septentrionalem, tepidis orientem, si tamen austros, vel euros regio non habeat inimicos. Quod si hoc est vitiũ melius in aquilonem, vel fauonium vineta dirigimus. Sed locus, qui pastinandus est, prius impedimentis, & omnibus elisis liberetur arboribus, ne post calcatu assiduo terra effossa solidetur. Si campus est, duobus semis pedibus pastinetur, si cliuus, tribus, collis præruptus quatuor, ne citius terra decurrat, vallis vero duobus pedib⁹. Sed ager vliginosus, qui humores altius fossus eructat sicut rauennatis soli, non amplius quàm in pedem semis effodiatur. Illud experimentis assiduis comprehendi, vites melius prouenire, si vel statim fossæ terræ, vel non longe ante pangantur, cum tumor pastini nondum repetita soliditate subsedit. Hæc quoq; in faciendis sulcis, et scrobibus approbaui, maxime vbi mediocris est terra.

*De hortis, in eo de lactuca, nasturtio, eruca, caulibus, allio, & ulpico.* T.XIIII.

MENSE Ianuario lactuca serenda est, vel Decembri vt planta eius Februario transferatur. Itemq; Februario seritur, vt possit Aprili mense trãsferri. Sed certũ est eã toto anno bene seri, si locus sit lætus, stercoratus, irriguus. Ante q̃ pangatur, radices eius resecemus æqualiter, & liquido fimo linamus, vel quæ iã panctæ sunt, nudatę læ tamẽ accipiant. Amãt solũ subactũ, pingue, humidũ, ster coratũ. Inter has herba manu euellenda est, non sarculo. Latior fit, si rara ponatur, vel cũ producere incipiet caulem, eo leuiter inciso gleba prematur, aut testa. Candidæ fieri putantur, si fluminis arena, vel litoris frequenter spargatur in medias, & collectis ipsæ foliis alligentur. Si vitio loci, vel temporis, vel seminis cito lactuca durescit, planta eius auulsa, & denuo posita teneritudinẽ eon sequetur. Itẽ multis seminibus condita nascetur, si caprini stercoris bacã subula subtiliter excauaueris, & in ea semen lactucæ, nasturtij, ocymi, erucæ, radicis immiseris. Tunc inuolutã fimo bacã terra optime culta breui scrobe demerseris. Raphanus nititur in radicẽ, cætera semina in summo, lactuca pariter mergente, prosiliunt, singulorũ sapore seruato. Alij hoc ita assequuntur. Auulsæ lactucæ folia carpunt, quæ radicibus iuncta sunt, & in eisdem gradibus surculo punctis præter raphanũ semina supradicta deponunt, ac fimo adliniunt. Sic obruta iterũ lactuca prædictorũ seminũ caulibus ambietur. Lactuca dicta est, quod abundantia lactis exuberet. Hoc mense nasturtiũ constat, & omni tempore esse ponendũ, loco quali placebit, & cœlo. fimũ non desyderat, humorẽ quãuis diligat, tñ deesse non curat. Si cũ lactuca seratur, nasci fertur egregie. Et nunc, & mensibus, quibus volueris, et locis, erucã serere nil moreris. Hoc etiam mense caules & toto anno seri possunt, sed melius alijs, quibus ascriptum est. Hoc etiam mense allium, & vlpicum bene seritur, sed allio alba terra proficiet.



*De pomis, in eo de sorbo amygdalo, nuce iuglande, & cæteris pomis.* T.XV.

MENSE Ianuario, Februario, & Martio locis frigidis, calidis vero Octobri, & Nouembri sorba seruntur egregie, ita vt matura in seminario ipsa poma panganturEgo expertus sum multas arbores ex pomis sponte progenitas, & in crescendo, & in ferendo extitisse felices. Plantas etiã si quis ponere voluerit, habebit arbitriũ, dummodo calidis locis mense Nouembri, temperatis Ianuario, vel Februario, frigidis Martio inclinante disponat. Amat loca humida, montana, & frigidis proxima, & solũ pinguissimũ, cuius indiciũ certissimũ facit, si frequẽs vbicũq; nascatur. Planta est transferẽda robustior, scrobẽ desyderat altiorẽ, & spatia longiora, vt (quod illi maxime prodest) à ventis frequentibus agitata grandescat. Si vermes patietur infestos, qui in ea rusi, ac pilosi solent medullæ interna sectari, aliquos ex his sine arboris iniuria detractos vicino crememus incendio. Credunt tur hoc genere vel fugere, vel perire. Si minus ferre cœperit, tedæ cuneus eius radicibus inseratur, vel circa partẽ vltimã fossa facta, cumulo ingesti cineris adæquetur. Mẽse Aprili sorba inserũtur in se, in cydoneo, in spina alba, vel trũco, vel cortice, sorba seruantur hoc genere. Lecta duriora, ac posita, vbi mitescere cœperint, fictilibus vsq; ad plenũ claudantur vrceolis, gypso desuper tectis, & bi pedanea scrobe loco sicco sub sole mergũtur ore peruerso, & desup spissius terra calcatur. Itẽ secta p partes siccãtur in sole, & seruãtur in vasculis in hybernũ. Cũ voluerim⁹ vti, aqua feruẽri macerata reuirescũt sapore iucũdo. Aliqui cum pediculis suis viridia lecta suspendunt locis opacis, & siccis. Item ex sorbis maturis sicut ex pyris vinum fieri traditur, & acetum. Alij sorba in sapa asserũt diu posse seruari.

*De amygdalo.*

Universidad de Deusto
Biblioteca



Amygdalus

AMYGDALVS seritur Ianuario, & Februario, item locis calidis Octobri, & Nouembri semine, & plantis, quæ de maiori radice tolluntur. Sed in hoc genere arboris nihil vtilius est, q̄ seminariū facere. Fodiemus ergo altam pede vno semis aream, in qua obruemus amygdala non amplius quatuor digitis, ita vt acumina figam⁹ in terra spatio inter se binorum pedum separata. Amat agrū durū, siccum, calculosum, cœlum calidissimum, & quia mature florere consueuerunt, ita statuendæ sunt, vt arbores ad meridiem spectent. Cum in seminario adoleuerint, relictis ibi quæ spatio sufficiant plantis, alias trās feremus mense Februario. Sed ipsa amygdala ad ponendū & noua legamus, & grandia, quæ ante q̄ ponamus pridie mulsa aqua, ita vt ne nimis maceremus, ne germē extinguat ex multo melle mordacitas. Alij prius fimo liquido per triduum nuces eas macerant. Deinde die, & nocte esse patiuntur in mulsa, sed quæ suspicionem tantum possit habere dulcedinis. Cum in seminario amygdala disponimus, si siccitas intercesserit, ter in mense rigemus, & herbis nascentibus circumfodiendo sæpe purgemus. Terra seminarij lætamen debet habere admistū. Spatia inter arbores viginti, aut vigintiquinq; pedū dedisse sufficiat. Putandæ sunt Nouembri mense, vt superflua, & arida, & densa tollamus. Seruandæ sunt à pecore, quia si rodantur, amarescunt. Circumfodi non debent quoties florēt, quia inde flos eius excutitur. In vetustate p⁹ affert. Si ferax nō est tedę cuneū terebrata radice mergamus, vel silicem sic inseramus, vt libro tegente claudatur. Locis frigidis, vbi metus est de pruina, Martialis dicit hoc remedio subueniri. Ante q̄ floreant radices nudā tur, & albi lapides minutissimi misti arenis congerūtur, & vbi iā tempus videbitur, vt debeant germinare, effos si iterū lapides submouentur. Teneras nuces amygdalus creabit (vt dicit) si ante florē radicibus ablaqueatis perdi es aliquot calida aqua ingeratur. Ex amaris dulces fiūt, si circūfosso stipite tribus digitis à radice fiat cauerna, per



quam noxiū desudet humorem, vel medius truncus terebretur, & cuneus ligni melle oblitus imprimatur, vel si circa radices suillū stercus affundas. Amygdala ad legendū maturitatē fatentur, cum fuerint spoliata corticibus. Hæc sine cura hoīs seruantur in longū. Si difficulter coriū dimittent, paleis obruta continuo relaxabunt. Itē decoriata, si aqua marina lauemus, aut salsa, & candida fiunt. & plurimū durant. Mense Decembri, vel Ianuario circa idus amygdalus inseritur, locis vero frigidis & Februario. Si tñ surculos condias ante q̄ germinent vtiles sunt, qui de summitate sumuntur. Inseruntur & sub cortice, & in trunco. Inseruntur in se, & in persico, Græci asserunt nasci amygdala scripta, si aperta testa nucleum sanum tollas, & in eo quod libet scribas, & iterum luto, & porcino stercore inuolutum reponas.

## De *nuce iuglande*. T.XVI.

Nux iuglans

NVCEM iuglandē seremus extremo Ianuario, vel Februario, Amat loca montana humida, & frigida, pleruncq; lapidosa. Potest tñ & locis temperatis iuuante humore nutriri. Serenda est nucibus suis eo more, quo & amygdala seruntur, & hisdē mensibus. Sed quas Nouembri mense disponis, aliquatenus in sole siccabis. vt exiccetur noxiū virus humoris. Quas vero mense Ianuario, vel Februario positurus es, aqua simplici pridie macerabis. Ponemus aūt transuersas, vt latus ideſt carina ipsa figatur in terra. Cacumē ipsum, cū ponimus nucē, in aquilonis partē dirigemus. Lapis subter, vel testa ponēda est, vt radicē nō simplicet, sed repercussa respergat. Lœtior fiet, si sæpius transferatur. In frigidis locis bima, in calidis trima transferri debet. Radices plantarū (sicut in alijs arboribus solemus) in hoc genere resecare non debes. Fimo bubulo ima planta tingenda est, sed melius cinis aspergatur in scrobibus, ne calore stercoris aduratur. nā cinis creditur vel corticis teneritudinē procurare, vel fructuum densitatem afferre. Altis scrobibus delectatur, pro

arboris magnitudine, & desyderat interualla maiorē, ḡa stillicidijs foliorū suorū proximis, vel sui generis nocebit arboribus. Debet aliqñ circūfodi, ne caua fiat vitio senectutis, quæ si vitietur, canalis longus à summo trunco ad imū debet excudi, sic beneficio solis, & venti duresc unt, quæ in putredinē transibāt. Si dura nux erit, vel nodosa, cortex circuncidendus erit, vt vitiū mali deducat humoris. Alij radicū summa præcidunt. Alij terebratæ radici palū de buxo imprimunt, vel cuprinū clauū, vel ferreū. Si tarentinā facere volueris, solā nucis carnē lana propter formicas obuolutā in seminario debebis obruere. Si ferentē iā in hoc genus velis mutare, lixiuo per annum cōtinuū terrigabis in mense. Cortex in nuce dimissus, maturitatis indiciū est qualis debet & poni. Nuces seruātur vel paleis obrutæ, vel arena, vel foliis suis aridis, vel arca ex ligno suo facta inclusæ, vel cœpis mistę quibus hanc vicissitudinē reddūt, vt eis acredinē tollāt. Martialis se expertū dicit, virides nuces tantū liberas putaminibus suis melle demergi, & post annū virides esse, & ipsum mel ita medicabile fieri, vt ex eo facta potio arterias curet, & fauces. Inseritur, vt plerique asserunt, mense Februario in arbuto, sed melius in trunco, vt alij, & in pruno, & in se.

*De alijs pomis, quæ maxime per alios menses seruntur.*

HOC mēse tuberes inserūtur cydoneo. Nūc locis tēperatis pficorū ossa ponūtur. et inseritur eadē perſicꝰ in se, in amygdalo, et ī pruno, sed pruno armenia inseremꝰ, et præcoqua. Nūc etiā prunus inserēda est ante, quā gūmiuet, ī se, et ī pſico. Et cerasus opportune īseretur agrestis.

perſicus

*De signandis animalibus, & lardi, & pernarum confectione, & echini, & rapis.* T. XVII.

HOC mense (sicut Columella dicit) maturi agni, & animalia omnia minora, atq; maiora, charactere signentur. Hoc tempore lardi, echini salsi, raporum condiendorum, & pernarum iusta confectio est.



*De oleo myrtino.* T. XVIII.

HOC mense ex bacis myrti oleum conficies hoc modo. Vnciam foliorum per olei libram vnam mittes, & per vncias. x. vini veteris stiptici heminam, & cum oleo bullire facies. Iccireo autem vino respergentur folia, ne frigantur antę, quàm decoquantur.

*De uino myrtite.* T. XIX.

ITEM eisdem bacis vinum myrtite sic facies. In vini veteris sextarijs vrbicis. x. mittis grana myrti confracta sextarios vrbicos. iii. quę sint decem & nouem diebus in fusa. Postea expressis myrti granis colabis, & in eo vino medium crocis scrupulum, et folij vnum scrupulum mittis, & ex mellis optimi decem libris omnia temperabis.

*De oleo laurino.* T. XX.

ITEM ex lauri bacis oleum cōficietur hoc modo. Lauri bacas quamplurimas, & maturitate turgentes in aqua calida bullire facies, & vbi diu ferbuerint, olei qd ex se demiserint, supernatantis vndā pennis leuiter cogentibus in vasa transfundes.

*De oleo lentiscino.* T. XXI.

LENTISCINI etiam olei matura cōfectio est, quæ fit taliter. Grana matura lentisci quamplurima colligis, & vna die, ac nocte supra se aceruata esse patieris. Deinde sportam granis eisdem plenam cuicunq; vasculo superponis, & calida adiecta calcabis, et exprimes. Tunc ex eo humore, qui defluxerit, supernatans oleum lentiscinū sicut laurinum colligetur. Memento autē (ne rigore possit astringi) aquam calidam sæpe suffundere.

*De gallinarum partu.* T. XXII.

GALlinarū partus fœcūditatē repetit hoc mēse post brumalē quietē, et incipiūt ad educādos pullos oua supponi.

*De cædenda materie.* T. XXIII.

HOC etiam mense cædenda materia est ad fabricam, cum luna decrescit, & ridicæ, vel pali faciendi.

De *horis*. T.XXIIII.

HIC mensis in horarum spatio cum decembri mense conuenit, quarum sic mensura colligitur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXIX. |
| Hora | II. | Pedes | XIX. |
| Hora | III. | Pedes | XV. |
| Hora | IIII. | Pedes | XII. |
| Hora | V. | Pedes | X. |
| Hora | VI. | Pedes | IX. |
| Hora | VII. | Pedes | X. |
| Hora | VIII. | Pedes | XII. |
| Hora | IX. | Pedes | XV. |
| Hora | X. | Pedes | XIX. |
| Hora | XI. | Pedes | XXIX. |

## TITVLI MENSIS FEBRVARII.

De pratis seruandis, & lætamine saturandis. Tit.I.
De proscindendis collibus. T.II.
De satione trimestri. T.III.
De serēda lenticula cū disciplina sua, itē de cicercula. T.4.
De serendo cannabo. T.V.
De agris medicæ parandis. T.VI.
De eruo serendo. T.VII.
De curandis vitibus, & arboribus, & ordeo gallatico serendo. T.VIII.
De ponendis vineis pastino, vel scrobibus, aut sulcis, & omni, quæ illuc pertinet, disciplina. T.IX.
De arbustiuis vitibus, et plantis arborū vitiferarū. T.X.
De vineis prouincialibus. T.XI.
De putandis vineis cōibus altis, vel humilibus. T.XII.
De putatione arbusti. T.XIII.
De prouincialibus vineis putandis. T.XIIII.
De nouellæ vitis putatione. T.XV.
De propaginibus. T.XVI.
De insitionibus. T.XVII.
De instituendis oliuetis. T.XVIII.



De pomiferis, et spatijs earū generale præceptū. T.XIX.
De fodiendis, palandis, & ligandis vineis, vel lætandis arboribus, & plantis circumfodiendis. T.XX.
De rosis, lilijs, croco, violis conserendis. T.XXI.
De lini semine serendo. T.XXII.
De cannetis, & asparagis, & plantis salicum, & genestæ, & seminarijs myrti, & lauri. T.XXIII.
De hortis, in eo de sepibus, de lactuca, carduo, nasturtio, coriandro, papauere, allio, vlpico, de satureia cū disciplina sua, itē de cepullis similiter, de aneto, sinapi, de cauliculis cū disciplina sua, de asparagis, de malua, menta, fœniculo, pastinaca, cunela, cerefolio, beta, porro cū disciplina sua, inula, et colocasijs, cimino, et aniso. T.xxiiij.
De pomis, & primo de pyro, de malo, cydoneo, siliqua, moro, auellana, mixa cum disciplinis suis. T.XXV.
De educatione porcorum. T.XXVI.
De vino myrrite aliter. T.XXVII.
De vite thyriaca. T.XXVIII.
De vua sine granis. T.XXIX.
De vite nimis lachrymosa. T.XXX.
De myrtitis alia confectio secundū græcos. T.XXXI.
Vt propomata sponte nascantur. T.XXXII.
Vt vitis botryones varios ferat. T.XXXIII.
De horis. T.XXXIIII.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER TERTIVS.

*De pratis seruandis, & lætamine saturandis.* T.I.

FEBRVARIO mense locis temperatis prata incipiēt custodiri, quę prius (si macra sunt) sparso lętamine saturentur, quod eijciendū est luna crescente. Quanto recentius fuerit, tanto plus nutriendis herbis valebit, quod à superiore parte fundetur, vt succus eius per totum possit elabi.

*De proscindendis collibus.* T. II.

LOCIS tepidis, aut si clemens tempus, & siccum fuerit, colles pingues vel hoc mense proscinde.

*De satione trimestri.* T. III.

HOC mense serendum omne trimestrium genus.

*De serenda lenticula, item cicercula.* T. IIII.

HOC etiam mense lenticulam seres solo tenui, & resoluto, vel etiam pingui, sed sicco maxime, quia luxuria, et humore corrumpitur. vsq; ad duodecimam lunam bene seminatur, quæ, vt cito exeat, atq; grandescat, prius cum fimi ariditate miscenda est, atq; vbi ita requieuerit quatuor, aut quinq; diebus, tunc spargitur. Iugerum modij vnius semen implebit. Hoc etiam mense cicercula seritur, loco, & modo, quo ante descripsi.

*De serendo cannabo.* T. V.

HOC mense vltimo cannabū seris terra pingui sterco rata, rigua, vel plana, atque humida, & altius subacta. In vno pede quadrato sex eiusdē seminis grana ponuntur.

*De agris medicæ parandis.* T. VI.

NVNC ager, qui accepturus est medicam, de cuius natura, cùm erit serenda, dicemus, iterandus est, & purgatis lapidibus, diligenter occandus. Et circa Martias Calen. subacto sicut in hortis solo, formandæ sunt areæ latæ pedibus. x. lōge pedibus quinquaginta, ita vt eis aqua ministretur, & facile possint ex vtraq; parte rūcari. Tūc iniecto antiquo stercore in Aprilē mēsem reseruētur paratę.

*De eruo serendo.* T. VII.

HOC mense toto eruum adhuc seri potest, quia martio serendum non est, ne pastu suo pecoribus noceat, et boues reddat insanos.

*De procurandis uitibus, & arboribus, & ordeo gallatico serendo.* T. VIII.

NVNC pomis, & vitibus vetus vrina si affundatur,



& numero fructuum præstat, & formæ, cui proderit, vt amurcam misceamus insulsam maxime in oleis. Sed hoc frigidioribus diebus ante quàm feruor incipiat. Etiam nunc ordeum gallaticum, quod graue, & candidum est, seretur locis frigidis circa Martias Calendas.

*De ponendis uineis pastino, uel scrobibus, aut sulcis, & omni, quæ illuc pertinet, disciplina.* T. IX.

HOC mense omnia genera pastinati soli, seu sulci, seu scrobes vitibus compleantur. Natura autem vitis cœlū omne, solumq; sustentat, si genera conuenienter aptentur. Plano igitur loco statues vitem, cuius genus nebulas sustinet, & pruinas, collibus, quod siccitatem durat, & ventos. Pingui agro graciles, atq; infœcundas, macro feraces, & solidas, denso validas, atq; frondosas, frigido, & nebuloso, quæ hyemem celeri maturitate præueniunt, aut quæ duris acinis inter caligines securius florent, ventoso stabiles, & tenaces, calido grani tenerioris, & humidi, sicco eas, quæ pluuias ferre nō possunt, & ne multa dicamus, eligenda sunt genera, quæ professione vitiorum suorum contraria loca diligunt ijs, in quibus durare non poterunt. Placida sanè regio, & serena tutò genus omne suscipiet. Vitium genera numerare non attinet, sed notū est maiores vuas pulchræ speciei, grani callosi, & siccioris ad mensam, feraciſſimas vero, & cutis tenerioris, & sapore nobiles, & maxime quæ citius defloresçunt, vindemijs esse seruandas. Loca naturam plerisq; vitibus mutant. Solæ amineæ vbicūq; sint, vinum pulcherrimum reddunt. Calidum statum potius q̄ frigidū sustinebunt. De pingui ad macrum transire non possunt, nisi stercus adiuuerit. Harum duo genera sunt, maior, & minor. Sed minor melius defloresçit, & citius, internodijs minoribus, & grano breuiore. Si arbori applicetur, pinguem terrā, si colatur in ordines, mediocrem desyderat. Imbres contemnit, & ventos, nā maior sæpe vitiatur in flore. Sunt & apianæ præcipuæ. Satis est genera ista dixisse. Indue

Universidad de Deusto
Biblioteca



strius vir probata deligat, & terris talibus mandet, quæ imitari eas possint, vnde sumũtur. Sic merita sua quæq; seruabit. Sed vitem, vel arborem melius erit de exili ad pinguem transferre. nam si à pingui terra ad solum exile transierint, vtiles esse non poterunt. Eligenda sunt sarmenta, quæ pangimus de vite media, neq; de summa, neque de infima quinq;, vel sex gemmarum spatio, à veteri procedentia, quia non facile degenerant, quæ de locis talibus transferuntur. Sumantur autem de vite fœcunda, neq; putemus brachia esse fertilia, quę vuas singulas, aut binas producunt, sed quæ multa vbertate curuantur. nã potest ferax vitis feraciores in se habere materias. Erit & hoc signum fertilitatis, si de duro aliquo loco fructum citabit, si fœtu impleuerit ramulos ex ima parte surgentes. Sed hoc signis positis per vindemias esse notandum. Ad pangendum nouellus palmes debet eligi duri in se nihil habens, & veteris sarmenti, quia hoc putrescente sæpe corrumpitur. Summa flagella repudiemus, ac furculos, qui licet bono loco nati sint, tamen feracitate caruerunt. Pampinarius. qui de duro nascitur, etiam si attulerit fructus. pro frugifero non est ponendus. in suo enim loco fœcũdatur à matre, translatus vero tenet sterilitatis vitium, quod nascendi conditione suscepit. Caput sarmẽti, cum deponitur, torquendum non est, nec aliquo modo vexandum, nec demersa penitus fœcundiore parte, quod sterili proximum est, supra terram relinquatur. deinde quoniam ipsa tortura vexatio est, & pars ea, de qua radix futura præsumitur, iniuriæ nulli subijcienda est, cũ qua cõtendere cogatur, ante quàm teneat. Ponendæ sunt vites placidis diebus, ac tepidis. Curandumq; ne sarmenta sole vrantur, aut vento, sed vel statim ponantur, vel obruta reseruentur. Hoc mense, ac deinceps toto vere vinea ponenda est regionibus frigidis pruinosis pinguib⁹ campis, & humidis prouincijs. Sit autẽ mensura sarmenti cubitus vnus. Vbi pinguis est natura terrarum, maiora inter vites spatia relinquemus, vbi exilis, angusta.



Nonnulli itaq; in ijs vitibus, quas toto solo pastinato disponunt, ternos pedes inter singulas vites quoquouersus dimittunt. Sed hoc genere diuisionis in iugerali tabula pangentur triamillia tricentavicena vna sarmenta. Quod si duos semis pedes inter vites relinqui placuerit, in eadem tabula ponentur vites quatuor millia septingentę quinquagintatres. Sed ad ponendum vtemur hoc ordine. Lineam seruatis ijs spatijs, quæ placuerit custodire, candidis signis, vel quibuscunq; notabimus. tunc tensa per tabulam linea, in eis locis furculos, vel calamos figemus, vbi vnaquæq; vitis ventura est. Ita spatium totius tabulæ furculis complebitur ad numerum vitium futurarum. atque is qui panecturus est, proiecta circa furculos sarmenta sine vllo errore deponet. Præterea non est vno genere vitium omne pastinum conserendum, ne annus iniquus generi spẽ vindemię totius extinguat. Et ideo quatuor, aut quinq; eximij generis sarmenta pãgemus. sed maxime expediet genera tabulatim disponi, & decimanis diuidi, nisi deterreat operis difficultas. quod si est vetus vinea, singulorum generum furculis tabulatim poterimus inserere. & facile hoc genus colẽdi, quod est pulchrum, atq; vtile consequemur. Ita & maturitatis, & floris tempora, quæ in vite diuersa sunt, suis temporibus opportunius obtinere poterimus. Nec paruo cõstabit, si legatur maturitas cum acerbitate, dispendium, cum vnius tempestiuam vindemiam sequi, sit permista crudi tate vitiosum, & alterius seras maturitates expectare dãnificum. Huic commodo adijcitur, quod pro generum diuersitate per gradus accedente vindemia minor operarum numerus eam poterit expedire, & generatim condere, ac melius puros sapores sine luctamine alterius generis vnaquæq; vina seruare. Hoc si difficile videbitur, non alias simul conseras, quàm quæ & sapore, & flore, & maturitate conueniunt. Sed hæc in pastinis, vel sulcis ratio erit, in scrobibus vero p angulos. iiij. sarmenta deponis. Sed (vt asserit Columella) vinaceam stercori mistã

Universidad de Deusto
Biblioteca



simul sparges, & si exile solum fuerit, pinguem terram scrobi inferes, vel aliunde portatam. Cum vero plantã, vel malleolum disponimus, modice humido solo, sed potius arido, q̃ lutoso duabus gemmis supra terram relictis sarmenta ponemus obliqua, & sic facilius cõprehẽdent.

*De arbustiuis uitibus, & plantis arborũ uitiferarũ.* T.X

QVOD si arbustum te habere delectat, plantam, generosæ vitis prius in seminario nutrire debebis, vt inde radicata transferatur ad scrobem, cui arbor iuncta est. Seminarium vero dicimus æque fossam tabulam pedũ duorum semis altitudine. In hac, quam pro numero ponendarum vitium, vel qualiumcunq; plantarum protendis, aut contrahis, breuissimo spatio distantia inter se sarmenta depones. si vallis, aut humectus est campus, trium gemmarum exceptis minutis, quas habebit inferius. & vbi cõualuerint, hinc post biennium radicatas vites, vel arbusculas transferas. quas cum depones in scrobe, ad singulas materias rediges putatis oĩbus, quæ scabra sunt, curtatis etiam radicibus, siquas potueris inuenire vexatas. In scrobe autẽ ad arbustum faciendum duas radicatas vites deponis, hoc seruans, ne se in radice cõtingant. sed lapides quinum propè librarum medios in ytrãq; constitues, & ipsas vites ad scrobis latera discreta coniunges. Mago asserit, scrobem non primo anno esse complendam, sed subinde coæquandam. quæ res vitem faciet altius fundare radices. sed hoc aridis prouincijs forte conueniet. humidis autem sata putrefient recepto humore, nisi statim terra cumuletur. Sed arbusta qui faciet, plantas arborum de his generibus ponat, si agro suppetit abundãtia, opulo, vlmo, fraxino in montanis, & asperis, in quibus vlmus minus læta est. Has etiam Columella dicit, seminario debere nutriri. Mihi videtur, quod nulla prouincia sit, quæ non ex his quamcunq; sponte producat. Plantas etiam maiores de locis quibuscunq; translatas, vel eorum generum truncos radicatos hoc tempore circa scrobem vitis oportere constitui. Sed si ager frumentarius fuerit, vbi arbusta disponis, quadragenos pedes inter arbores relinque, vt seri possit, in exili autem vicenos. In scrobe vero vitis ab arbore sua sesquipedis spatio distare debebit. Nam vitis multum subiecta arbori, incremento arboris opprimetur. Caueis etiam munienda est aduersum pecoris appetentis iniurias, & arbori suæ protinus alliganda. Est & aliud de transferenda ex arbusto vite compendium. Fit ex vimine parua corbicula, quæ mẽsura pedis, vel aliquanto minus circini spatio possit amplecti. Hæc ad arborẽ, cui vitis inhæret, fertur, & in fundi media parte pertunditur, quo sarmenti virgam possit admittere. Inducto itaq; sarmento vitis eius, de qua trãsferre disponis, corbicula ipsa ex aliqua arboris parte suspenditur, & viua terra repletur, vt sarmentũ terra possit includi, quod sarmentum prius intorquetur. Ita exacto annui temporis spatio, sarmentũ, quod clausum est, radices creabit intra prædictam corbiculam. Tunc sub fundo corbis incisum radicatum sarmentũ cum ipsa corbe portabitur ad locum, quem vitibus arbustiuis destinabis implere, ibiq; obruetur circa arboris maritandæ radices. Hoc genere quantum volueris numerum vitium transferes sine ambiguitate prehendendi.



*De uineis prouincialibus.* T.XI.

VINEAE in prouincijs multis generibus fiunt. Sed optimum genus est, vbi vitis velut arbuscula stat breui crure fundata. Hæc primo calamo iuuatur, donec solidetur. sed altior sesquipede esse non debet. vbi robusta fuerit, sola consistet. Aliud genus est, in quo cannis pluribus circa dispositis ipsa vitis per cannas sarmentis ligatis in orbiculos flectitur ipse sequentes. Vltimæ positionis vitis est, quæ per terram proiecta discumbit. Hæ omnes et scrobibus ponuntur, & sulcis.

*De putãdis uineis cõmunibus altis, uel humilibus.* T.XII

HOC mense locis frigidis aliquatenus, & temperatis

vitium iusta putatio est. Sed vbi multæ sunt vineæ, diuidantur, & pars earum, quæ septentrionem respiciet, vero putetur. alia pars aduersa clementioribus plagis recidatur autumno. Sed in putatione semper nitamur, vt vitis fiat in crure robustior, néue debili viticulæ duo duramenta seruemus. Auferēda sunt lata, intorta, debilia, malis locis nata sarmēta. Focaneus etiam, qui inter duo brachia medius nascitur, debet abradi. qui si pinguitudine sua brachium, quodcunq; proximum debilitauerit, illi de ciso ipse succedat. Erit tamen optimi putatoris, inferius sarmentum, quod bono loco natum fuerit, reparandę vitis causa semper tueri, & ad vnam, vel duas gemmas relinquere. In locis clementioribus altius vitem licebit expandere. in exilibus, aut æstuosis, aut decliuibus, aut procellosis humilior est habenda. Locis pinguibus singulis brachijs vitium bina flagella dimitte. Sed erit sapientis æstimare vim vitis. Nam quæ altius tollitur, & fœcunda est, plus quàm octo palmites habere non debet, ita vt cō seruemus semper in inferiore parte custodē. Circa crus quicquid nascitur, amputandum est, si non desyderet vinea reuocari. Quod si truncus vitis sole, aut pluuijs, aut noxijs animalibus est cauatus, purgamus quicquid est mortuum, plagasq; eas amurca linimus, & terra, quod proderit aduersum prædicta. Cortex etiam recisus, & pēdens à vite tollatur. quæ res minorem fecem reddit in vino. Muscus radatur vbicunq; repertus. Sed plagæ, quas in duro vitis accipiet, obliquæ, & rotundæ esse debebūt. Decisis, sicut supra dixi, male natis omnibus, & veteribus, nouellos, & fructuarios serua. Vngues etiam custodum siccos, & annotinos recide, & omnia, quæ vetera, vel scabra reperies. Illæ, quæ altius coluntur, vt in iugo, vel pergula, vbi quatuor pedibus supra terram leuatæ steterint, quaterna brachia habeāt. Si macra vitis erit, in singulis brachijs singula flagella dimittimus, si pinguis, bina. Sed prouidendum, ne in ima parte sint sarmēta, quæ seruas. Quod cum fit, vitis tanquā si fulgure tan-



gatur, arescit. Relinquenda sunt sarmenta neq; circa durum, neq; in summo, quia hæc velut pampinaria minus afferunt. illa vitem nimietate fœtus onerant, & longius ducūt. Quare in medio loco seruanda sunt, quæ tuemur. Plaga non iuxta gemmam, sed aliquanto superius fiat, et auertatur à gemma propter lachrymam defluentem.

De *putatione arbusti*. T.XIII.

VITIS, quæ in arbore collocatur, prima eius materia ad secundam, vel tertiam gemmam præcidatur. Deinde omnibus annis aliquid per ramos crescere subinde patiamur, vnam materiam semper ad cacumen arboris dirigentes. Sed qui fructum volūt maximū, materias plures per ramos submittunt. qui vinum melius, sarmēta in cacumen extendunt. Fortioribus ramis arborū plures materiæ, debilioribus imponendæ sunt pauciores. Putandi aūt ratio talis est, vt & vetera sarmenta, quibus primi anni fructus pependit, omnia recidantur, & noua circūcisis capreolis, & ramulis inutilibus dimittātur. Sed prouidendū est, omnibus annis vitē resolui, ac religari, quia refrigeratur. Ita formandi sunt rami arborū vitiferarū, ne alter sub alterius linea dirigatur, sed loco pingui vlmus à terra octo pedibus, gracili vero septem sine ramo relinquenda est. In solo rosido, & nebuloso rami arboris vitiferæ in orientem, & occidentē putatione dirigantur, vt latera vacua solis radijs membra totius vitis ostēdāt. Agendū est aūt, vt vitis spissa non sit in arbore. & deficientibus primis arboribus substituendæ sunt aliæ. In loco cliuoso humilius rami arborū seruandi sunt, in plano & vliginoso altius. Palmites ad arborē non duro vimine ligentur, ne eos vinculum recidat, aut atterat. Hoc autē noueris, quia palmes quod extra ligaturam pendens habuerit, fructum induet, quod infra ligaturam, materiæ sequentis anni deputabit.

De *prouincialibus uineis putandis*. T.XIIII.

VITES, quas prouinciali more velut arbuscula s sta-

Universidad de Deusto Biblioteca



re dixi, si instituere velis, ramos à quatuor partibus his relinques, & in eis brachijs sarmenta pro vitis possibilitate seruabis. Vites aũt, quæ cannis in orbem cingũtur, sic putentur, quemadmodum eæ, quæ nituntur ridicis, aut palis. Illæ vero, quæ sine amminiculis iacent, qđ pro sola indigentia faciẽdum est, vel necessitate prouinciæ, primo anno duas gemmas, deinde plures habebunt. Sed huius generis vinea strictius est putanda.

*De nouellæ uitis putatione.* T.XV.

NOVELLAM vitem Columella dicit à primo anno ad vnam materiã esse formandã, nec recidendã totã, sicut Italiæ consuetudo est. Anno secundo expleto, quia vel intereant vites in totum recisæ, vel infœcunda sarmenta producant, quæ amputato capite velut pampinaria de duro coguntur exire, quare iuxta ipsam commissurã veteris sarmenti vnã, vel duas gemmas censemus relinquendas. quod est merito in viticula fortiore seruãdũ, & sanè excipiendã calamis nouellã, vel exiguis palis, vt tertio anno robustiores possit accipere. Nã quadrima nouella, vbi lætũ solũ est, tres materias merito nutrire cogetur. Statim post putationem sarmenta decisa à vineis, & rubi, & impedimentum fossoris omne tollatur.

*De propaginibus.* T.XVI.

HOC etiam mense propagandæ sunt vites. sed vetus & exesa vinea, cuius duramenta longe processerunt, vt Columella dicit, mergis melius reparabitur, q̃ si infossione totius corporis obruatur. quod agricolis cerrũ est displicere. Mergũ dicimus quoties velut arcus supra terrã relinquitur alia parte vitis infossa. Nã (vt ait Columella) cũ totæ stratæ sunt, plurimis radicibus totius corporis fatigantur. Mergi vero post biennium recidũtur in ea parte, quæ supra est, & in loco iustas vites relinquunt. Sed (vt agricolæ asserunt) post biennium si recidas, plerunq; infirmas habent radices, & repente simul percunt.

*De insitionibus.* T.XVII.



HOC mense calidis, & apricis locis optime celebratur insitio, quæ fit tribus generibus. Sed ex his duo nunc fieri possunt, tertium reseruatur æstati. Sunt aũt genera inserendi hæc aut sub cortice, aut in trunco, aut emplastro. Inseremus ergo sic. Arborem, vel ramum in loco, qui nitidus est, & sine cicatrice, serra recidemus non læso cortice. Post serraturã plagã ferramẽtis acutis nitidamus. Inde quasi cuneũ tenuẽ ferreũ, vel osseũ maxime leoninũ inter corticẽ, & lignũ tribus propè digitis cõsyderanter deponimus, ne corticis fascia dissipetur, & in eũ modum subducto cuneo, statĩ furculũ mergimus vna parte decisum salua medulla, & cortice partis alterius, qui supra arborem sex, vel octo digitis emineat. Duos, vel tres, vel plures furculos pro trunci qualitate constituimus. quaternis digitis, vel amplius inter eos spatium relinquimus. tunc iunco, aut vlmo, aut vimine stringimus, & supra lutum musco tectum ponemus, ac ligabimus, vt quatuor digitis super lutum possit furculus eminere. Pleroscq; delectat strictum primo sectæ arboris truncum vinculis arctioribus in medio findere, & ibi furculos ex vtraq; parte rasos in modum cunei, vt integra sit medulla demergere prẽmisso ante cuneolo. quo subducto deposĩtus furculus redeunte in plagã materia possit astringi. Sed hoc vtrunq; genus vernum est, & fit crescente luna, vbi incipit gemma arborum turgescere. Surculi aũt, qui inserendi sunt, sint nouelli, fertiles, nodosi, de nouo nati, ab orientali arboris parte decisi, crassitudine digiti minoris, bifurci, vel trifurci, gemmis pluribus vberati. Si arborem minorem desyderabis inserere, in qua sine dubio meliora incrementa proueniunt, circa terram secato. & quod melius est, furculos inter lignũ, corticemq; depone, tunc stringe. Quidã rasum ex vtraq; parte furculũ cõuenientẽ soliditati arboris inserendæ sic in medio deponunt, vt cortex furculi vndique cortici arboris reddatur æqualis. Sed in nouella arbore terra mota vsque ad ipsum insitum colligatur, quæ res eam à vento, & calore defendet

Universidad de Deusto
Biblioteca



Mihi asseruit diligens agricola, omne insitū sine dubio comprehendere, si depositis surculis viscū nō temperatū in ipsa plaga pariter mergamus, quasi glutino quodam succos materiæ vtriusq; misturū. De emplastratione suo mense dicemus. Quartū genus Columella sic retulit. Gallica terebra vsq; ad medullā arborem perforandam, plaga interius leuiter inclinata. Ibi educto oī scobe, vitē, vel ramū ad mod̄ū foraminis impressi delibratū, succidū tñ, & humentem stricte imprimi vna, aut duabus gemmis foris relictis. Tunc argilla, & musco locum diligenter operiri. Ita & vites in vlmo inseri posse cōmissas. Hispanus quidam mihi hoc genus nouæ insitionis ostēdit, qđ ex persico se asserebat expertū. Salicis ramū brachij crassitudine, solidum, longum cubitis duobus, aut amplius terebrari iussit in medio, & plantam persici in eodem loco, in quo consistit, spoliatam ramis omnibus soso capite relicto, per ipsum saligni manubrij foramen induci. tunc eundem salicis ramum terræ capite vtroq; demerso, in arcus similitudiuē debere curuari, foramen luto, musco, vinculis stringi. anno deinde exempto, vbi infra medullam salicis caput plantæ sic cohæserit, vt vnitas sit ex duobus mista corporibus, plantam subter incidi. at q; transferri, & aggerari terram, quæ arcum salicis cum persici cacumine possit operire. hinc persici poma sine ossibus nasci. sed hoc locis humidis conuenire, vel riguis, & salices aquationibus adiuuandas, vt et natura ligni vigeat, quæ delectatur humore, & superfluentem copiam succi germinibus ministret alienis.

## De *instituendis oliuetis*. T.XVIII.

HOC mēse locis temperatis instituemus oliueta, quæ vel pastinis conserenda sunt, vt extremas circa decimanū tabulas cingant, vel suum locum tenebunt. Si ponuntur in pastino, radicatæ plantæ decisis capitibus, & brachijs, & in truncum redactæ vsq; ad mensurā cubiti vnius & palmi in fermento terræ fossæ defigantur, locum palo antea deprimente ordei grana subter iaciantur, & amputetur ijs quicquid putridi inuentum fuerit, aut arētis, & tunc amputata capita luto velentur, & musco, vlmeis vinculis, vel tenacibus quibuscunq; constricta. Sed maximū beneficiū est, vt proficiat incremento, si rubrica partes notentur, quibus obuersæ steterunt, & contra eas simili ratione ponantur. Sint à se discretæ pedibus quindecim, vel viginti. Oīs subinde circa eas herba vellatur. & quoties imber se infuderit, breuissimis, ac frequētissimis fossionib⁹ solicitētur. Et subīde ducta à trūco terra, atq; p̄mista i aliquāto altiores cumulos cōgeratur. Qđ si oliuetum suo loco facere volueris, hæc genera terrarū se queris. Terram, cui mista sit glarea, aut cretam sabulonis coniunctione resolutam, aut pinguem sabulonē, aut terram naturæ densioris, & humidæ. Creta figuli oīno reputanda est, & vliginosa, & in qua semper humor assistit, & sabulo macer, & nuda glarea. Quamuis enim cōprehendat, nō cōualescit. Potest seri & vbi arbutus, aut ilex steterat. Nam cerrus, & æsculus excisa radices noxias relinquit, quarum virus oleam necat. Locis æstuosis septētrionali colle, frigidis meridiano gaudet. Medijs cliuis delectatur. Neq; imum locum, neq; arduum patitur, magis modicos cliuos diligit, sicut est regio sabina, vel bætica. Bacarum genus numerosum est, & plurium vocabulorum, sicut pausia, Orchis, Radius, Sergia, Licinia, Cominia, & cæteræ, quas nominare nō attinet. Pausia tñ oleū, quod reddit, dum viride est, optimū est, sed cito vetustate corrumpitur. Optimum Licinia dat, plurimum Sergia. Sed de his hæc generaliter præcepisse sufficiet, maiores bacas cibo, minores oleo profuturas. Si frumentari⁹ ager est, quē cōserimus olieto, quadragenis inter sepedibus distēt, si macer, vicenisquinis. Melius faciemus, si ordines in fauonium dirigamus. Cū deponētur, in scrobes siccas constituantur quaternis pedibus fossas. Glarea etiā vbi lapides defuerint, misceatur, & stercus. Si clausus locus est, modice supra terram, quæ ponuntur, emineant.

si pecora formidãtur, altiores trũci esse debebũt. In sicciõ vero prouĩcijs cũ pluuiæ desunt, rigare cõueniet. Si prouĩcia indiget oliuetis, & nõ est vnde plãta sumatur, semiariũ faciẽdũ est. i. tabula effossa, sicut superiꝰ dixi, vt ibi (sicut Columella dicit) rami serra incisi in modũ sesqpedalẽ deponãtur. Inde post qnquẽniũ poterit valida plãta trãferri, & locis frigidis hoc mẽse plãtari. Scio plerosqꝫ, quod facilius, atqꝫ vtilius est, radices olearũ, quæ in syluis plerũqꝫ sunt, aut in locis desertis, in cubitalẽ mẽsurã recisas, aut in seminario, si placuerit, aut in oliueto solere disponere, & admistiõe stercoris adiuuare. Quare proueniet, vt ex vniꝰ arboris radicibꝰ nũerosa plãta nascatur.

*De pomiferis, & spatijs earum generale præceptum.* T. XIX.

ETIAM pomiferas arbores possumus in pastinis à septentrionali regione disponere, de quibus sigillatim dicemus, quæ specialiter sunt tenenda. nã pomis eadem cõuenit terra, quæ vitibus. Scrobes autẽ maiores facies, vt materiæ prosit, & fructui. Si pomariũ facies, inter ordines tricenos pedes relinques. Plantas statues radicatas, qđ est melius sed seruabis, ne cacumina aut manu fracta, aut erosa non crescant. Vnunquẽqꝫ ordinẽ suo generi deputabis, ne infirmæ à valentioribus opprimantur. Plantas similiter notabimus, vt ipsis, quibus steterant cardinibus, opponamus. De cliuo sicco, & exili, in planum, pinguem, & humidum transferemus. Si truncos ponere volueris, supra terram propè tribus pedibus erigantur. Vbi duas in vna scrobe plantas deponis, cauendum est, ne se contingant, nam vermibus interibunt. Sed (vt Columella dicit) feraciores sunt, quæ seminibus, hoc est nucibus suis, quam quæ plantis ponuntur, aut ramis. Vbi regio siccior est, aquationibus adiuuentur.

*De fodiendis, palandis, & ligandis uitibus, uellætandis arboribus.* T. XX.



NVNC locis maritimis, & calidis fodiẽdę sunt vites. vel (si hæc prouincię cõsuetudo est) exarãdę, & in eisdẽ locis palãdæ, aut ligãdæ sunt vineæ prius, qꝫ gẽma procedat, cuius cõcussione, vel attritu incurritur grãde dispendiũ. Nũc oleæ, cæteræqꝫ arbores lætamen accipiunt decrescente luna. Sufficiet autem maiori arbori veheș vna, minori media, ita vt subducta à radicibus terra, & fimo pmista, reuocetur. Tempore hoc siquæ sunt in seminarijs plantæ, circũfodiẽdæ sunt, & amputãdi eis rami superflui, vel radiculæ, quas circa in superiore parte miserunt.

*De rosis, lilijs, croco, uiolis conserendis.* T. XXI.

HOC mense rosaria conseremus, quæ sulco breuissimo, aut scrobibus ponenda sunt, vel virgultis, vel etiam semine. Semina autem rosarum non putemus medios flosculos esse aurei coloris, quos rosę ferunt, sed bacas nutriunt, quas in breuissimi pyri similitudinem plenas seminibus post vindemiam reddunt maturas, quarum tũ maturitas ex colore fusco, & mollicie poterit æstimari. Siqua etiam sunt antiqua rosaria, hoc tempore circunfodiuntur sarculis, vel dolabris, & aridas vniuersa recidi-tur. Nunc & quę rara sunt, possunt ducta virgarum propagine reparari. Si rosam tẽperius habere volueris, duobus palmis ab ea in gyrum fodies, & aqua calida bis rigabis in die. Nunc & liliorum bulbos ponemus, vel lilia ante habita sarriemus summa diligentia, ne oculos circa radicem nascentes, & minores bulbulos sauciemus, quĩ à matre subtracti, atqꝫ in alios digesti ordines noua lilieta formabunt. Item violarum plantæ, & croci bulbi serendi sunt, vel subtiliter (si fuerant ante) fodiendi.

*De lini semine serendo.* T. XXII.

HOC mense aliqui lini semen læto solo in iugerum. x. modios spargunt, & lina consequuntur exilia.

*De cannetis, & asparagis, et plantis salicum, & genestæ, & seminarijs myrti, & lauri.* T. XXIII.

Universidad de Deusto
Biblioteca



TEMPORE hoc canneta ponenda sunt factis breuissimis scrobibus, & oculis cannarū per singulas scrobes obrutis, qui semipedis spatio inter se distare debebūt. Si calidæ, & siccæ prouinciæ studemus, valles humidas, vel irriguas opus est deputare cannetis. Si frigida regio est, locis mediis instituantur, sed succo villarū subditis. Inter hęc asparagorū etiā semina spargere possumus, vt mista nascantur, quia & asparagi coluntur, & incenduntur eo more, quo cannæ. Sed si sunt antiqua canneta, hoc tempore sarrientur, recisis, quæ in radice purganda sunt. ideſt putribus male porrectis, & siqua gignendi oculos non habebunt. Nunc salicis plantas, & omniū generum, quæ arbusto applicandę sunt, vel genestas (vbi deerūt) obruemus. Ex bacis etiam myrti, & lauri seminaria faciemus, vel si fuerant, excolemus.

## De *hortis*. T.XXIIII.

CIRCA Idus Februarias sepes hortorū ex congesto in funibus spinarū semine faciendæ sunt, sicut dictū est, cū de munimine loqueremur hortorū. Item græci dicūt de crassa rubi virga fieri debere particulas, & palmaribus scrobibus obrui, & quotidie (donec frondeāt) fossione, et rigatione nutriri. Hoc mense lactuca seritur, vt possit Aprili mense transferri. Itē carduus seritur, & nasturtiū, & coriandrū, et papauer, sicut mense Nouembri, et alliū, & vlpicū. Nunc satureia seritur pingui agro non stercorato, sed aprico, vel melius mari proximo, & cum cepullis mista seminatur. Hoc etiam mense cepullas seris, sed constat & vere, & autumno esse seminandas. Si semen eius seueris, in caput crescit & minus reddit in semine. Si capitulum ponas, ipsum macescit, & multum semen educit. Terram cepæ desyderant pinguem, vehementer subactam, irriguam, stercoratam. Ibi areas faciemus omnibus herbis, & radice purgatas. Seremus placido, et sereno die, maxime austro, vel euro flantibus. Si minuente luna serantur, tenues, & acriores prouenīūt, si crescente, robustæ, & saporis humecti. Rarius sunt ponendę, runcandę, ac sarculandæ sunt sæpius. Si capita voluerimus his esse maiora, folia omnia debemus auferre, & sic succus ad inferiora cogetur. De quibus vero semina colligenda sunt, iuuentur amminiculis, vbi caulē cœperint excitare. Cum niger color seminis fuerit, præferunt maturitatis indicia. Vellendi sunt thalli adhuc semificci cum semine, & sic in sole siccandi. Hoc mense anetū seres locis frigidis. Omnē cœli statū patitur, sed tepidiore lætatur. Rigetur, si se imber abstineat. seratur rarius. Aliqui semen eius nō obruūt, opinantes q̄ à nulla aue tangatur. Nūc & sinapi serere possumus. Hoc etiā mense caules seremus, qui & toto anno seri possunt. solū pingue, & satis subactū diligūt, argillā, & glareā timēt, sabulone, & arenis non delectantur, nisi perennis vnda succurrat. Omnē cœli statū caulis patitur, frigidū magis. Contra austrū positi citius serūt, contra septentrionē serius. Sed hic caulis et sapore, & robore vincit. Cluis delectatur, et ideo ponendæ sunt plantæ per puluinos arearū. Gaudet stercore, & sarculatione. Rarius positus conualescit. Celerius coquitur vire seruato, si dū est triū, vel quatuor foliorū nitrū tritū cribello desuper spargas, vt speciē pruinæ candentis imitetur. Columella dicit plantarum radices alga marina inuoluendas seruandæ viriditatis causa simo simul adhærente. Ponendæ sunt plantæ maioris incrementi, quia licet serius comprehendāt, fortiores fiēt. Si hyems est, tepido iam die, si æstas, cū sol in vesperā declinatur, planta pangenda est. Vastior fiet, si terra operiatur assidue. Semen brassicæ vetustū mutatur in rapa. Hoc mense post Idus spongias asparagorū vel nouas formare incipiemus ex semine, vel antiquas ponemus. Mihi etiā illud vtile videtur, ac diligēs, vt asparagi agrestis radices plurimas in vnū locū congeramus cultū, vel certe saxosum, quæ statim fructū dent ex loco, qui aliud nil alebat, & has annis omnibus incendamus in scopis, vt fructus frequentior surgat, & fortior. Hoc autē genus est sapore iucundius.

Nunc etiam malua seri potest. Mentam quoq; seri plantis, vel radicibus potest loco humido, vel circa aquas. Apricum solum nec pingue, nec stercoratum desyderat. Hoc mense fœniculum seres loco aprico, & modice saxoso. seritur primo vere. Pastinaca & semine ponetur, & plantis loco pingui, soluto altius pastinato, rarâ statues, vt robur accipiat. Cunela etiam nunc seritur, & colitur eo more, quo allium, vel cepulla. Nunc cærefolium locis frigidis post Idus seratur. desyderat agrum lætum, humidum, stercoratum. Hoc mense betam seremus, quamuis possit & tota æstate seminari. Amat agrum putrem, humidum, lætum. Transferenda est quatuor, aut quinq; foliorum radicibus fimo recenti oblitis. Amat frequenter effodi, & multo stercore saturari. Hoc mense porrus serendus. quem si sectilem velis, post duos menses, quàm satus est, poteris desecare manentem in areis suis, quamuis asserat Columella etiã sectiuum diutius duraturum, melioremq;, si transferatur, & quoties secabitur, aqua iuuetur, & stercore. Si capitatum facere velis, quod vere seueris. Octobri mense transferre debebis. Serendus est loco læto, & maxime campestri, area plana pastinata alte, & diu subacta, & stercorata. Si sectiuum velis, spissius si capitatum, rarius seris. Sarculo frequentandus est, & herbis liberandus. Cum digiti crassitudinem habuerit, à media parte præcisis foliis, & trũcatis radicibus transferatur, oblitus fimo liquido quaternis, vel quinis digitis separetur. Cum radices aget, modice comprehendendus, et alleuãdus est sarculo, vt suspensus à terra quod spatij vacuum subter inuenerit, capitis vastitate cogatur implere. Item plura semina in vnum ligata si deposueris, grandis porrus nascetur ex omnibus. Item si capiti eius rapæ semen immittas sine ferro, & pangas, multum fertur increscere. melius si frequenter hoc facias. Hoc mense inula seritur, quo canneta ponuntur. Seritur oculis sicut calami, quos abscindere, & terra leuiter debemus obruere, terra fossa, et subacta, excitatis ad lineam puluinis, quibus



ejus oculos oportet infodere, trium pedum inter se spatio separantur. Hoc mense colocasiæ bulbos ponemus. Amant humidum iocum, pinguem, maxime irriguum. Circa fontes lætantur, & riuos, nec de soli qualitate curant, si perpetuo foueãtur humore. Frondere propè semper possunt, si tanquam citreta tegumentis defendantur à frigore. Hoc mense ciminum, & anisum seritur loco bene subacto, & cui lætamen admisceas. Quod satũ est, herbis purgetur assidue.

## De *pomis, & primo de pyro.* T. XXV.

PLANTAS pyrorum mense Februario locis frigidis ponemus, calidis vero Nouembri. sed mense Nouẽbri pyra locis tepidis conserẽda sunt, vt solo iuuentur irriguo, ita & florem plurimum proferent, & magnitudinem pomi turgentis acquirent. Nasci tamẽ tali solo maxime diligũt, quale vinetis diximus cõuenire, sed læto solo & validas arbores, & fructus plurimos consequemur. Lapidosi generis pyra vitium mutare creduntur, si terris mollibus conserantur. Sed pyrũ plantis serere propè tardus euentus est, tñ quibus hoc placuit, vt semina generosa nihil sibi de agresti asperitate permisceant, plantas bimas, aut trimas eo more, quo oleę ponũtur, radicatas magnis scrobib⁹ ponant, supra terrã tribus altas. vel quatuor pedibus. quarũ decisa cacumina argilla mista mufcus debet operire. Nã siquis pyrorũ semẽ aspergat, nasci quidem necesse est, originem suam refouente natura, cuius æternitati nulla tarditas potest afferre fastidium. sed hoc expectare longinquum est, cum & serò veniant, & de generis nobilitate decedant. Melius ergo hoc mense Nouembri fiet, vt pyrorum plantas radicatas seramus agrestium, subactis bene scrobibus, vt cũ prehenderint, inserantur. Hoc autem interest, quod quæ plantis suis seruntur, dulcedinem, ac teneritatem seruant, diu tamẽ seruata non durant, insita vero moram temporis sustinebũt. Spatia inter pyros triginta pedũ mensur⁹ discernat.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Genus hoc arboris (vt proficiat) frequenti humore, & assiduis fossionibus est colendum vsqueadeo vt tempore, quo florere consueuit, nihil perditura credatur de flore prolata, si eam tunc fossor adiuuerit. Multum proficis si interiectio anno quale libet lætamen adiungas. sed bubulum spissa, & grauia poma generare fertur. Aliqui cinerem miscent, credentes hinc contrahi pomis argutos sapores. Generum varietates exequi superuacuum puto, cum in ponendis, vel excolēdis nulla sit distantia. Si languida arbor est pyri, vel ablaqueatæ radicem terebras, & ibi ligneum palum de primis, vel in trunco similiter terebrato ex teda cuneum figis. vel, si hoc defit, ex quercu. Vermes eius arboris & nati necantur, & nasci prohibentur, radicibus felle taurino frequenter infusis. Item feces vini veteris recentes, si radicibus affundantur per triduum, diutius arbores in floribus laborare non faciunt. Si lapidosa pyrus est, ab extremis radicibus terram priorem leuabis, & secernes omnes lapillos, quibus diligenter remotis alteram terram cribro cretam in loco eius infundis. sed hoc proderit, si rigare non cessas. Mense Feb. & Martio pyrus inseritur more, quo dictum est, cum de insitione loqueremur, sub cortice, & in trunco. Inseritur autem pyro agresti, malo, vt nonnulli, amygdalo, & spino, vt Vergilius, orno, & fraxino, cydonio, vt aliqui, & punico, sed fisso ligno. Surculus pyri, q̄ inseritur antè solstitiū, anniculus esse debet, & prius quàm figatur, foliis, & omni tenera parte priuari. post solstitium vero eum figis, qui summum germen incluſit. Pyrus omni genere inseritur. Condienda sunt pyra ita, die placido decrescente luna à vigesima secunda vsq; in octauam. Eadem poma sicca, & manu lecta ab hora secunda in quintam. vel à septima in decimā, à caducis diligēter electa integra, & propè dura, & aliquanto viridia in picato vase claudūtur, quod operculo tegitur, & deorsum os eius inclinatur, atq; breui scrobe obruitur in eo loco, circa quem perennis aqua decurrit. Item quę dura sunt, in carne, & cute,



prius in aceruo posita, vbi se mollire cœperint, in vas fictile bene coctum, picatumq; ponuntur. & operculo superueniente gypsantur. Vas breui scrobe demergitur in eo loco, qui quotidie sole tangatur. Plurimi pyra obruta Inter paleas, aut frumenta seruarunt. Alij statim lecta cū tenacibus suis picatis vrceis cōdiderunt, & oribus vasculorum gypso, vel pice clausis ipsa sub diuo obruta sabulone texerunt. Alij pyra, quæ se nō cōtingerent, in melle seruarunt. Item pyra diuisa, & purgata granis, in sole siccantur. Aliqui aquam salsam, cum cœperit vndare calefacta, dispumant, & ei post iam frigidæ pyra seruanda demergunt. Tunc exempta post tempus exiguum cōdunt vrceo, & eius lito ore conseruant. vel nocte, & die in frigida salsa manere patiuntur, post in aqua pura biduo macerant, deinde in sapa, vel passo, vel dulci vino mersa custodiunt.

*Vinum pyri, & acetum.*

VINVM de pyris fit, si contusa, et sacco rarissimo cōdita ponderibus comprimantur, aut prælo. Hyeme durat. sed prima accescit æstate. Acetum sic fit de pyris. Pyra syluestria, vel asperi generis matura in cumulo seruantur per triduū. Deinde mittuntur in vasculo, cui fontana, aut pluuialis aqua miscetur, et opertum vas p. xxx. dies relinquitur, ac subinde quantum sublatum fuerit aceti ad vsum, tantum redditur aquæ ad reparationem.

*Liquamen ex pyris.*

LIQVAMEN de pyris castimoniale sic fiet. Pyra maturissima cum sale calcantur integra. Vbi carnes eorum fuerint resolutæ, vel in cupellis, vel in vasculis fictilibus picatis condiuntur. Post mensem tertium suspensę eæ carnes liquorem dimittunt saporis iucundi, sed coloris albiduli. Circa hoc illud proderit, vt tempore, quo saliuntur, pro aliqua parte vina nigella permisceas.

*De malo.*

MENSE Februario, & Martio mala seramus, si cali-

da,& ficca regio est, Octobri,& Nouembri. Eorũ plura sunt genera,quæ numerare superfluũ est. Amant pingue,ac lætum solum, & cui humorem non tam rigatio, quàm natura suppediter. Et si in arena, vel argilla sit,rigationibus adiuuetur. Montanis locis debent ad meridiẽ versa constitui. Et frigido solo proueniunt,si cœli tepor adiuuerit.nec in asperis, & humectis sedem recusant.Macrum,& aridum solum poma vermiculosa efficit, & caduca. Seruntur omni genere, sicut pyri. neq; exarari, neque effodi desyderant. Iccirco eis magis prata conueniunt.Stercus ouillum tantum non exigunt quidem, sed libenter assumunt, vel si cineris pulueres misceantur. Amant modestas rigatiões.Putatio illis apta est, sed maxime vt arida,& male nata tollantur.Citius senescit hęc arbor, & in senectute degenerat. Si caduca sunt poma, fissæ radici lapis iniectus poma retinebit.lacertæ viridis felle si tangantur cacumina,non putrescit. Vermes eius suillo stercore misto humanæ vrinę,aut felle bubulo extinguntur.qui si plures circa arborem sunt, ęreo scalpro semel rasi non vltra nascentur.si ea loca,vnde rasi sunt, bubulum stercus obducat. Si spissa poma ramos onerabunt,inter legenda sunt quæq; vitiosa,vt alimentum cęteris succus æquiparet, & generosis abundantiam ministret,quàm numerosa vilitate perdebat.Malus omni generi inseri potest, quo pyrus. Mense Februario,Martio, & alijs,quib⁹ pyrus inseritur in malo, in pyro,in spino, pruno,sorbo,persico,platano,populo,salice. Diligenter legenda sunt mala, quæ volumus custodire. Ea in locis obscuris,vbi ventus non sit, stramẽtis prius in crate subiectis in cumulos secreta disponimus, qui cumuli frequẽti diuisione separentur. Aliqui diuersa dixerunt, vel singula in vasculis fictilibus picatis. atq; oblitis claudi, vel argilla inuolui,vel solos pediculos creta adlini,vel in tabulis substrata palea disponi, & stramentis de superiore parte cooperiri.Mala rotunda,quæ orbiculata dicuntur, sine cura toto anno seruare se possunt.Alij in puteo,vel



In cisterna mergunt vasa fictilia, quibus diligenter picatis,& clausis mala committuntur. Alij ex arbore mala illæsa sumpserunt,& pediculis eorum pice feruenti mersis supra tabulatum per ordinem disponunt, nucum foliis supter expositis.Plerique scobem populi, vel abietis inter mala diffundunt.Constat mala sic ponenda, vt pediculorum partes deorsum facias,neq; ante,quàm vsui necessaria videantur esse,contingas.Vinum, & acetũ fit ex malis,sicut ex pyris ante præcepi. Cydonijs serendis plerique tempora diuersa dixerunt. tamen mihi vsu compertum est in Italia circa vrbem mense Februario, vel inchoante Martio plantas cydoniorum radicatas in pastinato solo tenuisse adeo feliciter, vt sæpe sequentis anni fruge gauderent, si posita maioris status fuissent. Locis siccis, & calidis extremo Octobri, vel Nouembri inchoante ponantur. Amant cydonij locum frigidum,humectum, Si in tepido statuuntur, opus est illis rigatione succurri. Ferunt tamen statum mediocris situs,inter naturam frigoris,& caloris,& in planis, & in decliuibus proueniũt, tamen magis inclinata,& deuexa desyderant.Serunt alii qui cacuminibus,& talea,sed tardus est in vtroq; prouẽtus.Ita ponendæ sunt largæ arbores cydonij, ne alteram quatiente vẽto stillicidium tangat alterius. Dum minor est,vel quando ponitur.iuuetur stercore, maior vero cinere,vel cretæ puluere semel toto anno radicibus misso. Poma in his & cito matura, & maioris incrementi assiduus humor efficiet.Rigandæ sunt, quoties cœlestis negatur infusio, & circunfodiendæ locis calidis Octobri mense,& Nouembri, frigidis vero Februario, vel Martio. Nisi enim circunfodiantur assidue, aut steriles efficiuntur,aut earum poma degenerant. Putandæ sunt,sicut probaui,& à vitiosis omnibus liberandæ.Si arbor ęgra est,amurca aquæ ęqualiter mista radicibus debet affundi, aut calx viua temperata cum creta, vel resina locularis pici liquidæ mista trunco arboris adlini vel ablaqueatæ arbori circa radices imparis numeri poma cydonia pro-

magnitudine eius ponenda, & obruenda firmãtur. quod annis singulis factum custodiet à vitijs, sed arboris longæ derogabit ætati. Mense Februario cydonia inseruntur melius in trunco, quàm in cortice. Recipiũt in se surculos propè omnis generis punici, sorbi, omnium malorum, quæ meliora producunt. Inseruntur autem nouellæ arbores, quibus succus est in cortice si maior est, circa radicem melius inseretur, vbi cortex, & lignum beneficio soli adhærentis humescit. Legenda sunt matura cydonia, quæ hoc more seruantur, vel inter binas tegulas posita, si luto ex omni parte claudantur, vel si defruto incoquãtur. aut passo. Alij quæ maiora sunt, fici foliis inuoluta custodiunt. Alij tantum locis siccis reponunt, à quibus ventus excluditur. Alij canna, vel ebore in quatuor partes diuisa sublatis omnibus, quæ in medio sunt, in vase fictili melle obruunt. Alij in melle sic integra dimittunt. In quo genere cõdiendi satis matura diliguntur. Alij milio obruunt, vel paleis separata demergunt. Alij plenis vino optimo vasculis mittũt. vel vini, & defruti ad seruãda cydonia, æquũ corpus efficiunt. Alij dolijs musti mergunt, atq; ita claudunt, quod odoratũ reddit et vinũ. alij in patina noua sicco gypso obruunt separata cydonia.

*Siliqua.*

SILIQVA Februario mense seritur, & Nouembri & semine, & plantis. amat loca maritima, calida, sicca, cãpestria. Tamen (vt ego expertus sum) in locis calidis fœcundior fiet, si adiuuetur humore. potest & taleis poni. Scrobem desyderat largiorem. Inseri etiam posse mense Februario credũt aliqui in pruno, vel amygdalo. Siliquæ seruantur diutissime, si expandantur in cratibus.

*Morus.*

AMICA est morus, & vitis. Mori nascuntur ex semine, sed & poma, & virgulta degenerant. Serenda est taleis, vel cacuminibus, melius autem taleis sesquipedalib⁹, ex vtraq; parte leuigatis, ac fimo oblitis. Cum locũ palo



ante fecerimus, immergimus, ac tegimus cinere terris admisto. non amplius q̃ quatuor digitis operimus. Seremus à medio Februario, & toto martio, locis vero calidioribus Octobri postremo, vel Nouembris initio, sed verno maxime die nono Calendarum Aprilium. Amãt loca calida, sabulosa, & plerunq; maritima. In toto, vel argilla vix comprehendunt. Humor assiduus mori prodesse non creditur. fossionibus lætatur, & stercore. Putria in his, & arida post triennium sunt putanda. Plantam si robustam, transferes mense Octobri, vel Nouembri, si teneram, Februario, & Martio. Scrobes desyderant altiores, interualla maiora, ne altera vmbris prematur alteri us. Feracem, altioremq; arborem mori fieri aliqui tradiderunt, si perforato hinc inde trũco singulos cuneos inseramus terebinthi hinc, inde lentisci. Circa Octobris Calendas morus ablaqueanda est, & radicibus eius vini veteris recentissimæ feces infundendæ. Inseritur aũt in fico, & in se tantum sub cortice. Vlmo insita comprehendit, sed parturit magnæ infelicitatis augumenta.

*Auellana.*

AVELLANAE ponendæ sunt nucibus suis. non amplius supra terra ducenda est, q̃ crassitudine digitorũ duorum. Plantis tñ, & sobole expertus sum melius prouenire. Mense Februario, seu planta, seu semen exponitur. gaudẽt loco macro, humido, frigido, & sabuloso. Mẽse Iulio circa nonas auellana matura est locis tñ calidis.

*Mixa.*

NVNC serũtur mixa ex nucleis in aliquo vase positis, donec plantæ induant firmitatẽ, cœlo tepido, terra soluta, humore moderato. Inseruntur mense Martio sorbis, vel spinis.

*De pomis aliorum mensium.*

ETIAM nũc tuberes serũtur, & inserũtur, & ossa duracinorũ, vel plãtæ eiusdẽ generis ponũtur, & trãsferuntur, & inseri possunt. & mespilus inseretur, & ossa ponẽ

tur prunorum. Ficus etiã locis temperatis nunc poni potest, & sorbus hoc etiã mense seri, & amygdali semina in areis obrui, & locis temperatis nunc inseri mense inchoante, frigidis vero exeunte, conditis tñ surculis ante q̃ germinent. Et pistaciæ planta vel nunc statui, aut inseri potest, et castanearũ semina spargi. Nuces quoq; iuglãdes etiã nũc seminariis recondi, & ipsum genus inseri, & frigidis, & humectis locis nũc poterũt pineta seminari.

*De educatione porcorum.* T.XXVI.

NVNC verres maxime fœminas inire debebunt. Legendi sunt vasti, & ampli corporis. sed rotundi potius q̃ longi, ventre. & clunibus magnis, rostro breui, ceruice glandulis spissa, libidinosi, anniculi, qui vsq; ad quadrimos inire fœminas possunt, Scrofas vero longi lateris debemus eligere, & quibus ad sustinendum fœturæ onus magnus se venter effundat, cætera verribus similes. Sed in regionibus frigidis densi, & nigri pili, in tepidis quales cunq; prouenerint. Fœmina ad creandũ, vsq; in annos septẽ partus onera gestare sufficiet, ad concipiendũ, anniculla debet incipere. Quarto exempto mense pariũt, vbi quintus incipiet. Incipiunt aũt (sicut dixi) mense Februario, vt solidioribus herbis nati, & stipula succedente pascantur. Vbi facultas est transigendi, venditis qui subinde nati sunt, celerior matribus fœtura reparatur. Genus hoc oĩbus locis haberi potest, melius tñ agris palustribus q̃ siccis. precipue vbi arborũ fructuosarum sylua suppetit quæ subinde maturis fructibus alterna per annũ mutatione succurrat. Maxime locis graminosis, & cannarum, vel iunci radice nutriuntur. Sed deficientibus alimentis per hyemẽ nonnunquã præbenda sunt pabula glandis castaneæ, vel frugũ vilia excrementa cæterarũ, verno magis cũ lactent nouella virentia, quæ porcis solent nocere. Neq; gregatim claudendæ sunt porcæ more aliarũ pecudũ, sed haras sub porticibus faciemus, quibus mater vnaquæq; claudatur, & alumnũ gregẽ tutior ipsa defendat à frigore. Quæ haræ à superiori parte detectæ sint, vt libere numerũ pastor exploret, & oppressis à matre fœtibus sæpe subueniat subtrah endo. Curabit aũt vt fœtus proprios cũ vnaquaq; procludat. Plus vero q̃ octo (sicut Columella dicit) nutrire nõ deber. Mihi vero vtili probatur experto, porca, cui pabula suppetunt, vt pluri mũ sex nutrire debere, quia licet plures possit educare, tñ frequẽtiore numero fucta deficiet. In porcis etiã illud est cõmodũ, qd immisci vineis nec dũ turgẽtib, vel exacta vindemia gramine pascuto diligẽtiã fossoris imitantur.



*De uino myrtite aliter.* T.XXVII.

IN huius mensis initio aliter myrtite sic facies. Mittis vini veteris decem sextarios in lagæna, & bacarum myrtilibras. v. miscebis. Cum. xx. & duorum dierum spatiũ confusa transegerint, per quos vas quotidie cõuenit agitari. tunc palmea sporta colabis, & prædictis. x. sextarijs mellis optimi fortiter triti pondo. v. miscebis.

*De uite thyriaca.* T.XXVIII.

THYRIACAM vitẽ sic facies, cuius iste profectus est, vt vinũ eius, vel acetũ, vel vua, vel sarmentorũ cinis proficiat contra morsus oĩm bestiarum. Fit aũt sic. Sarmentum, quod pangendum est, trium digitorum spatio in ima parte findatur, & sublata medulla ad eius vitem thyriacæ medicamẽ addatur. Tunc terræ mandetur vinculo diligenter astrictum. Aliqui eadem sarmenta iam medicamine satiata intra squillæ bulbum recondunt. & terris prædicta ratione committunt. Aliqui antidoti eius affusione radices vitis infundunt. Sanè sarmentum, si de hac vite sumatur ad transferendum, potentiam materni medicaminis non tenebit. Oportebit aũt thyriacæ infusione assidua, vim succi senescentis iterare.

*De uua sine feminibus.* T.XXIX.

EST pulchra species vuæ. quæ granis interioribus caret. Hic efficitur. vt summa iucũditate sine impedimẽto sorberi possit, velut vnũ oĩm corp vuarũ. Fit aũt grecis

Universidad de Deusto
Biblioteca



authoribus hac ratione per artē succedēte natura. Sarmē tū, quod obruendū est, quantū latebit in terra, tantū findere debebimus, & medulla oī sublata, ac diligenter excalpta, membra iterū diuisæ partis adunare, & vinculo constricta deponere. Vinculū tñ papyro asserunt esse faciēdū, & sic in humida terra esse ponēdū. Diligētius qui dā sarmētū reuinctū quantū excisum est, intra squillæ bulbū demergunt. cuius beneficio asserunt sata oīa comprehendere posse facilius. Alij tempore, quo vites putāt sarmētū fructiferū putatæ vitis in ipsa vite, quā possunt de alto sublata medulla excauāt non diuisum, & calamo affixo alligant, ne possit inuerti. Tunc ὁπὸν κυφηνοεῖ κόν quod græci sic appellant, in excauata parte suffundūt, ex aqua prius ad sapæ pinguedinē resolutū, & hoc trāsactis octonis diebus semper renouant, donec vitis germina nouella procedant. Et in granatis malis fieri hoc posse firmatur à græcis, & in cerasis opus est experiri.

*De uite nimis lachrimosa.* T.XXX.

VITES, quæ lachrymarum nimietate tabescunt, & deplorando vim roboris sui auertūt à fructu, trunco earum lacerato græci sinū fieri iubent, Si hoc minus proderit, radicū robur pingue rescindi, vt afferat medicinā vulnus impressum. tunc insulsa amurca ad medietatem decocta, & refrigerata plagæ excisio perlinetur, & sub hac acetum acre fundatur.

*Myrtitis alia confectio apud græcos.* T.XXXI.

GRAECI item Myrtite sic præcipiunt tēperari. Myrti bacas maturas in vmbra siccatas, & postea tusas vnci as octo mittis in linteo, & suspendis in vino, & vas cooperies, ac linibis. & cum plurimis diebus sic fuerit, auferes, et veteris. Aliqui myrti bacas sine pluuia collectas maturas ex locis siccioribus calcant, vel exprimūt, & vino miscent. VIII. cotularum mensuram per amphoram vini. quod vinum medicinæ quoq; proderit, vbi stipticis est vtendum, stomachum solidare titubantem solet, reie



ctiones sanguinis inhibere, fluorem ventris astringere, stimum dissinthericæ passionis medicabiliter asperare.

*Vt propomata sponte nascantur.* T.XXXII.

CONDITVM vel absynthiatum, vel rosatū, vel violatum procedere sponte fertur ex vitibus (vt natura suscipiat, quod procurare sueuit industria) si sarmenta in vas aliquod semiplenum supradictis potionibus mersa seruentur, & viuam tertam simul resoluas ad lixiuij modum, donec oculi sarmentorum nitantur exire. tunc eadem sarmenta gemmantia in quo volueris loco, vitium cæterarum more doponas.

*Vt botryones uarij nascantur.* T.XXXIII.

VT Vitis botryones & albos afferre possit, & nigros, græci sic fieri debere iusserūt. Si vicinæ sunt vites nigra, & alba, cum putantur, sarmenta vtriusq; inter se diuisa sic iunges, vt medios vtriusq; generis oculos æquando reddere possis vnitati. Tunc papyro ligabis stricto, & molli, atq; humida terra curabis adlinire, & interiectis ternis diebus adaquare, donec germē nouæ frondis erūpat. Hinc exempto tempore, si libuerit, genus efficies plura sarmenta.

*De horis.* T.XXXIIII.

HIC Mensis in horarum mēsura cum Nouembri mē se concordat, quas hac numeri ratione colligimus.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXVII. |
| Hora | II. | Pedes | XVII. |
| Hora | III. | Pedes | XIII. |
| Hora | IIII. | Pedes | X. |
| Hora | V. | Pedes | VIII. |
| Hora | VI. | Pedes | VII. |
| Hora | VII. | Pedes | VIII. |
| Hora | VIII. | Pedes | X. |
| Hora | IX. | Pedes | XIII. |
| Hora | X. | Pedes | XVII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXVII. |

Universidad de Deusto
Biblioteca

TITVLI MENSIS MARTII

De putādis vineis, & inserēdis, & pāgēdis vitibus. T.I.
De pratis purgandis in locis frigidis, & proscindendis agris. T.II.
De panico, & milio serendo cum disciplina. T.III.
De cicere serendo cum ordine suo. T.IIII.
De cannabo. T.V.
De cicera. T.VI.
De nouellis pulueradis, & fodiendis, vitibus palandis, ac ligandis, & veteranis vineis restituendis, & ægris, & læsis. T.VII.
De oleis amurca saginandis, & cætera earum cura, item de seminarijs, & rosarijs faciendis, vel colendis, & sarriendis frumentis. T.VIII.
De hortis, in eo de carduis cum disciplina, de vlpico, allio, & cepulla, cunela, aneto, sinapi, caulibus, maluis, armoracea, origano. Lactuca, beta, porro, cappari, colocasijs, satureia, nasturtio, intybis, raphanis, de meloni bus, & cucumere cum disciplina sua, item de asparagis, & spongijs eorū, similiter & ruta, & coriandro cū disciplina sua, & cucurbita similiter, & blito, item de aniso, & cimino. T.IX.
De pomis, in eo de malo punico cum disciplina, & vini sui confectione, de citreo similiter, de mespilo, & de fico cum disciplinis suis, & alijs pomis, quorū disciplina suis mensibus continetur. T.X.
De comparandis bobus, & tauris, ac vaccis. T.XI.
De domandis bobus. T.XII.
De equis, equabus, & pullis, & ætate eorum. T.XIII.
De mulino genere, & asinis. T.XIIII.
De apibus. T.XV.
De horis. T.XVI.



# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER QVARTVS.

*De putādis vineis, & inserēdis, & pāgēdis vitibus.* T.I.

MARTIO mense locis frigidis putatio vinearum celebratur, de qua abunde Februario mense locuti sumus, vsq; quo incipit gemma esse inspecta. Nunc oportet vincas inserere, cū vites non aquato, sed spisso humore lachrymabunt. Seruabimus ergo, vt truncus, qui inseritur, solidus sit, et alimento humoris exuberet, neq; vlla vetustate, aut iniuria laceratus arescat. Tunc decisæ viti surculi, qui inserendi sunt, sint solidi, rotundi, gemmis spissis, & pluribus oculati. Tres tamē oculi insitione sufficient. Radendum est ergo sarmentum ad mensuram digitorum duorum, vt ab vna parte sit cortex. Aliqui non patiuntur nudare medullam, sed leuiter radunt, vt incisura sensim possit in acumen exire, & vt corticata pars cortici nouæ matris aptetur. Infimus oculus ita infigēdus est, vt trunco iunctus adhæreat, qui oculus exteriorem partem debet aspicere vinculo salicis infuso, & paleato luto desuper alligari, tegumento quoque aliquo à vētis, & à sole defendi, ne hi quatiāt, hic adurat. Vbi calor temporis cœperit, ligaturæ ipsi pinnicillo circa vesperam tenuis debet frequenter humor affundi, vt hoc alimento contra vim cœli torrentis animetur. Cum ergo germen ruperit, & aliquod cœperit incrementum, calami adiutorio debet annecti, ne motus aliquis fragilem procedentis sarmenti quasset ætatem. Vbi solidius quantumcunque processerit, vincula oportet abscindi, ne adolescentia mollissimi germinis nodo durę constrictionis angatur. Aliqui infra terram semipedis spatio effossæ viti surculos inserunt, & beneficio congestionis accumulant, vt hoc quoque nouis sarmentis præter nutricis alimenta subueniat. Nonnulli circa terras melius asse

Universidad de Deusto
Biblioteca



runt inserendum, quia in altiori difficilius comprehendunt. Vsq; ad Idus, vel æquinoctium vites locis frigidis pangendę sunt, seu pastinato, seu sulco, seu scrobibus, more, quo dictum est.

*De pratis purgandis in locis frigidis, & proscindendis agris.* T.II.

NVNC locis frigidis prata purgãda, atq; seruanda sunt Locis gelidis colles pingues, & agros vliginosos proscindere, atq; exarare conueniet. Veruacta etiã, quæ Ianuario mense sunt facta, repetere.

*De panico, & milio serendo cum ordine suo.* T.III.

CALIDIS, & siccis regionibus panicũ seremus, & milium. leuem, & solutam terram desyderant. Nec in fabulone solũ, sed in arena quoq; proueniunt, dummodo cœlo humido, & solo serantur irriguo, quia siccum, & argillosum agrũ reformidant. Herbis liberantur assidue. quinq; sextarijs spatium iugeri complebitur.

*De cicere serendo cum ordine suo.* T.IIII.

NVNC cicer vtrunq; serere debemus loco lætissimo, cœlo humido. macerandũ est pridie, vt possit citius nasci Iugerũ tribus modijs conseretur. Cicer grande nasci græci dicũt, si infundatur aqua tepida pridie, amare etiã loca maritima, temperius prouenire, si seratur autumno.

*De cannabo.* T.V.

HOC etiã mense cannabũ serimus vsq; in æquinoctiũ vernũ hac ratione, qua in Februario disputatũ est.

*De cicera.* T.VI.

NVNC cicera seritur, quę distat à cicercula solo colore, quo sordet, et nigrior est, primo sulco, vel secundo, solo læto. Iugerũ quatuor, vel tribus, vel etiã duobus modijs implebimus.

*De nouellis pulueradis, & fodiendis, uitibus palandis, ac ligandis.* T.VII.



HOC mense nouella vinea incipiat pulueradi, quod nũc. ac deinceps p oẽs Calendas vsq; ad Octobres faciendũ est, nõ solũ propter herbas, sed ne tenera adhuc semina, solidata terra constringat. Graminũ radices, quæ plurimũ vitibus nocẽt, extirpandæ sunt. Nũc locis frigidis vinearũ fossio celebranda est, & palandæ, atq; ligandæ sunt vites. sed nouellã mollibus vinculis alligemus, quia eã tenerã vincula duriora præcidũt. Palus maioribus vitibus solidus, minoribus ponatur exilis. Propter vmbræ molestiam statuatur ab aquilone, & plaga frigida spatio quatuor digitorũ, vel semipedis remotus à vite, vt possit ex omni parte circumfodi.

*Vt uetus uinea reparatur.*

VINEAS veteres nũc aliqui à terra altius truncãt studentes reparationi, sed vitiosum est. Nã plerũq; vastior plaga sole putrescit, & roribus. quare hoc genere reparetur. Prius ablaqueabitur altius, donec eius nodus appareat. deindẽ infra terrã supra nodũ recidatur, vt operta de frigore, & sole nil timeat. Hoc faciendũ est, si optimi generis vitis sit, & alte posita, alioquin generosis melius erit inferenda sarmentis. Oĩa supradicta locis calidis primo mense, frigidis vero post Idus ipsius exequemur.

*Aegras uites refouere.*

AEGRAS vites, vel quibus fructus arescit, circumfodies, & vrinã veterẽ suffundes. Item cinerẽ sarmenti, vel querci aceto mistũ subijce, aut incisas circa terrã lætamine refoueto, & quæ germinãt fortiora dimitte.

*Læsas bidente curare*

CVM vitis bidente læditur, aut ferro, plagã, si terræ iuncta est, adline stercore ouillo, vel caprino. tunc terra mista circumfossa ligare curato. Si in radice læsa est, operiens liquidum lætamen admisce.

*De oleis amurca signãdis, et cætera earũ cura.* T.VIII.

NVNC oleis laborãtibus circũ radices insulsa amurca fundetur. Maximis arboribus (quod Columella dicit) sex

cõgij, mediocribus, quatuor, cęteris pro æstimatione sufficiunt. Alij paleas fabæ binos per maiorem arborẽ quatuor. Alij veteris vrinę humanæ trunco quantum satis videtur affundunt, & arbori mortarium statim faciũt, maxime locis siccis trunco ante cooperto. Oleam sterilẽ terebra gallica perforabis. Tunc duos frugiferæ arboris ab australi parte ramos eiusdem magnitudinis tollis, & stricte in foramen vtrunq; conijcies, vel lapidem, vel pini, vel querci palos, & abscisso eo, quod superabit, luto palea to curabis occulere. Sed si sine fruge luxuriant, oleastri palum radicibus eius infige. Nunc etiã quibus moris est, frumenta iterum sarrire conueniet. Nunc locis frigidis seminaria, quæ Februario mense dicta sunt, baccarum, et seminum fiunt, & rosaria in mensis initio percolantur.

## De *hortis*. T. IX.

Carduus. NVNC horti optime sumunt cultionis initia. Mense Martio carduus seritur. Terram stercoratam, & solutam diligit, quãuis in pingui possit melius prouenire. Et hoc illi contra talpas prodest, si pangatur in solido, ne terra ab inimicis animalibus facilius perforetur. Serendi sunt cardui luna crescente in area iam parata semina spatio semipedis discreta. Cauendum est, ne semina inuersa ponantur, nam debiles incuruos, & duros creabunt. Nõ alte imprimenda sunt, sed tribus digitis comprehensa mergantur, donec ad primos articulos terra perueniat. Tunc leuiter operiantur, & herbis liberentur assidue, donec plãtaria solidentur, & rigentur, si æstus interuenit. Si cucumina seminum confringas, spinis carebunt. Item si semina eorum madefeceris per triduum laurino oleo, vel nardino, vel opobalsamo, vel succo rosæ, vel mastricino, & postea siccata depresseris eiusdem saporis orientur, cuius vnguentum semina combiberunt. Singulis sanè annis à codice auferendæ sunt plantæ, vt nec matres fatigentur, & soboles per alia spatia digeratur, cum aliqua tamen radices parte vellendæ sunt. Quos reseruabis ad semina colligenda, liberatos omnibus pullis testa superte-



gere debebis, aut cortice. Nam solent semina sole, vel imbribus interire. Contra talpas prodest catos frequenter habere in medijs carduetis. Mustellas habẽt plerique manuetas. Aliqui foramina earum rubrica, & succo agrestis cucumeris impleuerunt. Nõnulli iuxta cubilia talparum plures cauernas aperiunt, vt illæ territæ fugiant solis admissu. Plerique laqueos in aditu earum setis pendentibus ponunt. Hoc etiam mense vlpicum bene, & allium seremus, & cepullas, & cunelam locis frigidis, & anetum. Vlpicum, est bonus alij grandius. Allium. Sinapis. Caules. malua. armoracea. i. agrestis nasturtium. Origanum. lactuca. beta. porrus. rapparis. colocasia. Satureia. nasturtium. Iuliflos. raphanus. melones. cucumis.

Nunc & sinapis, & caules optime seruntur, vel plantantur, & malua seritur, & armoracea, & origani planta transfertur. Lactuca, & beta, & porrus, & capparis seri possunt, & colocasia, & satureia, & nasturtium. Intyba etiam, & raphanos nunc aliqui serunt, quibus vtantur æstate. Nunc melones serendi rarius. Distent inter se semina pedibus duobus locis subactis, vel pastinatis, maxime arenis. Semina eius mulso, & lacte per triduum maceranda sunt, & tunc iam siccata ponenda, hinc suaues efficientur. Odorati autem fiunt, si eorum semina multis diebus inter rosæ folia sicca mergantur. Nunc & cucumeres seminantur rare sulcis factis altitudine sesqui pedali, latitudine pedum trium. Inter sulcos. VIII. pedum spatium crudum relinquas, vbi possint vagari. Herbis iuuantur, ideo sarculo, & runcatione non indigent. Semina si ouillo lacte, & mulso maceres, dulces nascentur, & candidi. Longi, & teneri fiunt, si aquam in parenti vasculo sub eis ponas duobus palmis inferiorem, ad quam festinando tales efficientur. Sine semine nascentur, si prius eorum semina oleo sabino perungantur, & herba ea, quæ culex dicitur, trita confricentur. Aliqui florem cucumeris cum viticulæ suæ capite cannæ inserunt, cui prius omnes nodos perforauerint, ibi cucumis nascetur in nimiam longitudinem tensus. Oleum sic metuit, vt si iuxta posueris, velut hamus plicetur. Quoties tonat, velut timore perterritus conuertitur. Si eius florem sicut in sua vite est, in forma fictili clauseris, ac li-

gaueris, qualem vultum forma vel hominis, vel animalis habuerit, talem cucumis figuram præstabit. Hæc omnia Gargilius Martialis asseruit. Columella dicit, loco aprico, et stercoroso si rubos habeamus, aut ferulas, post autumni æquinoctium, his iuxta terram recisis, & excauatis ligno stylo, inter medullas lætamen immittamus, & cucumeris semẽ addamus. hinc nasci fructus, qui possint & inter frigora non necari. Hoc mense asparagos seremus circa Apriles Calen. pingui loco, humido, subacto, ita vt minoribus fossulis ad lineam directis bina, aut terna grana semipedis spatio discreta ponantur. Dehinc stercore solum tegatur, & herbæ subinde vellantur, vel per hyemen supra stramina iaciantur primo vere tollenda. Hinc post triennium nascentur asparagi. Sed expeditior ratio est, si asparagorum spongias ponas, quę cito fructum ministrent. Hæ sic fient. Semina asparagi quanta tribus digitis comprehendere possis, post idus Februarias pingui, & stercorato solo in singulis fossis ponis, & leuiter obruis. His coeuntibus radix connexa nascetur, quæ appellatur spongia. Sed & hæc moras habet. Nam per biennium in seminario suo est stercore, et assidua runcatione nutrienda. Deinde post æquinoctiũ autumni trãsferetur, & vere asparagum dabit. Has erit vtilius comparare, quàm longa expectatione nutrire. Eas tamen, in sulcis disponemus, si loca sicca sunt inter medios sulcos, si humida, in summitate sulcorum. Humor spongias asparagorum transitu suo debet tantum rigare, non sistere. Asparagum, quem primo protulerint, cõfringere debemus, non auellere, ne adhuc inualidam moueamus spongiã. Cęteris annis auellẽdus est, vt oculos suę germinationis, aperit quia si deinceps refringas, loca, quæ fœcunda ẽsse consueuerunt, remanente asparagi radice claudentur. Ministrabunt autem vere, et autumno reseruabis eũ, de quo sumpturus es semina, postea scopas eius incendes, tunc circa hyemem spongiis adijcies stercus, & cinerem. Hoc mense ruta seritur locis apricis solius cineris

Asparagus.

Supra.



insperſione cõtenta. Loca desyderat altiora, vnde humor elabitur. Si ponas semina eius adhuc clausa folliculis, singulatim manu debebis affigere. Si iam minuta sunt sparsa iactabis, & rastro obducta cooperies. Caules eius, qui inclusis seminibus nati fuerint, fortiores erunt, sed serò nascentur. Ramuli eius cum aliqua corticis parte cõuulsi verno tempore pro plantis tenebunt. Tota vero translata morietur. Nonnulli ramulos eius pertusæ fabæ inserunt. vel bulbo, atq; ita obruunt alieno vigore seruandos. Prosequuntur etiam maledictis, & maxime in terra soluti lateris ponunt, quod prodesse certissimum est. Sed (vt asserunt) melius furtiua proueniet. Sub fici arboris vmbra libentius acquiescit. Non effodi herba, sed optat auelli. Immundæ mulieris formidat attactum. Ab hoc mense vsq; in Octobrem totum coriandrum seritur. Amat terram pinguẽ, sed & macro solo nascitur. Semen melius putatur, quod vetustius fuerit. delectatur humore. Satum bene, cum olere quocunq; nascetur. Hoc mense cucurbita serenda est. Amat solum pingue, humidum, stercoratum, solutum. Hoc in cucurbitis insigne est, q̃ longas pariunt, & exiles semina, quæ in earũ ceruice nascuntur. quæ in ventre fuerant, cucurbitas faciunt crassiores, quæ in fundo, latas, si inuersis cacuminibus obruantur. Vbi adolescere cœperint, amminiculis adiuuentur.

Quæ seruantur ad semina, vsq; ad hyemẽ in sua vite dependeant, deinde sublatæ in sole ponantur, aut fumo. aliter semina putrefacta depereunt. Hoc mense blitus seritur solo qualicũq;, sed culto. Olus hoc neq; runcandum est, neq; sarculandum. Cum semel natum fuerit, ipsum se per multa secula seminis sui deiectione reparabit vt etiã si velis, vix possit oboleri. Nunc etiam serpyllum seritur plantis, & semine, sed vetustate meliori. Lætius frondebit, si iuxta piscinam, vel lacum, vel putei margines conseratur. Anisum quoq;, & ciminum nunc bene seritur. Locis lætioribus melius prouenit, itemq; cæteris, si humore iuuetur, & stercore.

Coriandrũ

Cucurbita

blitus.

Olus.

Serpyllum

anisum. ciminum

Universidad de Deusto
Biblioteca



## De pomis, & malo punico. T. X.

LOCIS temperatis mẽse Martio, vel Aprili mala punica seremus, calidis vero, & siccis Nouembri. Amat hęc arbor solum cretosum, macilentum, sed in pingui etiam prouenit. Regio illi est apta, quæ calida est. Seritur plantis de matrum radice deuulsis. Sed quamuis multi generibus seratur melius tamẽ ramus eius cubitalis incisus manubrij craſſitudine, & capite vtroq; acuta falce leuigatus scrobi velut obliquus immergitur, prius tamen porcino stercore & in capite, & in parte, quæ ima est, oblinatur. vel in crudo solo malleo cogatur ad inferiora defigi. Melius proueniet, si ponendus ramus gemmata iam matre sumatur. Sed qui in scrobe deponit, si tres lapillos in ipsa radice constituat, prouidebit, ne poma findantur. Curandum ne virgulta inuersa deponas. Creduntur acida fieri, si rigentur assidue, nam siccitas in his & suauitatẽ præstat, & copiam. cuius tamen nimietati aliquid debet humoris opponi. Circunfodi autumno debet, & verno. Si acida nascantur, modicum laseris cum vino tritum per summa arboris cacumina oportet infundi, vel ablaquea tis radicibus tedæ clauus infigi. Alij algam marinam obruunt ad radices, cui nonnulli stercus miscẽt asininum, atq; porcinum, si florem non continet, vrinam veterem cum pari mensura aquæ temperabis, & ter per annum in radicibus infundes. Vni arbori amphora ingesta sufficiet. vel amurcam mittis insulsam, vel algam radicibus iunges, & bis rigabis in mense, vel arboris florentis trũcum plumbeo circulo debebis includere, vel corio anguis inuoluere. Si crepant poma, lapidem in media arboris radice supponis, vel squillam circa arborem seris. Et si, dum pendent poma, tenacibus, sicut in arbore habentur, intorseris, in totum annum sine corruptione seruabis. Si vermibus laborant, tangis radices felle bubulo, & continuo moriuntur, aut clauo æneo si vermes eosdem purges, difficile nascentur, vel asini vrina stercori admi-



sta porcino vermibus obuiabit. Cinis cum lixiuo circa punici truncũ frequenter infusus, læta, & fructuosa reddit arbusta. Asserit Martialis candida in his grana fieri, si argillæ, & cretæ, quartam partem gypsi misceas, & toto triennio hoc genus terræ radicibus eius adiungas. Idem dicit miræ magnitudinis fieri, si olla fictilis obruatur circa arborem punici, & in ea ramus cum flore claudatur, ne resiliat ligatus ad palum. Tunc cooperta olla contra aquæ muniatur incursus. Autumno patefacta suę magnitudinis poma redhibebit. Multa in punico ipse asserit poma procedere, si titimalli, & portulacæ succus æqualiter missus ante quàm germinet, trunco arboris adlinatur. Inseri posse affirmat. de ramorum connexione, vt medulla vtrinq; diuisa se iungat. In se tantum inseri potest circa Apriles Calen. mense Martio vltimo. Sed secto trunco surculus recentissimus stati debet inseri, ne mora exiguum, qui inest, siccet humorem. Punica mala seruãtur, si picatis pediculis ordinata suspendas. Aliter. Lecta integra in aqua marina, vel muria feruente mergantur, vt combibant. Post triduum sole siccentur, vt sub dio nocte non maneant. post in loco frigido suspendantur. Cũ volueris vti, aqua dulci pridie macerabis. Feruntur hæc pomis recentibus æmulari. Item si tactu inuicem separata paleis obruantur. Item fossa fit longa, & cortex eiusdẽ magnitudinis paratur, cui mala acutis surculis suis affiguntur. Tunc inuersus coxtex supra fossam ponitur, vt mala sine terræ tactu subterpendentia ab humore defendat. Item si induantur argilla, & ea siccata loco frigido pendeant. Item si seriola sub dio obruatur, quæ habeat arenas vsq; ad medium, & mala cum tenacibus lecta imprimantur cannis singulis, vel sambuci virgulis, & ita seperata in arenis figantur, vt ipsa quatuor digitis emineant ab arena. Hoc & sub tecto in scrobe bipedanea fieri potest. & vtilius est ad seruandum, si cum ramo lõgiore tollantur. Aliter. In seriola, cui ad mediũ aqua mittatur, suspẽduntur mala, ne humorẽ tangant, & seria clau-

Universidad de Deusto
Biblioteca



ditur, ne ventus irrumpat. Item in dolio intra ordeum sic ordinantur, ne se inuicem tangant, & doliū desuper operitur. Vinum de malis granatis cōficies hoc modo. Grana matura purgata diligenter in palmea fiscella mittis, & in coclea exprimis, & lente coques vsque ad medietatem. cum refrixerit, picatis & gypsatis vasculis claudes. Aliqui succum non excoquunt, sed singulis sextarijs, libras mellis singulas miscent, & in prædictis vasculis ponunt, & custodiunt.

## De *citreo*.

MENSE Martio citri arbor quatuor modis seritur, semine, ramo, talea, claua. Amat terram rarioris naturæ, cœlum calidum, humoremq; continuum. Si granis velis serere, ita facies. Terram in duos pedes fodies, cinerē miscebis, breues areas facies, vt vtrinq; per canales aqua discurrat. In his areis palmarem scrobem manibus aperies, & tria grana deorsum verso acumine iuncta constitues, & obruta quotidie rigabis. Citius procedent, si beneficio aquæ tepentis vtaris. Natis germinibus semper proxima herba runcetur. Potest hinc trima planta transferri. Si ramum velis ponere non amplius sesquipede debebis immergere, ne putrescat. Claua seri commodius est, quæ sit manubrij crassitudine, longitudine cubitali ex vtraq; parte leuigata, nodis, & aculeis recisis, sed integra summitate gemmarum. per quas spes futuri germinis intumescat. Diligentiores & fimo bubulo adlinunt vtrinq;, qđ summum est. vel marina alga vestiunt, vel argilla subacta, partis vtriusq; extrema cooperiunt, atq; ita in pastinato solo deponūt. Talea & gracilior, & breuibr esse potest, quæ similiter vt claua mergetur. Sed talea palmis duobus supersit, claua omnis obruitur. In spatio non desyderat interualla maiora. Alijs arboribus non debet annecti. Calidis locis, sed irriguis, & maritimis maxime gaudet, quibus humor exundat. Sed siquis hoc genus, vt in regione frigida nutriatur, extorquet, loco vel parietibus



munito, vel in meridianam partem verso disponat hāc arborem. Sed hybernis mensibus tectum stramine velet agresti. Vbi çstas refulserit, aeri arbor nuda, & secura redatur. Talea, siue claua eius calidissimis regionibus, & p autumnum ponitur. Frigidissimis Iulio, & augusto posi tas, & quotidianis rigatiōibus animatas, ipse vsq; ad poma, & magna incrementa perduxi. Citreum iuuari creditur, si cucurbitæ vicinis locis serantur, quarum vites etiā combustæ vtilem citri arboribus cinerem præbent. Gaudent assidua fossione, hinc proueniunt poma maiora. Nisi quæ arida sunt, rarissime debemus abscīdere. Inseritur mense Aprili locis calidis, Maio frigidis, non sub cortice, sed fisso trunco circa ipsas radices. Inseritur & pyro, vt quidam volunt, & moro. sed insiti surculi qualo desuper omnino muniendi sunt, vel fictili vasculo. Asserit Martialis apud Assyrios pomis hanc arborem non carere. Quod ego in Sardinia, & in territorio neapolitano in fundis meis comperi (quibus solum, & cœlum tepidū est, & humor exundans) per gradus quosdam sibi semper poma succedere cum maturis se acerba substituant, acerborum vero ætatem florentia consequātur, orbem quendam continuæ fœcunditatis sibi ministrante natura. Feruntur acres medullas mutare dulcibus, si per triduum aqua mulsa semina ponenda macerentur, vel ouillo lacte, quod præstat. Aliqui mense Februario truncum obliquo foramine ab imo terebrant, ita vt altera parte non exeat. ex hoc humorem fluere permittūt, donec poma formentur. tunc foramen luto replent, sic quod est medium fieri dulce confirmant. Citreum & in arbore potest per totum annum propemodum custodiri. Melius si vasculis quibuscūq; claudatur. Si velis legere, atq; seruare. nocte luna latente debebis cū ramis foliatis carpere, & secreta disponere. Alij singula vasis singulis claudunt, vel gypso adlinunt, & opaco loco ordinata custodiunt. Plerisq; in cedri scobe, vel in straminibus minutis, vel in paleis tecta seruant.

## Mespilum.

MESPILA locis calidis maxime gaudent, sed irrigu is tñ, frigidis quoq; proueniunt, magis sabulone pingui, aut glareosa terra, cui arena permista est, vel argilla cum saxis. Serenda est taleis mense Martio, vel Nouembri, sed solo stercorato, & subacto, ita vt vtrũq; caput taleæ stercus obducat. Sunt eius incrementa tardissima. Amat putari, atq; circunfodi, & parco humore inter siccitates sæpe refoueri. Seritur & semine, sed in longiorem spera tur ætatem. Si vermibus occupatur, stylo æreo purgan di sunt, & amurca, vel humana vetere vrina, vel viua calce profundendi, sed parcius propter arboris noxã, vel aqua decoćti lupini. Si putatur, hinc arbor sterilis fieri. Fimus, & cinis vitiũ simul, si radicibus infundantur, sertĩ lẽ reddunt. Si formicæ molestæ sunt, rubrica cũ aceto, & cinere temperata necabuntur. Si poma labuntur, frustũ de eius radice præcisum in media trũci parte figatur. In seritur mense Februario in se, & in pyro, & in malo. Sur culus tñ eius ex arbore media debet assumi, nã de summi tatibus vitiosus est. In trunco fisso inserenda est, nã cor ticis macies ieiuna nil nutriet. Mespila ad seruandũ legũ tur nec dũ mitia, quæ & in arbore diu durabunt, vel in vrceolis picatis, vel in ordinẽ suspensa, vel vt quidã, puf ca, vel sapa condita. Die serena legantur, ac media, & pa leis obruantur discreta, ne ea vicissim tactus afficiat. Vel cũ pediculis lecta semimatura, & salsa aqua per dies quin q; macerata, postea sæpe infundantur, vt enatent. Seruã tur & melle, sed si minus matura collegeris.

## De ficu.

CALIDIS locis fici plãta radicata Nouẽbri mense, temperatis, Februario, frigidis melius Martio, vel Aprili ponenda, est. Si taleã, vel cacumen ponas, vltimo Aprili cũ ei se viridior succus infuderit. Plantæ in scrobe depo sitæ lapides substituendi sunt, ad radicẽ fimo terra mis cenda est. Si loca frigida sunt, plantarũ cacumina diuisis



cannæ internodijs defendantur à frigore. Si cacumẽ ve lis ponere, trisulcũ ramũ bimũ, vel trimũ ab australi par te decidas, & sic obrues, vt diuisa cacumina terra interia cente velut tres surculos reddant. Taleã sic ponemus, vt cætera, cui leuiter ab infima parte diuisæ lapidem merge mus in fisso. Ego mense Februario vltimo, vel Martio in Italia plantas grandes ficorũ per pastinatũ solũ dispo sui, & eo anno poma peperere supra comprehendẽdi fe licitatẽ, velut tributa reddentes. Legendæ sunt plantæ, in quibus frequens nodus extuberat. Steriles credũtur, quæ nitidæ sunt. & oculos suos per longa internodia distule runt. Si plantam fici prius nutrias in seminario, & ma turã transferas in scrobẽ, poma generosiora producet. Aliqui multũ prodesse confirmant, si plantã fici diuiso squillæ bulbo interfitã, strictamq; vinculis collocemus. Scrobes amat altas, interualla maiora, terræ genus durũ & gracile, & siccũ pro vtili sapore pomorum Prouenit & petrosis, atq; asperis, tñ potest locis propè omnibus seri. Quæ in montanis, & frigidis locis nascuntur, quia minus lactis habent, ad siccitatẽ durare nõ possunt. vsus illis in viridi est, melioris magnitudinis, & saporis argu ti. Quæ nascuntur in campis, & locis calidis & pinguio res sunt, & in siccitate durabiles. Si genera numerare ve limus, immensum est. sufficit, quod omnibus æqua cultu ra est. Illa distantia est, q; in caricis melius alba seruatur. In locis nimie frigidis præcoquas ficus seramus, quæ ci to veniant, vt ante imbres genus hoc possit occurrere, calidis vero, & æstuosis eas, quæ serò maturant. Gaudet assidua fossione. Per autũnũ proderit, si stercus admoue as, præcipue de auiarijs. Recidenda sunt in ea, quæ aut pu tria, aut male nata repereris. & ea ratione putãda est, vt inclinata per latera possit expãdi. In locis humectis ficus saporis obtusi est, cui circũcisis contra hoc radicibus ali quãtus cinis debet affundi. Aliqui interficarias caprificĩ arborẽ serunt, vt nõ sit necesse per singulas arbores pro remedio eadẽ poma suspendi. Mense Iunio circa solstitiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca



caprificādæ sunt arbores fici, idest suspēdēdi grossi ex caprifico, lino velut serta pertusi. Si hoc desit, abrotani virga suspenditur, aut callum, quod in ylmeis folijs inuenitur, aut arietina cornua circa radices arboris obruuntur, vel truncus arboris, quo loco turget, scarificandus est, vt possit humor effluere. Ne vermes patiatur, ramum terebinthi, vel lentisci, taleā cū plantis fici cacumine ponemus inuerso. Vncinis æreis tollendi sunt vermes ex fico alijs amurcā, alij veterē vrinā ablaqueatis radicibus miscent. Alij bitumen, & oleū, aut solā calcem viuā latebris vermiū linunt. Si formicæ, molestę sunt, rubrica, butyro, & pice liquida mista circa truncū debet induci. Alij coracinum piscem contra formicas in arbore suspendendum esse confirmant. Si fructus suos velut ægra proijciet, alij rubrica, aut amurca insulsa mista aqua arborem liniunt, vel cancrum fluuialem cum ramo rutæ suspendunt. vel algam marinam, vel fascem lupinorum, vel radici terebratæ cuneum figunt, vel securi arboris corium sępe proscindunt, cum folia incipiunt producere fici, vt fructum multum, & pinguem ferant, in principio germinis cacumina summa decutimus, vel illud tantū cacumen, quod ex arboris medietate procedit. Si maturam ficum vis serotinam facere, incipientes grossos decute, cum illis fabę fuerit magnitudo. Vt ficus cito maturet, succo cepæ longioris cū oleo, & pipere misto vnge poma, qñ grossi incipiunt subrubere. A prili mense ficū debemus inserere inter corticē. vel si nouellæ arbores sunt, fisso ligno, qđ statim operiendū est, & ligandū, ne ventus introcat. Melius comprehendunt, si circa terrā recisa inserantur arbusta. Aliqui & Iunio mense inserunt. Surculus legendus est anniculus, inutilis enī creditur maioris, vel minoris ætatis. Inoculari ficus locis siccis A prili, humidis melius Iunio mediāte poterit, Octobri mense locis tepidis. Propagari ficus ramis pōt. Inseritur aūt in caprifico, in moro, in platano, & oculis, & surculis. Ficus virides seruari possunt vel in melle ordinatæ, ne se inuicē tangant, vel



singulæ intra viridē cucurbitā clausæ, locis vnicuiq; cauatis, & itē tessera, quæ secatur, inclusis, suspensa ea cucurbita vbi non fit ignis, vel fumus. Alij missas ficus recentes minus maturas in nouo vase fictili lectas cū pediculis, & à se separatas recludunt, & in dolio vini pleno vas natare permittūt. Martialis dicit, caricas per genera multa seruari, cum ratio vna sufficiat. Ergo hoc genere, quo campania tota custodit, seruare debemus, in cratibus ficus expanditur vsq; ad meridiē, & adhuc mollis in qualū refunditur. Tunc calefacto furno ad panis coquendi modū suppositis tribus lapidibus, ne ardeat qualus includitur, et clauso furno vbi discocta ficus fuerit, sicut est calida interpositis folijs suis in vas fictile conditur bene picatū densius pressa, et operculo diligenter obducitur. Si pluuijs abundantibus crates nō possis expandere, sub tecto eas ita ponis, vt semipede erigantur à terra, et eas ad vicē solis cinis calidus subiectus vaporet, et subinde ficus, sicut est diuisa, vertatur, vt ficorū coria siccentur, et pulpæ, tunc duplicatæ in cistellis seruentur, aut loculis. Alij maturas mediocriter ficus, et diuisas in cratibus expandunt toto sole siccandas, et recipiunt eas nocte sub tecta. Nunc ficulnea cacumina obruuntur vtiliter, cū tumescunt, vt plantas faciant, si earū copia non abundat. Vt etiam varios fructus vna ficus exhibeat, ramos duos nigræ, et albæ arborum inter se ita vinculo stringis, ac torques, vt germina miscere cogantur, sic obruti, et stercorati, et humoribus iuti, vbi prodire cœperint, germinā tes, oculos aliqua inter se annexione conglutina. Tunc germen adunatum parturiet duos colores, quos vnitate diuidat, diuisione coniungat.

## De *pomis aliorum mensium.*

NVNC & pyrus, vel malus inseri, ac seri potest, & cydonia, & prunus inseritur, et sorba ponuntur, et morus. nono Calendarum Aprilium die et inseruntur pistacia, et locis frigidis pini semen aspergitur.

Universidad de Deusto Biblioteca



## De bobus, tauris, & uaccis. T. XI.

HOC mense comparandi sunt boues, qui tñ siue de nostris capiantur armentis, siue emantur, iccirco nunc comparabuntur vtilius, quia nec dum sagina temporis pleni aut cælare possunt fallaciam venditoris, & vitia sua, aut repugnando domituræ contumacem pleni roboris exercere fiduciam. Hæc tñ signa spectanda sunt in bobus, seu de nostro, seu de alieno grege fuerint comparandi, vt sint boues nouelli, quadratis, & grandibus membris, & solidi corporis, musculis, ac toris vbiq; surgentibus, magnis auribus, latæ frontis, & crispæ, labris, oculisq; nigrantibus, cornibus robustis, ac sine curuaturæ prauitate lunatis, patulis naribus, & resimis, ceruice torosa, atq; compacta, palearibus largis, & circa genua fluentibus, pectore grandi, armis vastis, ventre non paruo, porrectis lateribus, latis lumbis, dorso recto, & plano, cruribus solidis nerosis, & breuibus, vngulis magnis, caudis longis, ac serosis, pilo totius corporis denso, ac breui, rubei maxime coloris, aut fusci. Melio aũt boues de vicinis locis comparabimus, qui nulla soli, aut aeris varietate tẽtentur. Aut si hoc deest, de locis similibus ad similia trãsferamus. Illud ante vniuersa curandũ est, vt viribus adtrahẽdũ cõparentur æquales, ne valentioris robur alteri procuret exitiũ. In moribus hæc consyderãda sunt. Sint arguti, mansueti, timẽtes hortamẽ clamoris, ac verberis, cibi appetentes. Sed si regionis ratio patitur, nullus melior cibus est, q̃ viride pabulũ. Vbi vero deest, eo ordine ministretur, quo pabuli copia, & laborũ coget accessio. Nunc tauros quoq; (quibus cordi est armenta construere) cõparabit, aut his signis à tenera ætate summittet. Vt sint alti, atq; ingentibus mẽbris, ætatis mediæ. & magis quæ iuuentute minor est, q̃ quæ declinet in seniũ. Torua facie, paruis cornibus, torosa, vastaq; ceruice, ventre substricto. Vaccas etiã nũc maxime parabimo. Sed eligemo forma altissima, corporis longi, vteri capacis, & magni,



alta fronte oculis nigris, & grandibus, pulchris cornibo, & præcipue nigris, aure setosa, palearibus, & caudis maximis, vngulis breuibus & cruribo nigris, & paruis, ætatis maxime trimæ, quia vsq; ad decennium fœtura ex his procedet vtilior. Nec ante ætatem trimã tauros his oportet admitti. Sed erit studium diligẽtis amotis senioribus, nouellas subinde conducere, & steriles aratro, ac laboribus deputare. Græci asserũt, si mares creare velis, sinistrũ tauri in coitu ligandum esse testiculũ, si fœminas, dextrũ tamen tauros diu ante abstinendos, vt cum tempus est, acrius in causas dilati feruoris incumbant. Sed his armẽtis hyeme maritima, & aprica loca, æstate opaca paremus, ac frigida, mõtana maxime, quia melius frutetis, & his herba internascente saturantur, quamuis circa fluuios recte, propter amœna loca, pascantur. fœtura tamen aquis tepidioribus adiuuatur, vnde magis vtilius habentur, vbi pluuialis aqua, tepentes formar lacunas. Tolerat tamen frigus hoc armenti genus, & potest facile hybernare sub dio. quibus tamen septa fieri propter iniuriam grauidarum conuenit laxiora. Stabula vero vtilia sunt strata saxo, aut glareis, aut arenis, deuexa aliquatenus, vt humor possit elabi, parti meridianæ obuersa propter flatus glaciales, quibus aliquis resistere debet obiectus.

## De domandis bobus. T. XII.

HOC mense vltimo domandi sunt trimi boues, quia post quinquennium bene domari non possunt ætatis repugnante duritia. Capti ergo statim domentur, qui quidem prius, cum teneri fuerint, frequenti manus attrectatione mansuescant. Sed stabulum noui boues largioribus spatijs habere debebunt, vt & ante stabulũ loca nullis concludantur angustijs, & productiõ aliqua vitientur offensa. In ipso vero stabulo asseres transuersi à terra septẽ pedibus alti configantur, ad quos boues legẽtur indomiti. Tunc eligis absolutam tempestatibus, & impedimentis omnibus diem, qua capti perducantur ad stabu

lum. quorũ si nimia fuerit asperitas, vno die, ac nocte inter vincula mitigentur ieiunijs. tũc appellationibus blandis, & illecebris oblatorũ ciborũ nõ à latere, neq; à tergo sed à fronte accedẽs bubulcus admulceat. naresq;, & terga pertractet, mero subinde conspergens, hac tñ cautione, ne aliquẽ calce contingat, aut cornu. quod vitiũ, si in primordijs effectui sibi cessisse senserit, obtinebit. Tunc mitigatis, os, & palatũ salibus fricabis, & in gulã demitte præsulsi adipis librales offas, & vini sextarios singulos cornu infundente per fauces, quæ res intra triduũ totius fœuitiæ irã resoluet. Aliqui eos inter se iungunt, ac docẽt onera tentare leuiora, & quod vtile est, si arationi parantur, subacto prius solo exercendi sunt, vt nouus labor tenera adhuc colla non quasset. Expeditior aũt ratio est domandi, vt asperũ bouẽ mansueto, & valido boui coniungas, quo ostendente facile ad oĩa cogetur officia. Si post domituram decumbit in sulco, non afficiatur igne, vel verbere, sed potius, cũ decumbit, pedes eius ita ligentur vinculis, vt non possit progredi, aut stare, vel pasci. Quo facto siti, ac fame lassatus carebit hoc vitio.

## De *equis, equabus, & pullis.* T.XIII.

HOC mense saginati, ac pasti ań admissarij generosis equabus admittendi sunt, & repletis fœminis, itẽ ad stabula colligendi. Neq; tamen æqualẽ numerũ omnibus debemus adhibere, sed æstimatis viribus vniuscuiusq; admissarij, submittenda sunt pauca, vel numerosa coniugia. quæ res efficiet admissarios non parua ætate durare. Iuueni tamẽ equo, & viribus, formaq; constanti nõ amplius q̃ duodecim, vel quindecim debemus admittere, cæteris pro qualitate virium suarũ. Sed in admissario quatuor spectanda sunt, forma, color, meritũ, pulchritudo. In forma hoc sequemur, vastũ corpus, & solidũ, robori conueniẽs altitudo, latus longissimũ, maximi, et rotundi clunes, pectus late patens, & corpus omne musculorum densitate nodosum, pes siccus, & solidus, et cornu concauo, altius calciatus. Pulchritudinis partes hæ sunt. vt sit exiguũ caput, & siccũ, pelle propemodũ solis ossibus adhærente. Aures breues, & argutæ, oculi magni, nares patulæ, coma, & cauda profusior, vngularũ solida, & fixa rotunditas. Colores hi præcipui Badius, aureus, albineus, russeus, murteus, ceruinus, gilbus, scutulatus, albus guttatus, candidissimus, niger, pressus. Sequẽtis meriti, varius cũ pulchritudine, nigro, vel albineo, vel badio mistus, canus cũ quouis colore. spumeus, maculosus, murinus, obscurior. Sed in admissarijs præcipue legamus clari, et vnius coloris, cæteri vero despiciendi, nisi magnitudo meritorũ culpã coloris excuset. Eadẽ in equabus consyderanda sunt, maxime vt sint longi, & magni ventris, & corporis. sed hoc in generosis seruetur armentis. Cęterę passim toto anno inter pascua, dimissis secũ maribus implentur. Equarũ natura est, partũ spatio duodecimi mensis absoluere. Illud in admissarijs seruandũ est, vt medijs aliquibus spatijs separentur, propter noxã furoris alterni. sed his armentis pascua legamus pinguissima, hyeme aprica, frigida, & opaca prouideamus æstate, nec adeo mollibus locis nata, vt vngularum firmitas de asperitate nil sentiat. Si equa marẽ pati noluerit, trita squilla naturalia eius infecta libidinẽ concitabũt. Deinde grauidæ non vrgeantur, nec famẽ, vel frigus tolerent, nec inter se loci comprimantur angustijs. Generosas equas & quę mascu los nutriũt, alternis annis submittere debebimus, vt pullis puri, & copiosi lactis robur infundãt, cęterę passim replendę. Aetas incipiẽtis admissarij quinti anni initio esse debebit. Fœmina recte et bima concipiet, quia post decenniũ iners ex ea soboles, & tarda nascetur. Pulli equarum nati manu tangendi nõ sunt, quia eos tactus lædit assiduus. quantũ ratio patitur, defendantur à frigore. In pullis pro ętatis merito ea sunt consyderanda, quę signũ bonę indolis monstrãt, quæ in patribus, vel matribus spectanda præcepi. dabit & hilaritas, & alacritas, agilitasq; documentũ. Nũc domandi sunt pulli, vbi tempus bimæ æta-

tis excesserint. Cõsyderanda sunt magna, lõga, musculosa, & arguta corpora, testiculi pares, & exigui, & cætera, quæ in patribus dicta sunt. Mores, vt vel ex summa quiete facile concitentur, vel ex incitata festinatione nõ difficile teneantur. Aetatis consyderatio talis est. Bimo & sex mensium dentes medij superiores cadũt. Quadrimo canini mutantur. Infra sextum annum molares superiores cadunt. Sexto anno quos primo mutauit, exæquat. Septimo anno omnes dentes eius explentur. Latent ab hinc ætatis notæ, sed prouectioribus tẽpora cauari incipiunt, supercilia canescere, dẽtes plerunq; prominere. Hoc mẽse oĩa quadrupedia maxime equos castrare debemus.

## De mulis, & asinis. T. XIIII.

SIQVEM mulorũ genus creare delectat, equã magni corporis, solidis ossib⁹, & forma egregia debet eligere. In qua nõ velocitatẽ, sed robur exquirat. Aetas à quadrima vsq; in decennẽ huic admissuræ iusta cõueniet. Si asinus equam fastidit admissus, ostensam prius asinã (donec eo eũdi voluptas solicitetur) adhibemus. qua subducta, equã libido incitata non spernet, & raptus illecebris generis sui in permistionẽ cõsentiet alieni. Si morsu furens lædit obiectas, aliquatenus labore mitescat. Creantur ex equa, & asino, vel onagro, & equa. Sed generosius nullum est huiusmodi animal, q̃ quod asino creãte nascetur. Vtiles tamen admissarij nascẽtur ex onagro, & asina. Qui post in sobole secutura agilitatẽ, fortitudinẽq; restituat. Admissarius tñ asinus sit hmõi, corpore amplo, solido, musculoso, strictis, & fortibus mẽbris, nigri, vel murini maxime coloris, aut rubei. Qui tñ si discolores pilos in palpebris, aut auribus geret, colorem sobolis plerunq; varia bit. Minor trimo, maior decenni non debet admitti. Annicula mula debet à matre depelli, & per mõtes asperos pasci, vt itineris laborẽ in tenera ętate solidata contẽnat. Minor vero asellus maxime agro necessarius est, qui & laborem tolerat, & negligentiã propemodũ nõ recusat.



## De apibus. T. XV.

HOC mense maxime apibus solet morbus incumbere. nam post hyberna iciunia titimalli, & vsmi amaris floribus, qui prius nascuntur, auidius appetitis solutionem ventris incurrunt, & pereunt, nisi affueris velocitate remedij. Præbebis ergo mali granati cũ vino amineo. grana contrita, vel vuæ passæ cum rore syriaco, & austero vino, vel simul oĩa leuigata, & incocta vino aspero. Quę deinde in ligneis canalibus refrigerata ponantur. Item rosmarinus aqua mulsa decoctus congelatur, et in imbrĩce ponitur succus huiusmodi. Quod si horridę videntur, atq; contractæ torpere silentio, & mortuarum corpora frequenter efferre, canalibus ex canna factis mel cũ gallę puluere, vel siccæ rosæ coctum debebis infundere. Illud ante oĩa expediet, vt putres partes fauorum, vel vacuas ceras, quas aliquo casu examen ad paucitatem redactum non valebit implere, semper recidas acutissimis ferramẽtis subtiliter, ne mota alia pars fauorum cogat apes domicilia concussa deserere. Nocet apibus plerunq; felicitas sua. Nam si nimijs floribus annus exuberat, dum solam curam gerendi mellis exercent, de prole nil cogitãt. Cuius omissa reparatione populus idem labore cõfectus extinguitur, totius gentis exitio. Itaq; cum mellis nimietatem videris ex florum grandi, & continua messe defluere, interiectis ternis diebus clauso foramine non eas patiaris exire. Ita ad generandam sobolem conferentur. Nunc circa Calendas Apriles curandi sunt aluei, vt omnia purgamenta tollantur, & sordes, quas tempus contraxit hybernum, & vermiculi, & tineæ, & araneæ, quibus corrumpitur vsus fauorum, & papiliones, qui vermiculos stercore suo faciunt nasci. Tunc fumus incensi, & sicci bubuli stercoris adhibeatur, qui aptus est apium saluti. Quæ purgatio frequenter vsq; in autumni tempora celebretur. Hæc omnia, cæteraq; efficies castus, & sobrius, & alienus à balneis, vel à cibis acrib⁹, & odoris immundi, atq; omnibus salsamentis.

De Horis. T. XVI.

HIC mensis ad deprehẽdendas horas consentit Octo.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXV. |
| Hora | II. | Pedes | XV. |
| Hora | III. | Pedes | XI. |
| Hora | IIII. | Pedes | VIII. |
| Hora | V. | Pedes | VI. |
| Hora | VI. | Pedes | V. |
| Hora | VII. | Pedes | VI. |
| Hora | VIII. | Pedes | VIII. |
| Hora | IX. | Pedes | XI. |
| Hora | X. | Pedes | XV. |
| Hora | XI. | Pedes | XXV. |

## TITVLI MENSIS APRILIS.

De medica serenda, & disciplina eius. T.I.
De inserenda olea, vel oleastro, de vineis, & seminarijs fodiendis, & inserendis vitibus, & agris humidis, & pinguibus proscindendis. T. II.
De hortis, in eo de caulibus, item de apio, de atriplice, de ocymo cum disciplinis suis, item de melone, cucumere, porro, cappari, serpyllo, colocasia, lactucis, beta, cepullis, coriandro, intybis, cucurbitis, ac menta. T.III.
De zizipha cum disciplina sua, & de alijs pomis, quorũ suis mensibus disciplina descripta est. T. IIII.
De oleo violaceo, & vino. T. V.
De armentis, in eo de vitulis nutriendis, de tonsuris, & signaturis. T. VI.
De apibus, in eo de vestigandis apibus, & purgandis aluearijs, T. VII.
De horis. T. VIII.



# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER QVINTVS.

## De medica serenda, & disciplina eius. T.I.

APRILI mense in areis, quas ante (sicut diximus) præparasti, medica serenda est. Quæ semel seritur, decem annis permanet, ita vt quater, vel sexies possit per annũ recidi. Agrum stercorat. macra animalia reficit. curat ægrota. Iugerum eius toto anno tribus equis abunde sufficit. Singuli cyathi seminis occupãt locum latum pedibus quinq;, longum pedibus decẽ. Sed mox ligneis rastellis obruãtur iacta semina, quia sole citius comburuntur. Post sationem ferro locum tangi non licet, sed rastris ligneis frequenter herba mundetur, ne teneram medicam premat. Prima messis eius tardius fiet, vt aliquantum semen excutiat, Cæteræ vero messes quàm volueris cito peragantur, & iumentis præbeantur. Sed primo partius præbẽda est nouitas pabuli, inflat enim, & multum sanguinem creat. Vbi secueris, sæpius riga. Post paucos dies, cum fruticare cœperit, omnes alias herbas runcato. ita & sexies per annum metis, & annis decem poterit manere continuis.

## De inserenda olea. T. II.

NVNC locis temperatis oliua inseratur, quę inseritur inter corticem more pomorum, sicut supradictum est, sed vt oleastro inseras, contra illud, quod ex oliueto insito, & casu incenso renascitur oleaster infelix, sic prouidendum est. Positis prius oleastri brachijs in scrobe, in qua disponemus inserere, scrobes ita replebimus, vt mediæ vacuæ sint. Cum comprehẽderit oleaster, inseremus in infimo, vel insitum ponemus. & insitionem propè infra terram nutriemus. Deinde sicut adolescit, terram subinde colligimus. Ita commissura in profundo latẽte,

quisquis vrit, aut cædit, oliuæ locum non aufert pullulan di. quæ & apertam redeundi felicitatem de olea, & occul tam valendi feracitatem de oleastri connexione retine bit. Aliqui oleas in radicibus inserunt, & vbi comprehẽ derint, cum aliqua parte radicis auellunt, & transferunt more plantarũ. Græci oleas ab octauo Calendarũ Aprilium die, vsq; in tertium nonarum Iulij inseri debere prę cipiunt, ita vt locis frigidis serius, calidis maturius inse rantur. Locis frigidissimis nunc vinearum fossio ante idus peragenda est, & siqua de Martio mense restabant. Vites quoq; inserimus. Seminaria, quæ sunt ante facta, herbis liberentur, & leuiter circumfodiantur. Nunc locis mediocriter siccis milium serimus, & panicum. Hoc mẽ se pingues campi, & agri, qui diu aquam tenent, proscin dantur post idus, cum & omnes herbas protulerint, & ea rum semina non dum maturitate firmata sint.

De hortis. T. III.

HOC etiam mense vltimo, & propè vere transacto brassicam serere possumus, quæ cauli seruiet, quia cymæ tempus amisit. Nunc apium bene seritur locis calidis, & frigidis terra quali volueris, dummodo ibi sit humor as siduus, quamuis nasci, si necesse fuerit, & in siccitate non deneget. Et propè omnibus mẽsibus, à primo vere vsq; ad autumnum seratur extremũ. Ex ipsius genere est hip poselion durius tamen, & austerius, & helioselinon mol li folio, & caule tenero, quod nascitur in lacunis, & pe troselinõ maxime locis asperis. Hæc oĩa genera possunt habere diligentes. Apios maiores facies, si semen quan tum tribus digitis comprehendi potest, linteolo clauseris rariore, & breui fossa obrueris. Ita omnium seminũ ger men capitis vnius soliditate nectetur. Crispi fiunt, si semi na ante tundãtur, vel si super areas nascentes aliqua pon dera volutentur, aut pedibus proculcentur enata. Apij semina vetustiora citius nascuntur, quæ nouella sunt, se rius. Hoc mense atriplicem seremus, si rigare poterimus,



& Iulio, & cæteris vsq; ad autumnum, mensibus. Amat assiduo humore satiari. Semen statim, cum spargitur, ob ruendum est, herbæ ei subinde vellantur. Transferri ne cessarium non est, cum bene seritur, tamen potest melius adolescere, si spatio rariore pangatur, & iuuetur succo læ taminis, & humoris. Ferro tamen rescindendum semper est, quia ita pullulare non cessat. Nunc ocymum seritur, cito nasci dicitur, si statĩ, cũ scueris, aqua calida pfundas. Rẽ mirã de ocymo Martialis affirmat, q̃ mõ purpureos, mõ albos flores. mõ roseos pariat, & si ex eo semine fre quenter seratur, modo in serpyllum, modo in sisimbri um mutetur. Hoc etiam mense melones, & cucumeres seruntur, & porrus, & in primordio capparis, & serpyl lum, & colocasiæ plantaria ponemus, & lactucas, & be tas, & cepullas, & coriandrum seremus, & intyba secun da satione, quibus vtamur æstate, & cucurbitas, & men tam radice, vel planta.

De *zizipha cum disciplina sua.* T. IIII.

LOCIS calidis Aprili mense ziziphum conseremus, frigidis vero Maio, vel Iunio. Amat loca calida, aprica. Seritur ossibus, & stipite, & planta. Crescit tardissime. Sed si plantam ponis, Martio magis in terra molli, si os sibus seras, in scrobe palmari, ita vt terna grana p̃ scro bem cacuminibus ponantur inuersis. Quibus in imo, & in summo affundatur lætamen, & cinis, & herbis adna scentibus manu planta liberetur erumpens. Cum pollí cis soliditati similis fuerit, transferatur in locum pastina tum, vel in scrobem. Terram diligit non nimis lætã, sed proximã tenui, atq; iciunæ. Per hyemem prodest illi, vt circa codicẽ lapidũ cumulus aggeretur, qui æstate debet auferri. Si arbor hæc tristis est, ferrea strigili subrasa hila rior fiet, vel si fimum bubulum radicibus modice, & fre quenter affundas. Zizipha collecta matura in longo va se fictili seruãtur oblito, & loco sicciore composito, vel recenter lecta poma si guttis vini veteris perfundas, effi-

Universidad de Deusto Biblioteca



citur, ne ea rugarum deformet attractio. Seruantur etiã decisa cũ ramis suis, aut fronde sua inuoluta, atq; suspẽsa.

De *pomis aliorum mensium*. T. V.

HOC etiam mense locis temperatis mala granata ponuntur, ea ratione, qua dictum est, & inseruntur. Nã circa Calendas Maias persicus inoculari potest, quo more emplastratur ficus, sicut diximus, cum de insitione loquemur. Hoc mense calidis locis citri arbor inseritur, sicut supra memoraui. Nunc locis frigidis fici plantaria disponemus, seruantes eam, quæ supradicta est, disciplinam. Nunc etiam ficus debemus inserere in ligno, vel sub cortice, sicut ante præcepi, & eam locis siccis inoculare. Nũc planta palmarum, quam cephalonẽ vocamus, locis apricis, & calidis est ponenda. Hoc mense sorbũ poterimus inserere in se, in cydonio, in spina alba.

De *oleo, & uino uiolaceo*. T. VI.

TOT violæ vncias infundas, quot olei libras miseris, & diebus. xl. sub dio habere debebis. Violæ purgatæ, vt de rore nihil habeant, libras quinq; vini veteris. x. sextarijs debebis infundere, & post. xxx. dies. x. mellis ponderibus temperare.

De *armentis*. T. VII.

HOC mense vituli nasci solent, quorum matres abundantia pabuli iuuentur, vt sufficere possint tributo laboris, & lactis. Ipsis autem vitulis tostum, molitumq; miliũ cum lacte misceatur saluiati more præbendum. Nunc locis calidis tondeantur oues, & serotini fœtus hoc mense signentur. Nunc etiam prima est admissura, quæ excellit arietũ, vt agnos iam maturos hybernũ tẽpus inueniat.

De *apibus*. T. VIII.

HOC mense locis apricis apes quæremus. sed loca mellifica indicant apes, si circa fontes frequentissimæ pascantur. nã si rariores videbuntur, in his locis mellificari vtiliter nõ potest, quod si frequentes aquantur, vbi sint exa-



amina earum, hoc genere possumus inuenire. Ac primo q̃ longe sint, exploremus, aut proxime rubricam liquidã breui vasculo infusam geramus, & obseruemus fontes, aut aquas vicinas. tunc dorsa apum bibentium tãgamus illo liquore tincta festucula, atq; ibidem moremur. Si cito reuersæ fuerint, quas tinximus, hospitia earum proxima esse noscemus, si tarde spatio longiore summota, qđ pro mora temporis æstimamus. Ad proxima facile venies, ad longinqua hoc genere perduceris. Cannæ vnum internodium cum suis recidas articulis. & in latere aperies. ibi mel exiguum, vel defrutum mittes, & iuxta fontẽ pones. cum ad eum conuenerint apes, atq; ingressæ fuerint post odorẽ, foramẽ pollice claudis apposito, & vnã tantum patieris exire, cuius fugam persequere, ea tibi partem demonstrat hospitij. cum ipsam cœperis non videre, alteram cõtinuo dimittes, & sequeris. ita singulæ subinde dimissæ te facient vsq; ad locum examinis peruenire. Aliqui mellis breuissimum circa aquã vasculum ponunt, de quo cum apis aquam degustauerit, ad commune pabulum pergens, alias exhibebit. Quarum frequentiam subinde crescentem, notata reuolantium parte vsq; ad examina persequeris. Quod si est examen in spelũca reconditum, fumo eijcietur, & cum exierit, æris sonitu territum in frutice, vel in aliqua syluæ se parte suspẽdet, & ita admoto vasculo recipietur. Si vero in cauæ arboris ramo fuerit, acutissima serra idem ramus supra, infraq; decisus, & munda veste coopertus poterit afferri, & inter aluearia collocari. Vestigantur autem mane, vt tota dies sufficiat ad sequendum, nam vespere peracto opere ad aquam plerunq; non redeunt. Vasa autẽ, quibus recipiuntur, perfricanda sunt citreagine, vel herbis suauibus, & conspergenda imbre mellis exigui. quod si verno fiat, & circa fontes aluearia sic tincta ponantur locis, quibus apum frequentia est, multitudinem sibi spõte conducent, si tñ seruari à furibus possunt. Hoc etiã mẽse, sicut supra, purganda sunt aluearia sordibus, & necan-

di papiliones, qui maxime abundant florẽtibus maluis, quos hoc genere intercipiemus. Vas æneum miliario simile, idest altum, & angustum vespere inter aluearia collocemus, & in fundo eius ponamus lumen accensum. Illuc papiliones conuenient, & circa lumen volitabunt, et angustia vasculi ab igne proximo interire cogentur.

*De horis.* T.IX.

HVIVS mensis horæ, horis mensis Septembris æquãtur hoc genere.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXIIII. |
| Hora | II. | Pedes | XIIII. |
| Hora | III. | Pedes | X. |
| Hora | IIII. | Pedes | VII. |
| Hora | V. | Pedes | V. |
| Hora | VI. | Pedes | IIII. |
| Hora | VII. | Pedes | V. |
| Hora | VIII. | Pedes | VII. |
| Hora | IX. | Pedes | X. |
| Hora | X. | Pedes | XIIII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXIIII. |

TITVLI MENSIS MAII.

De panico, & milio, de florentibus satis, de recidendo fœno. T.I.
De nouellæ sarmentis relinquendis, & pampinandis vitibus. T.II.
De proscindendis, & aperiendis nouis agris. T.III.
De occandis vitibus arboribusq;, & rude cædenda, fodiendis seminarijs, putandis oleis, ac lupino vertendo. T.IIII.
De hortis in eo de spatijs, de apio, coriandro, melone, cucurbita, carduo, radice, ruta. T.V.
De pomis, de flore mali punici, persico emplastrando, citro inserendo, & ficu plantanda, vel inserenda, de zizipha, & palma plantandis. T.VI.
De armentis, in eo de castrandis bobus. T.VII.



De tonsuris ouium. T.VIII.
De caseo faciendo. T.IX.
De apibus. T.X.
De pauimentis, & solarijs. T.XI.
De lateribus faciendis. T.XII.
De rosato. T.XIII.
De oleo liliaceo. T.XIIII.
De oleo roseo. T.XV.
De rodomelli. T.XVI.
De rosis viridibus seruandis. T.XVII.
De horis. T.XVIII.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER SEXTVS.

*De panico, & milio, de florentibus satis, de recidendo fœno.* T.I.

MAIO mense locis frigidis, & humectis panicum seremus, & milium more, quo dixi. Nunc omnia propè, quæ sata sunt, florent, necq; tangi à cultore debebunt. Florent autem sic. Frumenta, & ordeum, & quæ sunt seminis singularis octo diebus florebunt. & deinde per dies. XL. grandescent flore deposito vsq; ad maturitatis euentum. quæ vero duplicis seminis sunt, sicut faba, pisum, cæteraq; legumina. XL. diebus florent, simulq; grandescunt. Hoc mense in locis siccis, calidis, siue maritimis fœna recidantur, prius tamen quàm exarescant. Quod si pluuijs infusa fuerint, conuerti ante non debent, quàm pars eorum summa siccata sit.

*De nouellæ sarmentis relinquendis, & pampinandis uitibus.* T.II.

NVNC cõsyderem⁹ nouellę vitis sarmẽta, quę protulit et ei pauca, et solida reliquam⁹, et adminiculis firmemus,

Universidad de Deusto
Biblioteca



donec brachia prolata durescant. Non aũt amplius resectæ, & pullulanti viticulæ, q̃ duæ, vel tres materiæ relinquantur, & alligentur propter iniuriam venti. Ideo aũt tres materias dixi debere dimitti, ne dissipantibus ventis nulla remaneat, si in primordio reliqueris pauciores. hoc mense pampinari conuenit. sed tunc est opportuna pãpinatio, cũ teneri rami digitis stringentibus crepabunt sine difficultate carpentis. Hæc res vuas efficit pinguiores, & maturitati consulit solis admissu.

*De proscindendis, & aperiendis nouis agris.* T.III.

NVNC quoq; pingues agri, & herbosi proscindãtur sed si agros incultos volueris aperire, cõsyderabis, sicc⁹, an humidus sit ager, syluis, aut gramine, frutetis vestitus aũt filice. Si humidus erit, fossarũ ductibus ex oĩ parte siccetur. Sed apertæ fossæ notæ sunt, cæcæ vero hoc genere fiunt. Imprimuntur fulci per agrũ transuersi altitudine pedũ ternũ, postea vsq; ad medietatẽ lapidibus minutis replentur, aut glarea, & super terra, quam egesseramus, æquatur. Sed fossarũ capita vnã patentẽ fossam petant, ad quã declines decurrant. ita & humor deducetur, & agri spatia nõ peribunt. Si defuerint lapides, sarmẽtis vel stramine subiecto cooperiantur, vel quibuscũq; virgultis. sed si nemorosus est, extirpatis, aut raro relictis arboribus excolatur. Si lapidosus, p̃ macerias saxorũ à turba collectas & purgari poterit, & inde muniri. Iũcus, & gramẽ, & filices frequẽti aratione vincẽtur. Sed filicẽ, si sæpe fabam conseras, vel lupinos, & si subinde nascentẽ muerone falcis incidas, intra exiguum tempus absumes.

*De occandis uitibus, arboribusq; et rude cædẽda, fodiẽdis seminarijs, putãdis oleis, et lupino uertẽdo.* T.IIII.

HOC mense arbores, & vites, quæ ablaqueatæ fuerãt, occare, hoc est operire iam conuenit. Nunc ad rudem faciendam sylua cædatur, qñ oĩ fronde vestitita est. Cædẽdi aũt hic modus est, vt optimus operarius in alta sylua modij spatium, mediocris vero tertia minus possit abscindere. Nunc & seminaria fodiuntur assidue, & locis prægelidis, & pluuiosis oleæ putantur, & eis muscus abraditur. At siquis lupinum stercorandi agri causa seminabit, aratro illum nunc debebit euertere.



*De hortis.* T.V.

HORTORVM spatia, quæ per autumnum seminibus implenda destinantur, aut plantis, nunc conuenit pastinare. Hoc mense apium bene seritur, sicut iam ante dictum est, vel coriandrum, & melones, & cucurbitæ, carduus, & radices, & ruta pangentur. Porri quoq; planta transfertur, vt rigationibus animetur.

*De pomis.* T.VI.

LOCIS calidis nunc mala punica florere incipiunt. Ramus ergo cum flore (sicut Martialis dicit) si obruto circa arborem fictili vase claudatur, & ne resiliat, ligetur ad palum, pro vasculi magnitudine pomum reddit autumno. Hoc etiam mense locis calidis emplastrari persicus potest. Locis frigidis nunc citri arbor inseritur, & ea, quę dicta est, disciplina seruetur. Nunc frigidis locis ziziphũ conseremus, & ficum inserimus. Hoc etiam mense palmæ planta disponitur.

*De armentis, in eo de castrandis bobus.* T.VII.

NVNC castrandi sunt vituli, sicut Mago dicit, tenera ætate, vt fissa ferula testiculi comprimantur, & paulatim confracti resoluantur. Sed hoc luna decrescente verno, vel autumno fieri debere præcipit. Alij ligato ad machinam vitulo, duabus angustis regulis stagneis, sicut forcipibus ipsos neruos apprehẽdũt, qui græce κρεμαστῆρες dicuntur. His comprehensis tentos testiculos ferro resecant, & ita recidũt, vt aliqd de his capitibus neruorũ suorũ dimittatur hærere, quę res et sanguinis nimietatẽ prohibet, & nõ oĩno iuuencos subducto robore virilitatis effœminat. Nec admittendũ est, quod pleriq; faciunt, vt statim castratos coire compellant, nã certũ est ab eis generari, sed ipsos fluxu sanguinis interire, vulnera vero ea

straturæ cinere sarmentorũ, & spuma linentur argenti. Castratus abstineatur à potu, & cibis pascatur exiguis, et sequenti triduo præbeantur ei teneræ arborum summitates, & fruteta mollia, & herbæ viridis coma, dulciora sagina roris, aut fluminis. Pice etiã liquida misto cinere, & modico oleo post triduũ vulnera diligenter vngenda sunt. Sed melius genus castrationis sequens vsus inuenit. alligato enĩ iuuenco, atq; deiecto testiculi stricta pelle clauduntur, atq; ibi lignea regula premente, decidũtur ignitis securibus, vel dolabris, vel, quod est melius, formato ad hoc ferramẽto, vt gladij similitudinẽ teneat. Ita enim circa ipsam regulã ferri acies ardentis imprimitur, vnoq; ictu & moram doloris beneficio celeritatis absumit, & vstis venis, ac pellib⁹ à fluxu sanguinis strictis, plagã cicatrix quodãmodo cũ ipso vulnere nata defẽdit.

*De tonsuris ouium.* T.VIII.

LOCIS temperatis nunc ouium celebranda tonsura est. Sed tonsas oues hoc vnguine medicemus. Succũ decocti lupini, feces vini veteris, & amurcam pari mensura miscebis, & in vnum corpus omnia redacta curabis adlinire. Post triduum deinde, si mare vicinum est, litori mergantur extremo. si in medijs terris pascimus, aqua cœlestis cum sale paululum decocta sub dio debebit pecorum tonsa, & vncta membra diluere. Hoc enim modo curatum pecus toto anno, nec scabrum fieri dicitur, & prolixas lanas creare fertur, ac molles.

*De caseo faciendo.* T.IX.

HOC mense caseum coagulabimus syncero lacte coagulis vel agni, vel hœdi, vel pellicula, quæ solet pullorũ ventribus adhęrere, vel agrestis cardui floribus, vel lacte ficulno. cui serũ debet omne deduci, vt & ponderibus vrgeatur. Vbi solidari cœperit, loco opaco ponatur, aut frigido, & pressus subinde adiectis pro acquirenda solidita te ponderibus, trito, ac torrefacto sale debet aspergi, et iã durior vehementius premi. Post aliquot dies soliditatæ



iam formulę per crates ita statuantur, ne inuicem se vna quæq; contingat. Sit autem loco clauso, & à ventis remoto, vt teneritudinem seruet, atq; pinguedinem. Vitia casei sunt, si aut siccus sit, aut fistulosus. quod euenit, aut si parum prematur aut sales inimicos accipiat, aut calore solis vratur. In recenti caseo conficiẽdo aliqui nucleos virides pineos terunt, atq; ita misto lacte gelant. Aliqui thymum tritum, & frequenter colatum congelant. Qua lemcunq; etiã saporem velis, efficere poteris, adiecto, qđ elegeris, cõdimento, seu piperis, seu cuiuscunq; pigmenti.

*De apibus.* T.X.

HOC mense incipiunt augeri examina, et in extremis fauorum partibus maiores creantur apiculæ, quas aliqui reges putant. sed græci eos οἰστρους appellant, & necari iubent, quia requiem concutiunt quiescentis examinis. Nũc papiliones abundãt, quos necemus, more, quo dixi.

*De pauimentis, & solarijs.* T.XI.

NVNC circa extremum mensem pauimenta in solarijs fiunt. quæ in frigidis regionibus, & ibi pruinæ sunt, glacie suspenduntur, & pereunt. Sed si hoc placuerit, sternemus duplices ordines tabularum transuersos, atq; directos, et paleam, vel filicem supra constituemus, et æqualiter æquabimus saxo, quod manum possit implere. Pedancum super rudus inducimus, & assiduo vecte densamus. tunc antẽ, quàm rudus siccetur, bipedas, quæ per omnia latera canaliculos habeant digitales, iungemus, ita vt calce viua ex oleo temperata, bipedarum canales, qui inter se connectendi sunt, impleantur, & earũ coniunctione rudus omne cooperiatur. nam siccata omnis materia vnum corpus efficiet, et nullum transmittet humorem. Postea, sex digitorum testaceũ superfundimus, et frequenter virgis verberabimus, ne rimis possit aperiri. Tunc tessellas latiores, vel tabellas qualescũq; marmoreas, aut paginas imprimemus. & hanc constructionem res nulla vitiabit.

De lateribus faciendis. T.XII.

HOC mense lateres faciendi sunt ex terra alba, vel creta, vel rubrica. Nam qui æstate fiunt, celeritate feruoris in summa cute siccantur interius humore seruato. quæ res scissuris eos faciet aperiri. Fiunt autem sic. Terra creta diligenter, & omni asperitate purgata mista cum paleis diu macerabitur, & intra formam lateri similem deprimetur. Tunc ad siccandum relicta, subinde versabitur ad solis aspectum. Sint vero lateres longitudine pedum duorum, latitudine vnius, altitudine quatuor vnciarum.

De rosato. T.XIII.

QVINQVE libras rosæ pridie purgatæ, in vini veteris. x. sextarios mergis, & post. xxx. dies. x. dispumati mellis libras adijcies, & vteris.

De oleo liliaceo. T.XIIII.

PER olei libras singulas dena lilia curabis infundere, et vas vitreum. xl. diebus locare sub dio.

De oleo roseo. T.XV.

IN olei libras singulas rosę purgatę singulas vncias mittis, &. vij. diebus in sole suspendis, & luna.

De rodomelli. T.XVI.

IN succi rosæ sextarijs singulis libras singulas mellis admisces, & diebus. xl. sub sole suspendis.

De rosis viridibus seruandis. T.XVII.

ROSAS nondum patefactas seruabis, si in canna viridi stante, fissa, recludas ita, vt fissuram coire patiaris. & eo tempore cannā recidas, quo rosas virides habere volueris. Aliqui olla rudi conditas, ac bene munitas sub dio obruunt, ac reseruant.



De horis. T.XVIII.

IN horarum mensuris Maius respondet Augusto.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXIII. |
| Hora | II. | Pedes | XIII. |
| Hora | III. | Pedes | IX. |
| Hora | IIII. | Pedes | VI. |
| Hora | V. | Pedes | IIII. |
| Hora | VI. | Pedes | III. |
| Hora | VII. | Pedes | IIII. |
| Hora | VIII. | Pedes | VI. |
| Hora | IX. | Pedes | IX. |
| Hora | X. | Pedes | XIII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXIII. |

## TITVLI MENSIS IVNII.

De area paranda. T.I.
De messibus. T.II.
De agris proscindendis, de vineis occandis, fodiendis, vicia, fœno græco, lenticula, faba, lupino colligēdis. T.III.
De hortis, in eo de brassica, apio, betis, radicibus, lactucis, coriandro. T.IIII.
De pomis, in eo de flore punici, de pyro, de malo, zizipho, de fico, de emplastratione. T.V.
De armentis, in eo de castratura, de caseo, de tonsuris. T.
De apibus, in eo de legendo, & conficiendo melle, vel cera, de seruandis examinibus, & signis eorū, & regibus, de inopia examinum supplenda. T.VII.
De pauimentis, & latere. T.VIII.
Qualiter fructuū venturorū experimēta sumātur. T.IX.
De oleo chamæmilleo. T.X.
De œnante. T.XI.
De alica. T.XII.
De horis. T.XIII.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER SEPTIMVS.

De *area paranda*. T.I.

IVNIO mense area paranda est ad triturarn, cuius primo terra radatur. deinde effossa leuiter mistis paleis, & amurca æquatur insulsa. Quæ res à muribus, & formicis frumenta defendit. Tunc premenda est rotundo lapide, vel columnæ quocunq; fragmento, cuius volutatio possit eius spatia solidare. Dehinc sole siccetur. Aliqui mundatis areis aquam spargunt, & minutæ ibi pecora diu spatiari, ac proculcare compellunt. Et cũ terra vngulis stricta fuerit, spectant solidam siccitatem.

De *messibus*. T.II.

NVNC primo ordei messis incipitur, quæ consumanda est ante quàm grana arefactis spicis lapsa decurrant, quia nullis, sicut triticum, folliculis vestiuntur. Quinque modios recidere potest pleni agri opera vna messoris experti. mediocris vero tres, vltimi etiam minus. Sed ordei culmos iacere in agris aliquantulũ finamus, quia fertur hoc more grandescere. Nunc etiam mense postremo locis maritimis, et calidioribus, ac siccis tritici messis abscinditur. Quam paratam esse cognosces, si æqualiter spicarũ populus maturato rubore flaueſcat. Pars Galliarum planior hoc compendio vtitur ad metendum, & præter hominum labores vnius bouis opera spatium totius messis absumit. Fit itaq; vehiculum, quod duabus rotis breuibus fertur, huius quadrata superficies tabulis munitur, quæ forinsecus recliues in summo reddant spatia largiora. Ab eius fronte carpenti breuior est altitudo tabularum. Ibi denticuli plurimi, ac rari ad spicarum mensurã constituuntur in ordinem ad superiorem partem recurui. A tergo vero eiusdem vehiculi duo breuissimi temones figurantur, velut amites basternarum. Ibi bos capite



in vehiculum verso iugo aptatur, & vinculis, mansuetus sanè, qui non modum compulsoris excedat. Hic vbi vehiculum per messes cœpit impellere, omnis spica in carpentum denticulis comprehensa cumulatur abruptis, ac relictis paleis, altitudinem, vel humilitatem plerunq; bubulco moderante, qui sequitur, & ita per paucos intus, ac reditus breui horarum spatio tota messis impletur. Hoc campestribus locis, vel æqualibus vtile est, & ijs, quibus necessaria palea non habetur.

De *agris proscindendis, de uineis occandis, fodiendis, uicia, fœno græco recolligendis*. T.III.

NVNC frigidissimis locis, quæ Maio sunt prætermissa faciemus. Agros æque proscindemus herbosis & gelidis partibus. Vineta occabimus. Colligemus viciam, fœnum græcum resecabimus ad pabulum. Hoc mense locis frigidis peragenda est leguminum messis. itaque lenticulam collectam, cineri mistam, bene seruabimus, vel vasis olearijs, aut salsamentarijs, repletis statimq; gypsatis. Nunc & faba luna minuente velletur. Ante lucem sanè, & ante quàm luna procedat, excussa, & refrigerata ponatur. Ita gurguliones non patietur infestos. Hoc mẽse lupinus colligitur, & si placuerit, statim separetur ex area. sed longe ab humore est ponendus in horreis. Sic enim diutissime custoditur, maxime si granaria eius afflauerit fumus assiduus.

De *hortis*. T.IIII.

HOC mense circa solstitium brassicam seremus, quam inchoante transferemus Augusto, vel irriguo loco, vel pluuia initiante madefacto. Apium quoque bene serere poterimus, betas, & radices, & lactucas, & coriandrum, si rigemus.

De *pomis*. T.V.

HOC etiam mense ramus punici (sicut supra diximus) poterit intra fictile vasculum laudi, vt ad eius magni

tudinem poma restituat. Nūc pyra, vel mala, vbi ramos multa poma densabunt, interlegenda sunt quæcunq; viriosa, vt succus, qui ingrate his posset impendi, ad meliora vertatur. Hoc etiam mense locis frigidis ziziphum serere poterimus. Nunc caprificandæ sunt arbores fici, sicut in eius narrauimus disciplina. Aliqui eas et hoc mense inserunt. Locis frigidis persicus inoculatur, palmę plāta circunfoditur. Hoc mense, vel Iulio celebratur insitio in pomis, quæ emplastratio dicitur. Solis arboribus conuenit, quibus pinguis succus in cortice est, vt ficis, et oleis, ac similibus, vt Martialis dicit, & persico. Fit autē sic. Ex nouellis ramis, et nitidis, ac feracibus gemmam, quæ bene apparebit sine dubio processura. duob⁹ digitis quadratis circumsignabis, vt ipsa statuatur in medio, & ita subtiliter corticē leuabis acutissimo scalpro, ne gemma lædatur. Item ex ea arbore, cui velimus inserere, similiter cum gemma tolletur emplastrū, nitido tamen, atq; vberi loco. Tunc ibi conuenienter astringitur, et pressum circa gemmam vinculis cogitur sine germinis læsione cohærere, vt ea, quæ appositæ reditur, locum gemmæ prioris includat. tunc luto superlinis, & liberam gemmam relinques. Ramos superiores eius arboris secabis, ac stirpes, & ab vno & viginti diebus exactis resoluto vimine vinculorum reperies externi seminis gemmam mire in arboris alienæ membra transisse.

*De armentis, in eo de castratura, de caseo, de tonsuris.* T. VI.

HOC etiam mense vituli recte, vt dictum est ante, castrantur. Nunc etiam caseum iure conficimus, & oues in frigida regione tondemus.

*De apibus, aluearijs, & reliquis.* T. VII.

HOC mense aluearia castrabuntur, quæ matura esse ad mellis reditum signis quampluribus instruemur. Primū, si plena sunt, apum subtile murmur audimus. nam vacuæ sedes fauorum, velut concaua ædificia, voces, quas



acceperint, in maius extollunt. Quare cum murmuris sonus magnus, & raucus est, agnoscimus non esse idoneas ad metendum crates fauorum. Item cum fucos à sedibus suis, qui sunt apes maiores, grandi intentione deturbāt, matura mella testantur. Castrabuntur autē aluearia matutinis horis, cum torpent apes, nec caloribus asperantur. Fumus admouetur ex galbano, & arido fimo bubulo, quem in pultario factis carbonibus conuenit excitare. Quod vas ita figuratum sit, vt velut inuersi infundibuli angusto ore fumum possit emittere, atq; ita cedentibus apibus, mella recidentur. Ad examinis pabulum hoc tempore pars fauorū debet quinta dimitti. Sanè putres, ac vitiosi faui de aluearijs auferantur. Nunc mella confici mus congestis in mundissimum sabanum fauis, ac diligenter expressis. Sed ante quàm premamus, partes fauorum corruptas, vel pullos habentes recidemus, nam malo sapore mella corrumpunt. Mel recens paucis diebus apertis vasculis habendum est, atq; in summitate purgandū, donec refrigerato calore musti more deferueat. Nobilius mel erit, quod ante expressionem secundam, velut sponte profluxerit. Hoc etiam mense ceram conficimus, quæ in vase æneo feruenti aqua pleno minute concisis fauorum reliquijs mollietur, & deinde in alijs vasculis sine aqua resoluta digeretur in formas. Nunc si mense vltimo, noua egrediuntur examina, custos esse debebit attentus, quia nouellæ apes vagantibus animis iuuentute, nisi seruentur, effugiunt. Exeuntia in aditu suo morā tur vno, aut duobus diebus, quæ statim nouis aluearijs excipienda sunt. Obseruabit autem custos assiduus vsq; in octauam, vel nonam horam, quia post hæc tempora non facile fugere, aut emigrare consueuerunt, quamuis aliquæ statim & procedere, & abire non dubitent. Signa futuræ fugæ hæc sunt. Ante biduum, vel triduum acrius tumultuantur, & murmurāt. Quod vbi appositā frequēter aure explorator agnouerit, solicitior aduersum hæc esse debebit. Solent hæc signa & cum pugnaturæ sunt, fa-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cere. Quarum pugnam compescit puluis, aut mulsę aquę imber aspersus. Inest illi ad originis suæ reparandam cõcordiam, dulcis authoritas. Sed cum se agmina sic pacata, in ramo, aut loco quocunq; suspẽderint, si vnius vberis eductione pendebunt, noris aut vnum regẽ esse vniuersis, aut reconciliatis omnibus manere concordiam. Si vero duo, vel plura vbera suspendens se populus imitatur, & discordes sunt, & tot reges esse, quod velut vbera videris, confitentur. Vbi globos apium frequentiores videris, vncta manu succo melissophylli, vel apij reges requiras. Sunt autem paulo maiores, & oblongi magisq; cæteræ apes, rectioribus cruribus, neq; grandibus pennis, pulchri coloris, & nitidi, leues, sine pilo, nisi forte pleniores, quasi capillum gerunt in ventre, quo tamen non vtũtur ad vulnus. Sunt alij fusci, atq; hirsuti, quos oportet extingui, & pulchriorem relinqui, qui si frequenter vagatur cum examinibus, exsectis alis reseruetur. hoc enim manente nulla discedet. Sed si nulla nascantur examina, duorum, vel trium vasculorum multitudinem in vnum conferre possumus, dulci tamen liquore conspersas apes, atq; inclusas, per triduum tenebimus, appositocibo mellis, & exigua tantum spiracula relinquemus in cælla. Quod si velis aluearium, cui per aliquam pestem multitudo subducta est, populi adiectione reparare, cõsyderabis in alijs abundantibus, ceras fauorum, & extremitates, quæ pullos habent, & vbi signum nascituri regis inueneris, cum sobole sua recides, & in id aluearium pones. Est autem hoc futuri regi signum. Inter cætera foramina, quæ pullos continent, vnum maius, ac longius velut vber apparet. Sed tunc transferendi sunt, quando eros sis cooperculis ad nascendum maturi capita nituntur exerere, nam si immaturos transtuleris, interibunt. Si autẽ se subitum leuabit examen, strepitu æris terreatur, aut testulæ. tuncad aluearium redibit, aut in proxima fronde pendebit, & inde in nouum vas herbis consuetis, & melle conspersum manu attrahatur, aut trulla, & cum in eo



loco requieuerit, vespere inter alia collocetur.

*De pauimentis, & latere.* .T. VIII.

HOC etiam mense pauimenta faciemus sub diuo, & lateres more, quo dixi.

*Qualiter fructuum uenturorum experimenta sumantur.* T. IX.

GRAECI asserunt Aegyptios hoc more prouentum futuri cuiusq; seminis experiri. Aream breuem loco subacto, & humido nunc excolunt, & in ea diuisis spatijs omnia frumenti, vel leguminum semina spargunt. Deinde in ortu caniculæ, q apud Romanos quartodecimo Calendarum Augustarum die tenetur, explorant quæ semina ortum sydus exurat, quæ illæsa custodiat. His abstinent, illa procurant, quia indicium noxæ, aut beneficij, per annum futurum generi vnicuiq; sydus aridum præsenti exitio, vel salute præmisit.

*De oleo chamæmillco.* T. X.

PER olei libras singulas chamæmillæ herbæ florentis, aureę medietatis, proiectis albis folijs, quibus flos ambitur, vnciarum singularum pondus infundis, & quadraginta diebus in sole constitues.

*De œnanthe.* T. XI.

SYLVESTRES vuas, cum florent, sine rore colligimus, & expandimus in sole, nequid restet humoris, & flos ad excutiendũ siccior apparetur. Tunc cribello spisso cernimus, vt grana non transeãt, sed flos solus decidat. Hunc in melle seruamus infuso. & cum diebus. xxx. fuerit conditum, temperamus eo genere, & more, quo rosatum moris est temperare.

*De alica.* T. XII.

ORDEVM semimaturũ, cui adhuc supereſt aliquid de virore per manipulos ligabis, & torrebis in furno, vt facile mola possit infringi, & in modio vno salis aliquã tum, dum molitur, miscere curabis, ac seruas.

De *horis*. T. XIII.

IVNIVS, ac Iulius horarum sibi æqua spatia cõtulerũt.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXII. |
| Hora | II. | Pedes | XII. |
| Hora | III. | Pedes | VIII. |
| Hora | IIII. | Pedes | V. |
| Hora | V. | Pedes | III. |
| Hora | VI. | Pedes | II. |
| Hora | VII. | Pedes | III. |
| Hora | VIII. | Pedes | V. |
| Hora | IX. | Pedes | VIII. |
| Hora | X. | Pedes | XII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXII. |

## TITVLI MENSIS IVLII.

De iterandis agris, de messe triticea, de extirpandis vepribus, & filectis, de arboribus operiendis, puluerandis nouellis. T.I.

De hortis, in eo de cepullis, radicibus, atriplice, ocymo, malua, beta, lactuca, porro, item napis, & rapis cum disciplina sua. T. II.

De pomis, in eo de emplastratiõe, de pyro, malo, citreo, ficu, palma. T. III.

De armentis, & gregibus, in eo de admittendis tauris, & arietibus. T. IIII.

De extirpando gramine. T. V.

De vino scyllite. T. VI.

De hydromelli. T. VII.

D aceto scyllitico. T. VIII.

De sinapi, T. IX.

De horis. T. X.



# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER OCTAVVS.

*De iterandis agris, de messe triticea, de extirpandis uepribus, & filicetis, de arboribus operiendis nouellis.* T.I.

IVLIO mense agri, qui Aprili prosciſſi fuerant, circa Calendas iterentur. Nunc locis temperatis tritici messis expletur, more, quo dictum est, syluestres agri vtiliſſime extirpabuntur arboribus, atq; virgultis, cũ luna decrescit, desectis radicibus, atq; combustis. Hoc mense arbores, quæ in messe steterant, sectis messibus obruãtur aggestione terrarũ propter nimios solis ardores. opera vna. XX. maximas obruet. Nunc & nouellæ vites mane, & vespere iã calore deposito effodi debẽt, & auerso gramine puluerari. Hoc mense vtiliter vel ante caniculares dies filices extirpabis, & caricem.

De *hortis*. T.II.

HOC etiã mense cepullas serimus irriguis, ac frigidis locis, & radicẽ, & atriplicẽ, si rigare possumus, & ocymũ maluas, betas, lactucas, & porros rigandos. Hoc mense loco irriguo napos seremus, & rapa solo putri, & soluto nec spisso. Locis humidis lætantur, & campis. Sed napos in sicco, & propè tenui, atq; deuexo, & sabuloso melior nascitur. Loci proprietas vtrunq; semẽ in alterũ mutat. Nã rapa in alio solo per bienniũ sata mutãtur in napas, alio vero napus transit in rapũ. Subactũ solũ stercoratũ versatumq; conquirunt, quod & ipsis, & segetibus proderit, quæ ibi anno eodẽ serũtur. Iugero raporũ quatuor sextarij, napi aũt quinq; sufficiunt. Si spissa sunt, interueles aliqua, vt cætera roborentur. Vt vero semina maiora redigantur, eruta rapa, foliis omnibus purgas, & ad dimidij digiti crassitudinem in caule succides. Tunc in sulcis diligenter subactis, octonis digitis separata obrues, & in ijcies terram, & calcabis, ita magna nascentur.

napus. rapa.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De pomis.* T.III.

HOC Etiã mense emplastratio celebrari potest, sicut ante demõstraui, & pyrus, vel malus locis humidis nũc insita me explorante processit. hoc etiã mense in pomis serotinis, quæ vbertate nimia ramos onerauerunt (sicut prædixi) interlegenda sunt, siqua vitiosa repereris, vt ab boris succũ vertamus ad meliorũ nutrimenta pomorũ. Nunc citri taleã loco irriguo frigidis regionibus me plã tasse memini, & quotidianis animasse liquoribus, quæ & nascendo, & afferendo votum felicitatis æquauit. Hoc tempore locis humidis inoculari ficus, & inseri citrius potest. Mense iã medio palmæ planta circunfodi. Nunc locis temperatis, amygdala matura sunt ad legendum.

*De armentis.* T.IIII.

HOC tempore maxime tauris submittendæ sunt vaccæ, quia decẽ mensiũ partus sic poterit maturo vere cõcludi, & certũ est eas post vernã pinguedinem gestiẽtes veneris amare lasciuiam. Vni tauro quindecim vaccas Columella asserit posse sufficere, curandumq; ne concipere nequeant nimietate pinguedinis. Si abundantia pabuli est in regione, qua pascimus, potest annis oĩbus in fœturam vacca submitti. Si vero indigetur hoc genere, alternis tẽporibus onerãdæ sunt, maximeq; si eædẽ vaccæ alicui operi seruire cõsueruũt. Hoc mẽse arietes cãdidissimi eligendi, & admittẽdi sunt mollibus lanis, in quibus nõ solũ corporis cãdor consyderãdus est, sed etiam lingua, quę, si maculis fuscabitur, varietatẽ reddit in sobole. De albo plerunq; nascitur coloris alterius. De fuscis nunquã (sicut Columella dicit) potest albus creari. Eligemus arietẽ altũ, procerũ, ventre promisso, & lanis candidis recto, cauda longissima, velleris densi, fronte lata, magnis testib⁹, ætatis primæ, qui tñ vsq; in octo annos potest vtiliter inire. Fœmina debet bima submitti, quæ vsq; in quĩquẽniũ fœturæ necessaria est, anno septimo deficit. Eligenda est vasti corporis, et prolixi velleris, ac mollis



simi, lanosi, & magni vteri. Sed prouidendũ est in hoc genere, vt pabuli vbertate saturetur, & longe pascatur à sentibus, q & lanã minuũt, & corpus incidũt. admittẽdi sunt mense Iulio, vt nati ante hyemẽ conualescant. Aristoteles asserit, si masculos plures creari velis, admissuræ tempore siccos dies, & halitũ septentrionis eligendũ, & contra eũ ventũ greges esse pascendos. Si fœminas generari velis, austri captandos flatus, & in eũ pascua dirigenda, ac si ineundas matres, vt mortuarũ, vel vitiosarũ numerus nouella sobole reparetur. Autũno debiles quæq; pretio mutentur, ne eas imbecillas hybernum frigus absumat. Aliqui duobus ante mensibus arietes à coitu reuocant, vt facem libidinis augeat dilatio voluptatis. Quidam coire sine discretione permittunt, vt hoc eis genere per annum totum fœtura non desit.

*De extirpando gramine,* T.V.

HOC mẽse, cũ sol cãcri tenebit hospitiũ, luna sexta in capricorni signo posita gramẽ ablatũ græci asserunt nihil de radicibus rediturũ. Itẽ si bidentes cyprei fiant, & sanguine tingantur hircino, & post fornacis ardores nõ aqua, sed eodem sanguine temperentur, per eos erutum gramen extingui.

*De uino scyllite.* T.VI.

HOC mense vinum scyllite sic facimus. Scyllam de montanis, aut maritimis locis sub ortu canicularum lectam procul à sole siccamus. Ex hac in vini amphoram vnius libræ mensuram mittimus, incisis ante tamen superfluis, & abiectis foliis, quibus pars extrema vallatur. Quidam velamina ipsa filo inserta suspendunt, vt vino infusa mergantur, & non admista fecibus post. XL. dierum spatium serta, quæ appensa sunt, auferantur. Hoc vini genus tussi resistet, ventrem purgabit, flegma dissoluet, spleneticis proderit, acumen præstabit oculorum, cõcitabit digestionis auxilia.

*De hydromelli.* T.VII.

INCHOANTIBVS canicularibus diebus aquã purã pridie sumis ex fonte, In tribus aquæ sextarijs vnũ sextarium non dispumati mellis admisces, ac diligenter per catenarias diuisum quinq; horarum spatio cõtinuo per inuestes pueros curabis agitare vasa ipsa concutiẽs. Tunc. XL. diebus, ac noctibus patieris esse sub cœlo.

De *aceto scyllitico*. T.VIII.

SQVILLAE albæ crudæ proiectis duris, atq; extrinsecus positis omnibus teneram medietatem ad libram & sex vncias per minutas partes recides, & in aceti acerrimi duodecim sextarijs merges, Vas signatum, XL. diebus patieris esse sub sole. Post abiecta squilla acetum diligentius excolabis, & in bene picato vase transfundes. Aliud acetum digestioni, & saluti accommodum. Squillæ dragmas. viij. aceti sextarios. XXX. mittis in vascvlo, & piperis vnciam vnam, mentæ, & casiæ aliquantũ, & post aliquod tempus vteris.

De *sinapi*. T.IX.

SINAPIS semen admodum sextarij vnius & semis redigere curabis in puluerem, cui mellis pondo. v. olei hispani vnam libram m, aceti acris vnum sextarium misces, & tritis omnibus diligenter vteris.

De *horis*. T.X.

IVLII, & Iunij horas per mẽsurarũ Libra composuit,

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXII. |
| Hora | II. | Pedes | XII. |
| Hora | III. | Pedes | VIII. |
| Hora | IIII. | Pedes | V. |
| Hora | V. | Pedes | III. |
| Hora | VI. | Pedes | II. |
| Hora | VII. | Pedes | III. |
| Hora | VIII. | Pedes | V. |
| Hora | IX. | Pedes | VIII. |
| Hora | X. | Pedes | XII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXII. |



De agris exilibus arandis, de apparanda vindemia, de occatione vinearum locis frigidis. T.I.
De exili, & misera vinea reficienda. T.II.
De pampinandis, & obumbrandis vitibus, & extirpandis caretis, atq; filicetis. T.III.
De vrendis pascuis. T.IIII.
De hortis, in eo de rapa, & napo, de radice cum disciplina sua, de pastinaca. T.V.
De pomis. T.VI.
De apibus. T.VII.
De aqua inuenienda. T.VIII.
De puteis. T.IX.
De aqua probanda. T.X.
De aquæ ductibus. T.XI.
De mensuris, & ponderibus fistularum. T.XII.
De omphacomelli. T.XIII.
De horis. T.XIIII.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER NONVS.

*De agris exilibus arandis, de apparanda uindemia, de occatione uinearum locis frigidis.* T.I.

AVGVSTO mense vltimo circa Calendas Septẽbres ager planus, humidus, exilis incipiat exarari. Nũc maritimis locis vindemiæ apparatus vrgetur. Hoc etiam mense locis frigidissimis occatio vinearum fit.

De *exili, & misera uinea reficienda*. T.II.

HOC tempore, si terra exilis in vinea est, & vinea ipsa miserior tres, vel quatuor lupini modios in iugero spargis, atq; ita occabis. Quod vbi fruticauerit, euertitur, & optimum stercus præbet in vineis, quia lætamen propter vini vitium non conuenit inferre vinetis.

Universidad de Deusto
Biblioteca



*De pampinandis, & obumbrandis uitibus, & extirpã dis caretis, atq; filicetis.* T.III.

NVNC locis frigidis pampinatur, locis vero feruenti bus, ac siccis obumbratur potius vua, ne vi solis aresçat, si aut vineę breuitas, aut facultas operarũ permittit. Hoc etiam mense extirpare possumus careta, atq; filiceta.

*De urendis pascuis.* T.IIII.

NVNC vrenda sunt pascua, vt & altorum fruticum festinatio reprimatur ad stirpes, & incensis aridis noua lætius succedant.

*De hortis.* T.V.

HOC etiam mense vltimo siccis locis rapa, & napus serenda sunt hac ratione, qua ante dictum est. Hoc mẽse vltimo, locis siccioribus radices seruntur, quæ hyeme sui vsum ministrent. Amant terrã pinguẽ, solutã, & diu sub actã, qualẽ rapa. Tofum, & glareã reformidant. Gaudent cœli statu nebuloso. Serendæ sunt spatijs grandibus, et alte fossis. Meliores proueniunt in arenis. Seratur post no uã pluuiã, nisi possint forte rigari. Qd satũ est stati debet operiri leui sarculo. Iugerũ duo sextarij, vel vt qdã, quatuor, cũ seruntur, implent. Lætamẽ nõ est ingerendũ, sed potius paleæ, quia inde fungosæ sunt. Suauiores fiunt, si eas aqua salsa frequenter aspergas. Radices fœminini generis putantur. quæ minus acres sunt, & habent folia latiora, & leuia, & cũ iucunditate virentia. Ex his ergo semina colligemus. Maiores fieri creduntur, si sublatis oĩbus folijs, & solo tenui caule dimisso, sæpe terris operiãtur. Si ex nimis acra dulcẽ fieri velis, semina die, & nocte melle macerabis, aut passo. Raphanũ tñ, sicut brassicã, constat esse vitibus inimicũ. nã si circa se serãtur, natura discordante refugiũt. Hoc etiã mẽse pastinacas seremus.

*De pomis.* T.VI.

ETIAM nunc emplastrantur arbusta. Pyrum nunc plerique inserunt, & locis irriguis arborem citri.



*De apibus.* T.VII.

HOC mense crabrones molesti sunt aluearijs apum, quos persequi, ac necare debemus. Nunc etiam quæ Iulio non excurrimus, exequamur.

*De aqua inuenienda.* T.VIII.

NVNC, si deerit aqua, eam quærere, ac vestigare debe bis, quam taliter poteris inuenire. Ante ortũ solis ijs locis, quibus aqua quærenda est, æqualiter pronus mento ad solum depresso iacens in terra spectabis orientem, & in quo loco crispum subtili nebula aerem surgere videbis, & velut rorem spargere, signo aliquo vicinæ stirpis, aut arboris prænotabis. Nam constat siccis locis, vbi hoc fiet, aquam latere, sed terrarum genus consyderabis, vt possis vel de tenuitate, vel de abundantia iudicare. Creta tenues, nec optimi saporis venas creabit. Sabulo solutus exiles, insuaues, linosas, & spatio altiore submersas. Nigra terra humores, & stillicidia non magna ex hybernis imbribus, & liquore collecta, sed saporis egregij. Glarea mediocres, & incertas venas, sed suauitate præcipuas. Sabulo masculus, & arena, & carbunculus certas, & vbertate copiosas. In saxo rubro bonæ, & abundantes sunt. Sed prouidendum est, ne inuentæ inter rimas refugiant, & per interuenia dilabantur. Sub radicibus montium, & in saxis, silicibus vberes, frigidæ, salubres. Locis campestribus salsæ, graues, repidæ, insuaues quarum sapor si optimus fuerit, noueris eas sub terris exordium de monte sumpsisse. Sed in medijs campis montanorum fontiũ suauitatem consequentur. si vmbrantibus tegantur arbustis. Sunt & hæc signa vestigandæ aquæ, quibus tunc credimus, si neq; lacuna est, neq; aliquis ibi ex consuetudine humor insidet, aut præterit. Iuncus tenuis, salix, syluatica, alnus, vitex, arundo, edera, cæteraq;, siqua humore gignuntur. Locus ergo, vbi suprascripta signa repereris, fodiatur latitudine pedibus tribus, altitudine pedibus quinque, & proxime solis occasum mundum vas ibi circum,

Universidad de Deusto
Biblioteca



vel plumbeũ interius vnctum inuersum ponatur in so lo ipsius fossionis. Tunc supra fossæ labra crate facta de virgis, ac frondibus, additaq; terra, spatiũ omne coope riatur. Sequenti die aperto loco, si in eodem vase sudo res intrinsecus inuenientur, aut stillæ, aquas ibi esse non dubites. Item si vas figuli siccum, neq; coctum eadem ra tione ponatur, ac similiter operiatur, altero vero die, si aquarũ vena est, in præsenti vas concepto humore sol uetur. Item vellus lanæ æque positum, vel coopertum, si tantum colligit humoris, vt alia die fundat expressum, copias inesse testabitur. Item lucerna oleo plena, & accen sa, si ibi similiter tecta ponatur, & secuto die inueniatur extincta superantibus alimentis, aquas idem locus habe bit. Item si in eo loco focũ feceris, & terra vaporata hu midum fumum, nebulosumq; ructauerit, aquas inesse cognosces. His itaq; repertis certa signorũ firmante no titia, puteum fodies, & aquæ caput requires. Vel si plura sunt, in vnũ colliges. Tamẽ maxime sub radicibus mon tiũ in septentrionali parte quærendæ sunt aquæ, quia in his locis magis abundãt, vtilioresq; nascuntur.

## De *puteis*. T.IX.

SED in fodiendis puteis cauendũ est fossorũ periculũ, quoniam plerunq; terra, sulfur, alumen, bitumen educit. Quorum spiritus misti anhelitum pestis exhalant, & oc cupatis statim naribus extorquẽt animas, nisi quis fugæ sibi velocitate succurrat. Prius ergo, q̃ descendatur ad in tima, in eis locis lucernam ponis accensam, quæ si extin cta non fuerit, periculum non timebis. Si vero extingue tur, cauendus est locus, quẽ spiritus mortifer occupabit. Quod si alio loco aqua non potest inueniri, dextra, leuá q; puteos fodiemus, vsq; ad aquæ ipsius libramentum, & ab his foramina hinc inde patefacta, velut nares intus agemus, qua nocens spiritus euaporet, quo facto, latera puteorum structura suscipiat. Fodiendus est autem pu teus latitudine octo pedum quoquouersum, vt binos pe



des structura concludat. quæ structura vectibus ligneis subinde densetur, & structa sit lapide tofacio, vel silice. Si aqua limosa fuerit, salis admistione corrigatur. Sed dum foditur puteus, si terra non stabit vitio generis dis soluti, aut humore laxabitur, tabulas obijcies directas vndiq;, & eas transuersis vectibus sustinebis, ne fodien tes ruina concludat.

## De *aqua probanda*. T.X.

AQVAM vero nouã sic probabis. in vase æneo niti do spargis, & si maculã non fecerit, probabilis iudicetur. Itẽ decocta æneo vasculo, si arenã, vel limũ nõ relinquit in fundo, vtilis erit. Itẽ si legumina cito valebit excoque re, vel si colore perlucido carẽs musco, & omni labe pol lutionis aliena. Sed q̃ in alto sunt putei, perforatis vsq; ad infimã partẽ terris ad loca inferiora, possunt vice fon tis exire, si vallis subiectæ natura permittat.

## De *aquæ ductibus*. T.XI.

CVM vero ducenda est aqua, ducitur aut forma structi li, aut plumbeis fistulis, aut canalibus ligneis, aut fictilibus tubis. Si per formã ducetur solidandus est canalis, ne per rimas aqua possit elabi. Cuius magnitudo pro aquę men sura facienda est. Si per planum veniet, inter sexagenos, vel centenos pedes sensim reclinetur structura in sesqui pedẽ, vt vim possit habere currendi. Siquis mons inter iectus occurrerit, aut per latera eius aquã ducemus obli quam, aut ad aquæ caput speluncas librabimus, per quas rum structuram perueniat. Sed si se vallis interserat, ere ctas pilas, vel arcus vsq; ad aquæ iusta vestigia construe mus, aut plumbeis fistulis clausam deijci patiemur, et ex plicata valle cõsurgere. Sed, quod est salubrius, et vtilius, fictilibus tubis cũ ducitur, duobus digitis crassi, & ex vna parte reddantur anguſti, vt palmi spatio vnus in alterũ possit intrare. quas iuncturas viua calce oleo subacta de bemus illinire. Sed ante quàm in ijs aquæ cursus admit tatur, fauilla per eos mista exiguo liquore decurrat, vt

glutinare possit, siqua sunt vitia tuborum. Vltima ratio est plumbeis fistulis ducere, quæ aquas noxias reddunt. nam ceruſa plumbo creatur attrito, quæ corporibus nocet humanis: Diligentis erit aquarum receptacula fabricari, vt copiam, vel inops vena procuret.

De *mensuris, & ponderibus fistularum* T. XII.

MENSVRA vero fistularum plumbo seruetur huiusmodi. Centenaria. x. pedum mille ducentas libras habeat. Octogenaria nonagintas. xl. Quinquagenaria similiter. x. pedum pondo sexcenta. Quadragenaria pondo quadraginta, lxxx. Tricenaria pondo tricenta sexaginta. Vicenaria pondo ducenta. xl. Octonaria pondo nonagintasex.

De *omphacomelli*. T. XIII.

IN vuæ semiacerbæ succi sextarijs sex, mellis triti fortiter duos sextarios debebis infundere, & sub solis radijs diebus. xl. decoquere.

De *horis*. T. XIIII.

AVGVSTVM Maio per solis cursus æquauit.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXIII. |
| Hora | II. | Pedes | XIII. |
| Hora | III. | Pedes | IX. |
| Hora | IIII. | Pedes | VI. |
| Hora | V. | Pedes | IIII. |
| Hora | VI. | Pedes | III. |
| Hora | VII. | Pedes | IIII. |
| Hora | VIII. | Pedes | VI. |
| Hora | IX. | Pedes | IX. |
| Hora | X. | Pedes | XIII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXIII. |

TITVLI MENSIS SEPTEMBRIS.

De agris pinguibus tertiandis, vel implendis exilibus, de stercorando. T.I.
De serēdo tritico, et adoreo ī locis frigidis et opacis. T.II.
De remedio salsi humoris, de seminum mensuris, & diuersis remedijs ad sationem pertinentibus. T.III.
De serendo ordeo canterino. T.IIII.
De lupino serendo. T.V.
De piso serendo. T.VI.
De sisamo serēdo, & proscidēdis agris ad medicā. T.VII.
De vicia, fœno græco. & farragine serendis. T.VIII.
De lupino serendo, qui natus euertatur, vt loca fœcundet exilia. T.IX.
De pratis nouellis formādis, vel veteribꝰ excolēdis. T.X
De vindemia celebranda. T.XI.
De panico, & milio metendis, & faselo ad escam serendo, & apparandis aucupijs. T.XII.
De hortis, in eodem de papauere, brassica, thymo, origano, cappari cum disciplinis suis. item gith, nasturtio, anetho, radicibus, pastinacis, cærefolio, lactuca, betis, coriandris, rapis, & napis. T.XIII.
De pomis, in eo de tubere. T.XIIII.
De pauimentis solariorum, & lateribus. T.XV.
De diamoro. T.XVI.
De seruandis vuis. T.XVII.
De vite, cuius fructus humore putrescit. T.XVIII.
De horis. T.XIX.



# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER DECIMVS.

*De agris pinguibus tertiandis, uel implendis exilibus, de stercorando.* TI.

SEPTEMBRI mēse ager pinguis, & q diu tenere cō sueuit humorē, tertia vice arabitur, q̄uis humido anno possit & antea tertiari. Nunc ager humidus, planus, exilis, quem primo Augusto arari diximus, iteratur, & seritur. Graciles cliui nunc primum arandi sunt, & serendi statim circa æquinoctium. Agri nunc stercorandi sunt, sed in colle spissius, in campo rarius,

Universidad de Deusto
Biblioteca



lætamina disponentur, cũ luna minuitur, quę res, si seruetur, herbis officiet. Vni iugero asserit Columella. xxiiij. stercoris carpenta sufficere. In plano vero. xviij. Sed ijdem cumuli tot dissipandi sunt, quot ea die poterũt exarari, ne stercora exiccata nihil profint. Eijciuntur quidem lætamina, & qualibet hyemis parte. Sed si tempore suo eijci aliquâ ratione non poterunt, ante quàm seras, more seminis per agros puluerem stercoris sparge, vel caprinum manu proijce, & terrã sarculis misce. Nec prodest nimium stercorare vno tempore, sed frequenter, & modice. Ager aquosus plus stercoris, siccus vero minus requirit. Sed si lætaminis copia nõ abundat, hoc pro stercore optime cedit, vt fabulosis locis cretam, vel argillam spargas, cretosis ac nimium spissis fabulonem. Hoc etiã segetibus proficit, & vineas pulcherrimas reddit, nã lęta men in vineis saporem vini vitiare consueuit.

*De serendo tritico, & adoreo in locis frigidis, & opacis.* T. II.

HOC mense vliginosis locis, aut exilibus, aut frigidis, aut opacis circa æquinoctium triticum, & adoreum seretur, dum serenitas constat, vt radices frumenti ante hyemem conualescant.

*De remedio salsi humoris, & diuersis remedijs ad sationem pertinentibus.* T. III.

SOLET terra humorem salsum vomere, qui segetes necat. Vbi hoc fit, columbinum stercus, aut cupressi folia oportet inspergere, & ita, vt eadem misceantur, inarare. Melius tamen omnibus remedijs erit, si aquarius sulcus noxium deducat humorem. In mediocris agri iugero. v. tritici modios, & adorei totidem conseremus, nam quatuor ager pinguis accipiet. Si modium, quo seretur, hyenæ pelle vestieris, & ibi aliquandiu quod serendum est, esse patieris, fata bene prouenire firmantur. Item quoniam quædam animalia subterranea sectis radicibus ne-



cant plerunq; frumenta, contra hæc proderit, si herbæ, quæ sedum dicitur, succus aquæ mistus vna nocte madefaciat quæ spargenda sunt semina, vel agrestis cucumeris humor expressus, & eius radix trita, si aqua diluatur, & eodem quę serenda sunt, macerentur humore. Aliqui, vbi hæc segetes suas perferre senserint, inter initia vitiorum insulsa amurca, vel prædicta aqua sulcos, & aratra perfundunt.

*De serendo ordeo canterino.* T. IIII.

NVNC gracili solo ordeum seritur canterinum modijs. v. per iugerum. Post hoc genus agros cessare patieris, nisi forte lætamen aspergas.

*De lupino serendo.* T. V.

NVNC, vel maturius aliquãto, lupinus seritur in qua licunq; terra, vel crudo solo. cui hoc proderit, vt seratur ante, quàm frigus incipiat. Limoso agro non nascitur. cretam reformidat. Amat exilem terram, atq; rubricam x. modijs iugeri mensura completur.

*De piso serendo.* T. VI.

HOC mense postremo pisum seremus, terra facili, & soluta, loco tepido, cœlo delectatur humecto. Iugero quatuor modios, vel tres sparsisse sufficiet.

*De sisamo serendo, & proscindendis agris ad medicam.* T. VII.

NVNC sisamum seritur putri solo, vel pinguibus arenis, vel terra congestitia. Iugero quatuor, vel sex sextarios seuisse conueniet. Hoc mense postremò prima vice agros proscindemus, qui habituri sunt medicam.

*De uicia, fœno græco, & farragine serẽdis.* T. VIII.

NVNC viciæ prima satio est, & fœni græci cum pabuli causa seruntur. Viciæ. vij. modij iugerum æque & fœni græci semen implebit. Farrago etiã loco sterili stercorato seritur. ordei canterini in iugero. x. modios spargimus circa æquinoctium, vt ante hyemem conualescat,

Universidad de Deusto Biblioteca



Si depasci sæpius velis, vsq; in Maium mensem eius pastura sufficiet. quod si ex ea semen etiam redigere, vsque ad Martias Calendas, & dehinc pecora prohibebis.

*De lupino serendo.* T. IX.

HOC mense, vt loca fœcundentur exilia, lupinus circa idus seritur. Et vbi creuerit, vertitur vomere, vt putre fiat excisus.

*De pratis nouellis formãdis, uel ueteribus excolẽdis.* T. X

NVNC prata si libuerit, possumus nouella formare. Si eligendi facultas est, locum pinguem, rosidum, planum, leniter inclinatum, vel huiusmodi vallem deputabimus, vbi humor nec statim præcipitari cogitur, nec diu debet inhærere. Potest quidem & soluto, & gracili solo prati forma, si rigetur, imponi. Extirpãdus est itaq; locus hoc tempore, & liberandus impedimentis omnibus, vel herbis latioribus, & solidis, atq; virgultis. Deinde cum frequenter exercitatus fuerit, ac multa aratione resolutus, submotis lapidibus, & glebis vbiq; confractis, stercoretur luna crescente recenti lætamine. Ab vngulis iumentorũ summa intentione seruetur intactus, præcipue quoties humescit, ne inæquale solum reddant multis locis impressa vestigia. Sed si prata vetera muscus obduxerit, abradendus est, & scalptis ijsdem locis fœni spargenda sunt semina, & quod ad necandum muscum prodest, cinis sæpius ingerendus. Quod si sterilis factus est locus cariæ in curiæ vetustate, exãretur, ac de nouo rursus æquetur. Nã prata sterilia plerunq; arare conueniet. Sed in nouo prato rapa conserere possumus, quorum messe finita, cætera, quæ dicta sunt, exequemur. Viciam tamen fœni seminibus mistam post hæc spargemus. Rigari vero ante q̃ durum solum fecerit, non debebit, ne eius cratem minus solidam vis interflui corrumpat humoris.

*De uindemia celebranda.* T. XI.

HOC mense locis tepidis, maritimisq; celebranda vindemia est, frigidis apparanda. In dolijs picandus hic modus erit, vt dolium ducentorum congiorum. xij. libris picetur. deinde pro minoris æstimatione subducas. Sed maturitatẽ vindemiæ cognoscimus hoc genere. Si expressa vua, vinacia, quæ in acinis cælantur, hoc est grana, sint fusca, & nonnulla propemodum nigra. quam rem naturalis maturitas facit. Diligentiores optimæ ceræ in decem picis libras, vnam libram miscent, quę & odori proficit, & sapori, & picem lenitate permulcens frigoribus eam non patitur dissilire. Picis tamen gustu exploranda dulcedo est. quia sæpe vina eius amaritudine vitiantur.

*De panico, & milio metẽdis, & faselo ad escam serẽdo, & apparandis aucupijs.* T. XII.

NVNC quibusdam locis panicum metetur, & miliũ. Tempore hoc faselus ad escam seratur. Nunc in amitibus apparetur aucupium noctuæ, cæteraq; instrumenta capturæ, vt circa Calendas exerceatur Octobris.

*De hortis.* T. XIII.

NVNC papauer seritur locis siccis, & calidis, potest et cum alijs oleribus seminari. Fertur vtilius prouenire, vbi virgæ, & sarmenta cõbusta sunt. Tempore hoc brassicã seres vtilius, vt plantas eius Nouẽbri inchoante transponas. de quibus & hyeme olus, & vere possit cyma produci. Hoc mense spatia hortorũ, quæ per vernũ seminibus impleturus es, alte tribus pedibus pastinare debebis, & luna decrescẽte his stercus inferre. Hoc mense vltimo thymum seremus, sed melius plantis nascitur, quamuis possit & semine. Agrum diligit apricum. macrũ maritimũ. Nũc circa æquinoctium seres origanum. stercorari, ac rigari, donec conualescat, appetit. Amat loca aspera, atque saxosa. Hisdem diebus seritur capparis, late serpit. succo suo terris nocet. Serendum est ergo, ne procedat vlterius, circumueniente fossato, vel luto structis parietibus, solo sicco, & gracili. herbas sponte psequitur. floret æstate. Sub occasu vergiliarum capparis arescit. Gith hoc mẽse vltimo bene seritur. Hoc mense nasturtium seremus,

& anethum locis temperatis, & calidis, & radices locis siccis. & pastinacas, & cerefolium circa Octobres Calendas, & lactucas, & betas, & coriandrum, & primis diebus rapa, & napos.

De *pomis*. T. XIIII.

MENSE Septembri circa Calẽdas Octobres, vel Februario tuberes seremus sobole, vel nucleis, cuius tenera diligenter nutriri debet infantia. Sumatur cum radicibꝰ plãta diuulsa. bubulo fimo linatur, ac luto. statuatur pingui terra, & subacta subditis conchis, & marina alga. teris magna sui parte condatur. Alij pomis statim grana decussa, & sole siccata, pingui, & propè cribrata terra autumno tria simul ponunt, quæ feruntur in vnum coire virgultum, quod assidua rigatione iuuandum est, atque fossura, quæ solum leuiter scalpens teneritudini robur inducat. Post annum deinde, vel aliquanto tardius quę fuerit de semine plãta transfertur. & hoc genere fructus efficit dulciores. Mense Ianuario vltimo, vel Februario tuberum surculus mirabiliter proficit cydonio insitus. Inseritur autem malis omnibus, & pyris, & prunis, & calabrici, melius trunco fisso, quàm cortice. desup qualo, vel fictili vase munitur repletis vsq; propè summitatem sur culis terra subacta cum stercore. Prosunt tuberibus, quæ malis prodesse memora ui. Tuberes seruabuntur, si obruantur in milio, vel vrceolis picatis, & oblitis.

De *pauimentis solariorum, & latere*. T. XV.

HOC etiam mense pauimenta in solarijs, & lateres faciemus eo more, quo Maio mense descripsi.

De *diamoro*. T. XVI.

SVCCVM mori agrestis paululum facies deferuere. Tunc succi ipsius duas partes, & vnam mellis admisces, & mista curabis ad pinguedinem mellis excoquere.

De *seruandis uuis*. T. XVII.

VVAS, quas seruare volumus, legamus illæsas, neque



acerbitate rigidas, neq; maturitate defluentes. sed quibus est & granum luce penetrabili splendidum, & tactus cũ molli iucunditate callosus. Siqua sunt corrupta, vel vitiosa, resecemus, nec patiamur interesse, quibus inexpugnabilis acerbitas contra blandimenta æstiui caloris induruit. Tunc incisos botryonum tenaces calida pice oportet amburi, atq; ita in loco sicco, frigido, & obscuro sine luminis irruptione suspendi.

De *uite, cuius fructus humore putrescit*. TXVIII.

VITIS, cuius fructus humore putrescit, per latera pampinanda est ante trigesimũ vindemiæ diem, & sola frõs illa seruanda est, quæ in summitate posita solem nimiũ defendit à vertice.

De *Horis*. T. XIX.

SEPTEMBRIS, & Aprilis dies horis similibus conferuntur.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXIIII. |
| Hora | II. | Pedes | XIIII. |
| Hora | III. | Pedes | X. |
| Hora | IIII. | Pedes | VII. |
| Hora | V. | Pedes | V. |
| Hora | VI. | Pedes | IIII. |
| Hora | VII. | Pedes | V. |
| Hora | VIII. | Pedes | VII. |
| Hora | IX. | Pedes | X. |
| Hora | X. | Pedes | XIIII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXIIII. |

TITVLI MENSIS OCTOBRIS.

De adoreo, & tritico, & ordeo canterino, & eruo, & lupino, & piso, & sisamo, & faselo serendis. T.I.
De lini semine serendo. T.II.
De notanda vitium fertilitate, qua prouidebimus pactioni. T.III.
De ponendis vineis, vel propagandis, reparandis, putandis, & arbustis. T.IIII.

De ablaqueanda nouella. T.V.
De vtilitate propagandæ nunc vineæ. T.VI.
De inserendis arboribus, vel vitibus. T.VII.
De oliuetis instituendis, & colendis, lætandis, vel remedijs eorum, vel fossis, riuisq; purgandis. T.VIII.
Remedium, si vua compluta est. T.IX.
De oleo viridi faciendo, & laurino. T.X.
De hortis, in eo de intybis, de carduis, de sinapi, malua cũ disciplinis, itẽ de anetho, cepulla, menta, pastinaca, thymo, origano, cappari, beta, armoracea, porro transferendo, & ocymo. T.XI.
De pomis, in eo de palma, pistaceis, cerasis, et alijs pomis quorum per menses suos disciplina digesta est, item de condiendis pomis. T.XII.
De apibus. T.XIII.
Quæ græci, vel alij super vina condienda, curãdaq; dixerunt. T.XIIII.
De rosato sine rosa. T.XV.
De vinis pomorum. T.XVI.
De œnomelli. T.XVII.
De defruto. carœno. sapa. T.XVIII.
De passo. T.XIX.
De cydonite. T.XX.
De fermento musteorum seruando. T.XXI.
De vua passa. T.XXII.
De horis. T.XXIII.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER VNDECIMVS.

## De adoreo, tritico, ordeo, & eruo, lupino, & piso, & sisamo, & faselo serendis. T.I.

OCTOBRI mense adoreũ seremus, ac triticũ. Iusta satio est à decimo Calendarum Nouembrium, vsq; ad sextum idus Decembris regionibus



temperatis. Nunc etiam lætamen effertur, ac spargitur. Hoc etiam mense seremus ordeum, quod dicitur canterinum. Seritur macra, & sicca terra, vel multũ pingui. Nã quia hoc semine macescunt arua, pingui vincitur agro, alteri non habet quod amplius nocere possit, cũ propter macritatem semen aliud ferre non valeat. Læto agro nõ est serendum etiam nunc eruum, lupinus, & pisum, & sisamum. Seremus (vt dixi) sisamũ vsq; ad idus Octobres, & faselum, tamen terra pingui, ac restibili agro, quatuor modijs iugerum complebimus.

## De lini semine serendo. T.II.

HOC mense lini semen seremus, si placet, qđ pro malitia sui serendũ nõ est, nã terræ vber exhaurit. Sed si velis loco pinguissimo, & modice humido seretur in iugero. VIII. modijs. Aliqui macro solo spissum serunt, ita assequuntur, vt linum subtile nascatur.

## De notanda uitium fertilitate, quam prouidebimus panctioni. T.III.

NVNC opportuna vindemia est, cuius tempore notanda est fœcunditas vitium, & notis quibuscunq; signãda, vt ex his ad ponendũ sarmenta possimus eligere. Asserit aũt Columella explorari fœcunditatem vno anno non posse, sed quatuor, quo numero cognoscitur vera generositas surculorum.

## De ponendis uineis, uel propagandis, reparandis, putandis, & arbustis. T.IIII.

HOC mense postremo, vbi calidi, ac sicci aeris qualitas est, vbi exilis, & aridus est campus, vbi collis prærup-tus, aut macer, vites vtilissime ponuntur, de quibus satis mense Februario disputaui. Nunc locis siccis, calidis, exilibus, macris, arenosis, aridis quæcũq; de pastinis, de vitibus ponendis, putandis, propagandis, reparãdis, vel arbusto faciẽdo, ante dicta sunt, rectius fiunt, vt cõtra exilitatẽ glebæ hybernis imbribus adiuuentur. Sic & humorẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca



sitientibus conferunt, & recisa, vel mersa glacie non adurunt, quia talibus locis pruinarū vis, & natura nescitur.

*De ablaqueanda nouella.* T.V.

POST Idus Octobris ablaqueanda est oīs nouella vinea seu īpastino seu ī scrobib⁹, aut sulcis, vtamputētur radices supuacuę, quas produxit ęstate, quę si cōualuerint, inferiores radices faciūt interire, & ita remanebit vitis in summitate suspensa, quæ res eam frigori obnoxiam faciet, & calori. Sed hæ radiculæ non ad siccum debent reciди, ne aut plures inde nascantur, aut noua plaga corpori vitis impressa vi secuturi algoris vratur. Recidemus aūt relicto digiti spatio. Et si placida ibi hyems est, apertas relinquemus vites, si violenta, ante Decembres Idus operiemus, si præfrigida, aliquantū columbini stercoris sub ipsa hyeme circa viticularū vestigia largiemur, qđ cōtra frig⁹ nimiū Columella dicit toto faciēdū esse quīquēnio.

*De utilitate propagandæ nunc uineæ.* T.VI.

HOC tempore iccirco locis, quibus dixi, propagatio melior est, quia firmandis radicibus vitis incumbit, cum proferendi palmites, eam cura non permouet.

*De arboribus inserendis, uel utilibus.* T.VII.

HOC mense aliqui vites, & arbores locis calidissimis inserere consueuerunt.

*De oliuetis instituēdis, & colēdis, uel remedijs eorū, uel oliuis condiēdis, uel foßis, riuisq; purgādis.* T.VIII.

NVNC etiā locis calidis, & apricis oliueta instituemꝰ more, vel ordine, quē Februarius mensis ostendit. Seminaria quoq; olearū locis talibus faciemus hoc tempore, & oīa, quæ ad oleā pertinebūt. Oliuas quoq; albas cōdiemus, sicut postea referetur. Hoc tempore ablaqueandæ sunt arbores oleæ prouincijs siccioribus, ac tepidis, ita vt eis à superiori parte humor possit induci. Oēm sobolem conuelli Columella præcepit, mihi aūt videtur paucas dimitti semper, ac solidas, ex quibus vel vetustate, matris



loco delecta succedat, vel melius nutrita, & aggestæ terræ beneficio, & iā suas habens radices ad oliuetū faciēdū sine cura seminarij transferatur arbuscula. Nunc, si suppetit, intermisso triennio stercoranda sunt oliueta locis maxime frigidis. Caprini stercoris sex libræ vni arboti, vel cineris modij singuli sufficient. Muscus tñ semp radatur arboribus. Et putentur (sicut Columella dicit) octo annorū ætate transacta. Videtur mihi vnoquoq; anno sicca, & infructuosa cū aliqua debilitate nascentia debere reciди. Qđ si fructus arbor lætos nō afferet, terebretur gallica terebra vsq; ad medullā foramine impresso, cui oleastri informis talea vehementer arctetur, & ablaqueatæ arbori amurca insulsa, vel vetus vrina fundatur. Hoc enī velut coitu steriles arbores vberātur, quas tñ durāte malitia oportebit inserere. Hoc mēse fossas, riuosq; purgabimꝰ.

*Remedium, si uua computa est.* T.IX.

GRAECI iubent, si vuā nimius imber infuderit, postea quā mustū eius primo ardore feruebit, vt ad alia vascula transferatur. Ita propter naturæ grauitatē remanens aqua subsidet, & translatū vinū pure seruabitur, relicto quicquid se illi ex imbre miscuerat.

*De oleo uiridi faciendo, & laurino.* T.X.

NVNC oleū viride faciemus hoc genere. Oliuā quā recentissimā, cū varia est, colligis, & si diebus aliquot collegeris, expandis, ne calefiat. Si qua ibi putris, aut sicca est remoues. Vbi vero compleueris modū factorij, sales tritos, vel nō tritos, qđ est melius, in oliuā eādē mittis p̄ decē modios, tres salis, & molis primo, & sic salitā in nouis caniстris esse patieris, vt pernocter cū salibus, & ducat in se eosdē sapores. ac mane premi incipiat, olei meliorē fluxū redditura, salis sapore cōcepto. canales sanè, & oīa receptacula olei calida aqua prius lauabis, vt nihil de anni præteriti rancore custodiāt. Focos etiā nō propius admouebis, ne olei saporē fumus inficiat. Nūc mēse postremo locis siccis, & calidis ad oleū faciēdū lauri bacas legemꝰ.

De hortis. T.XI.

MENSE Octobri serenda sunt intyba, quæ hyeme seruiant. Amant humores, & terram solutam. Arenosis, & salsis locis, atq; maritimis summa proueniũt. Area his planior apparetur, ne radices eorum terra fugiente nudẽtur. Quatuor foliorum transferantur ad locum stercoratum. Nunc plantæ cardui ponũtur, quas cum ponemus, radices earũ summas ferro resecamus, ac fimo tingimus, ternum pedum spatio separamus incrementi causa, pedali scrobe depositas binas, aut ternas. Cinerẽ sæpe sub hyeme diebus siccis, fimumq; miscebimus. Hoc mense sinapim seremus. terram diligit aratam, & si fieri potest, congestitiam. quamuis vbicunq; nascatur. sarculari debet assidue, vt respergatur puluere, quo fouetur. nõ minus gaudet humore. de quo semen legere disponis, suo loco esse patieris. quod ad escam parabis, robustius facies transserendo. In sinapi vetus semen inutile est, vel sationi, vel vsui. quod dentibus fractũ si intus viride videbitur, nouũ est, si albũ fuerit, vetustatẽ fatetur. Hoc mense malua serenda est, quæ occursu hyemis ab incrementi longitudine reprimetur. Loco pingui delectatur, et humido, gaudet lætamine. Transferuntur plantæ eius, cũ cœperint folia quatuor habere, vel quinq;. Melius comprehẽdit eius planta, quæ tenera est, maior enĩ translata languebit. Sapor illis est melior, si nõ transferantur. sed ne cito erigantur in caulẽ, in medio earũ glebulas constitues, aut lapillos. Rara ponenda est. sarculo delectatur assiduo. sic liberandæ sunt herbis, ne morum sentiant in radice. Si transferendis plantis nodũ facias in radice, sessiles fient. Nunc etiã locis temperatis, & calidis anethũ seremus. Cepullæ serũtur etiã hoc mẽse, vel mẽta, & pastinaca, thymũ, & origanũ. & cappar mẽsis initio. Itẽ betã locis siccioribꝰ, nec non armoraceã seremus, vel transferemus ad culta, vt melior fiat, nam hæc agrestis est raphanus. Nunc porrũ verno satum transferre debemus, vt crescat in capite.



Sanè sarculis circumfodiatur assidue, & cõprehensa pori planta velut tenacibus alleuetur, vt inanitas spatij, quę radicibus suberit,, incremẽto capitis suppleatur. Ocymũ quoq; etiam nunc seremus, quod citius nasci fertur hoc tempore, si aceti imbre leuiter spargatur infusum.

De *pomis*. T.XII.

CVI placet curas agere seculorum, de palmis cogitet conserendis. Hoc igitur mense dactylorum non veterũ, sed nouorum, ac pinguium recentia ossa debebit obruere, terræ cinerem miscere. Si plantam velit, ponenda est Aprili mense, vel Maio. Locis delectatur apricis, & calidis. Fouenda est, vt crescat, humore. Terram solutam, vel sabulonem requirit, ita tamen, vt quando planta deponitur, circa eam, vel sub ea pinguis terra fundatur. Anniculа transferatur, aut bima Iunio mense, vel Iulio incipiente. Circũfodiatur assidue, vt rigatione continuos æstatis vincat ardores. Aquis palmæ aliquatenus salsis iuuãtur, quæ in fici debent salibus, etiã si tales eas natura nõ præbuit. Si ægra est arbor, feces vini veteris ablaqueatæ oportet infundi, vel radicũ superuacua capillamenta decidi, vel cuneum salicis interfossis radicibus premi. Cõstat aũt locũ propè nullis vtilẽ fructibus, in quo palmæ spõte nascũtur. Pistacia seruntur autũno, & mense Octobri sobole, & nucibus suis. Sed melius ipsa pistacia iũcta ponũtur mas, ac fœmina. Marẽ dicunt, cui sub corio velut ossei longi videntur latere testiculi. Qui diligẽtius facere voluerit, pertusos caliculos, & stercorata terra repletos parabit, & in his pistacia terna constituet, vt ex omnibus germen quodcunq; procedat. qđ vbi conualuerit planta, hinc facilius transferatur mẽse Februario. Amat locũ calidũ, sed humectũ, & rigatione gaudet, & sole. Inseritur terebintho mense Februario, vel Martio. at alij amygdalo inseri posse firmarunt. Cerasus amat cœli statũ frigidum, solum vero positionis humectæ. In tepidis regionibus parua prouenit. Calidum non potest sustinere.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Montana, vel in collibus constituta regione lætatur. Cerasi plantã syluestrẽ transferre debemus mense Octobri vel Nouembri, & eã primo Ianuario, cũ comprehendit, inserere. Plantaria vero creari possunt, si prædictis mensibus spargantur poma, quę summa facilitate nascentur. Ego sic huius arboris facilitatẽ probaui, vt virgulta ex ceraso pro amminiculis per vineã posita in arborẽ prosiluisse confirmẽ. Et Ianuario mense seri potest. Inseritur mense Nouembri melius. Vel, si necesse sit, extremo Ianuario. Alij & Octobri inserenda esse dixerũt. Martialis in trunco inseri iubet. Mihi inter corticẽ, et lignũ feliciter semper euenit. Qui in trunco conserunt, sicut Martialis dicit, omnẽ lanuginẽ, quæ circa est, auferre debebũt, quæ si remanserit, infitis nocere manifestat. In cerasis hoc seruandũ est, & in oĩbus gummatis, vt tunc inserantur, qñ his vel nõ est, vel desinit gummi effluere. Cerasus inseritur in se, in pruno, in platano, vt alij in populo. Amat scrobes altas, spatia largiora, assiduas fossiones. Putari in ea putria, & sicca debebũt, vel quæ densius arctata protulerit, vt rarescat. Fimũ nõ amat, atq; inde degenerat. Cerasa vt sine osse nascantur, fieri Martialis hoc dicit. Arborẽ tenerã ad duos pedes recides, & eã vsq; ad radicẽ findes, medullã partis vtriusq; ferro curabis abradere, & statim vtrasq; partes in se vinculo stringis, & oblinis fimo, & summã partem, & laterum diuisuras. Post annũ cicatrix ducta solidatur. Hanc arborẽ furculis, qui adhuc fructũ nõ attulerunt, inseris, & vt asserit, ex his sine ossibus poma nascentur. Si cerasus concepto humore putrescit, in trunco foramen accipiat, quo possit educi. Si formicas patitur, succũ portulacæ debebis infundere, cũ aceti media parte permistũ, vel vini fecibus truncũ arboris florentis adlinire. Si æstu canicularũ fatigatur, trium fontiũ singulos sextarios sumptos post solis occasum radicibus arboris iubeamus influere sic, ne remediũ luna deprehendat, vel herbam symphoniacã circa arboris truncũ torquebimus in coronam, vel ex ea iuxta imum codicẽ cubile



faciemus. Cerasa non aliter, q̃ in sole vsq; ad rugas siccata seruantur. Mense Octobri aliqui mali arborẽ calidis, & siccis regionibus ponunt, & cydonia circa Nouembres Calendas, & sorbũ, vel amygdala in seminarijs obruunt, & pini semen aspergunt. Hoc mense poma condienda sunt, atq; seruanda eo more, quo in singulorũ titulis continetur, velut quæq; matura processerint.

*De apibus.* T.XIII.

HOC etiam mense aluearia castrabuntur more, quo dictũ est, quæ tñ oportet inspicere, & si abundantia est, demere. si mediocritas, partẽ medjã relinquere pro hyemis inopia. si vero sterilitas apparet in cællis, nil prorsus auferre. Mellis vero, & ceræ superius est demonstrata consectio.

*Quæ græci, uel alij super uina condienda, curandaq; dixerunt.* T.XIIII.

NE lecta prætereã, quæ græci sua fide media de condiendi vini genere disputarunt, demonstrare curaui, qui vini naturã tali ratione discernũt, & hãc in eo volunt esse distantiã, vt quod dulce est, grauius dicãt, quod albũ, & aliquatenus salsum, conuenire vesicæ, quod croceo colore blanditur, digestioni accommodũ. quod albũ, & stipticũ prodesse stomacho laxiori. Transmarinũ pallorẽ facere & tantũ sanguinem nõ creare. Vuis nigris fieri forte, rubeis suaue, albis vero plerũq; mediocre. In condiendo ergo vino aliqui græcorũ mustũ decoctũ ad medietatẽ, vel tertiã partẽ vino adijciũt. Alij græci ita iubent aquã marinã mundã de puro, & quieto mari, quã anno ante compleuerint, reseruari. cuius talẽ esse naturã, vt & salsedine, vel amaritudine per hoc tempus careat, & odore, & dulcis fiat ætate. Ergo eius octogesimã partẽ musto admiscent, & gypsi quinquagesimã. Post tertiã deinde diem fortiter commouent, ac pollicentur non ætatem solum vino, sed splendorem quoq; coloris afferre. Oportet aũt nona quaq; die vinum moueri, atq; curari, vel si tardius,

Universidad de Deusto Biblioteca



vndecima. Frequens enim respectus faciet iudicare vtrũ vendenda sit species, an tenenda. Quidã resinæ siccæ tritæ vncias tres dolio immergunt, & permouent, & vina diuretica sic fieri posse persuadent. Mustum vero, quod per pluuias frequentes leue est, sic curari debere iusserũt, quod probari gustu ipsius poterit. Omne mustum decoqui iubent, donec pars eius vigesima possit absumi. Melitus quoq; fieri, si centesimam partem gypsi adijcias. Lacedæmonij vero eousq; decoquere, donec vini quinta pars pereat, & quarto anno vsibus ministrare. Suaue vinum de duro fieri docent, si ordeacei pollinis cyathos duos simul cum vino subactos mittas in vini vasculo, & hora vna ibi esse patiaris. Aliqui feces vini dulcis admiscent. Aliqui addunt glycirizæ siccæ aliquantulũ, & vruntur, cum diu vasorum cõmotione miscuerint. Vinũ quoq; inter paucos dies optimi odoris effici, si bacas myrti agrestis montanas siccas, & tunsas mittis in cadũ, & decẽ diebus requiescere patiaris. tũc coles, & vtaris. Vitis etiã flores arbustiuæ collectos in vmbra siccare curabis. Tũc diligenter tunsos, & cretos habebis in vasculo nouo, & cũ volueris tribus cadis vnam floris mẽsuram, quã Syri chenicam vocãt, adijcies. & superlines dolium, & sexta, vel septima die aperies. & vteris. Vinum fieri ad potandum suaue ita dicunt. Fœniculi, vel satureiæ singulorum congruum modum vino immergi, atq; turbari. Vel fructum, quem duæ nuces pineæ produxerint, torrefactum, & linteo ligatum mitti in vasculo, ac superliniri, & vsui esse quinq; diebus exactis. Vinum autem velut vetus efficies de nouello, si amygdala amara, absynthium pini frugiferi gumen fœnum græcum cum simul frangas quãtum sufficere æstimaris, & pariter tundas, & ex his vnũ cyathum per amphoram mittas, & magna vina confices. Si vero senseris peccatura, huic cõfectioni aloen, myrrham, crocomagma singula modis æqualibus tunsa, & in puluerem redacta cum melle miscebis, & vno cyatho vnam amphoram condere curabis. Anniculum quoq;



vinum vt longam simulare videatur ætatẽ, melliloti vnciam vnam, glicirizæ vncias tres, nardi celtici tantundẽ aloes epatici vncias duas, tundis, & cernis, & in sextarijs quinquaginta coclearia sex reconde, & vas ponis in fumo. In albũ colorem vina fusca mutari asserunt, si ex faba lomentum factum vino quis adijciat, vel ouorũ triũ lagenæ infundat alborem, diuq; commoueat, sequẽti die candidum reperiri. quod si ex afra pisa lomentũ adijciatur. eadem die posse mutari. Vitibus quoq; hanc esse naturam, vt alba, vel nigra si redigantur in cinerẽ, vinoq; adijciantur, ei vnamquanq; formã sui coloris imponere vt ex nigra fuscum, candidum vero reddatur ex alba, ea ratione scilicet vt combusti sarmẽti cineris modij vnius mensura mittatur in dolium, quod habebit amphoras. x. & triduo sic relictũ post operietur, ac lutetur. Albũ vel (si ita visum fuerit) nigrum reperiri quadraginta diebus exactis. vinũ quoq; asperũ exmolli forte sic fieri. Altheæ, hoc est, ibisci folia, vel radices, aut eius caulem tenerũ decoctum mitti, aut gypsum, aut ciceris cotulas duas, aut cupressi pillulas tres, aut buxi folia quantum manus ceperit, aut apij semen, aut cinerem sarmentorum, cui vis flammæ corpus reliquit exile, omni soliditate detracta. Vinum vero eadem die ex austero lympidum, atq; optimum fieri, si grana piperis decẽ, pistacia viginti adiecto modico vino simul conteras, & in sex vini sextarios mittas, diu oĩbus ante commotis, tunc requiescere patiaris, & coles vsui mox futurũ. Item feculentũ statim in lympidum reddi, si. vij. pini nucleos in vnum vini sextariũ mittas, diuq; commoueas, & paululum cessare patiaris, mox sumere puritatẽ, colariq; debere, & in vsum referri. Item quod cretensibus oraculũ pythij Apollinis monstrasse memoratur. firi sic candidum, & sumere vetustatis saporem, si squinantos vncias quatuor, aloes epatici vncias quatuor, masticis optimi vnciã vnã, cassiæ fistulæ vnciã vnã, piperis vnciã vnã, spicæ indicæ semũciã, myrrhæ optimæ vnciã vnã, thuris masculi nõ rancidi vnciã

Universidad de Deusto Biblioteca



vnam. tundis vniuersa, & in tenuissimum pulueremcribro excutiente deducis. Cum vero mustum ferbuerit, dispumabis, & omnia vuarum grana, quæ feruor in summum reiecit, expelles. Tunc gypsi triti, atq; cribrati tres italicos sextarios mittis in vini amphoras decem prius tamen partem quartam vini condiēdi in alia vasa transfundis, & ita gypsum adijcies, & dolium viridi, ac radicata canna per biduum fortiter agitabis. Tertia vero die ex suprascriptis pulueribus quaterna cochlearia completa modestius in denas vini amphoras mittis, & vini, sicut supradictum est, quartam partem, quam alibi diffuderas, superadijcies, & dolium replebis, & item diu agitare curabis, vt specierum vis omne musti corpus inficiat. Tūc operies, atq; adlines relicto breui foramine, quo æstuantia vina suspirent. Sed exemptis quadraginta diebus, & hoc spiraculum claudis, & deinde vt libuerit gustas. Illud memento seruare præ cæteris, vt quōties vinum mouetur, inuestis puer hoc, aut aliquis satis purus efficiat. Linimentum quoq; dolij non gypso, sed sarmentorum cinere debebis inducere. Item vinum, quod salutare contra pestilentiam sit, & stomacho prosit, fieri hoc genere fertur. In optimi musti metreta vna ante quàm ferueat. tunsi absynthij octo vncias linteo inuolutas demittis, & exactis. xl. diebus, curabis auferre. Id vinum refundis lagænis minoribus, & veteris. Nunc condiunt, primo amne musti spumantis egesto, quibus moris est gypso vina medicari. Sed si natura leuius vinum est, & saporis humecti, in congijs centum, duos gypsi sextarios misisse sufficiet. Quod si vinum nascitur virtute solidius, mediocritas abunde prædictis poterit satis esse mensuris.

*Rosatum sine rosa fieri.* T.XV.

NVNC rosatum sine rosa facies sic. Folia citri viridia sporta palmea missa in musti nō dum feruentis vase depones, & claudes, & exemptis quadraginta diebus melle addito, ad modum rosati, cum placebit, veteris.



*De vinis pomorum.* T. XVI.

HOC mense, omnia, quę locis suis leguntur, ex pomis vina conficies.

*De œnomelli.* T.XVII.

MVSTVM de maioribus, & egregijs vitibus post xx. dies, quàm leuatum fuerit ex lacu, quantum volueris sumis, & ei mellis non dispumati optimi quintā partem prius tritam fortiter, donec albescat, admisces, & agitabis ex canna radicata vehementer. Mouebis autem sic per dies. xl. continuos, vel, quod est melius, quinquaginta, ita vt cum moueris, mundo linteo tegas, per quod facile confectio æstuabunda suspiret. Post dies autē quinquaginta munda manu purgas quodcunq; supernatabit, & in vasculo gypso diligenter includis, & ad vetustatem reseruas. Melius tamen si in minora, & picata vascula proximo vere transfundas, & gypsata diligenter operias, & in terrena, & frigida cælla recondas, vel arenis fluuialibus, vel eodem solo, vascula ex aliqua parte summergas. Hoc nulla vitiatur ætate, si tam diligenter effeceris.

*De defruto, carœno, sapa.* T.XVIII.

NVNC defrutum, carœnum, sapam conficies. Cū omnia vno genere conficiantur ex musto, modus his & virtutem mutabit, & nomina. Nam defrutum à deferuendo dictum, vbi ad spissitudinem fortiter dispumauerit, effectum est. Carœnum, cum tertia perdita, duæ partes remanserint. Sapa, vbi ad tertias redacta descenderit, quam tamen meliorem faciēt cydonia simul cocta, & igni suppositā ligna ficulnea.

*De passo.* T.XIX.

PASSVM nunc fiet ante vindemiam, quod Africa sueuit vniuersa conficere, pingue, atq; iucundum, & quoad conditū, si vtaris mellis vice, ab inflatione te vindices. Leguntur ergo vuæ passæ quamplurimæ, & in fiscellis clausæ iunco factis aliquatenus rariore contextu,

Universidad de Deusto
Biblioteca



virgis primo fortiter verberātur. Deinde vbi vuarū cor p⁹ vis cōtusiōis exoluerit, cochleę supposita sporta cōpri mitur. Hinc passum est quicquid effluxerit, & conditum vasculo, mellis more, seruatur.

De *cydonite*. T. XX.

ABIECTO corio mala cydonia matura in breuissi mas, ac tenuissimas particulas recides, & proijcies durū, quod habetur interius. Dehinc in melle decoques, donec ad mensuram mediam reuertatur, & coquēdo piper sub tile cōspergis. Aliter. Succi cydoniorum sextarios duos, aceti sextarium vnum semis, & mellis duos sextarios misces, & decoques, donec tota permistio pinguedinem puri mellis imitetur. Tunc triti piperis, atq; zinziberis binas vncias miscere curabis.

De *fermento musteorum seruando*. T. XXI.

EX nouo tritico purgato farriculum facies, & ex mu sto de sub pedibus rapto curabis infundere, ita vt modio farris lagænam musti adijcias. deinde sole siccabis, & itē similiter infundis, ac siccas. Hoc cū tertio feceris, panes ex eo breuissimos ad modum facies musteorum, & in so le siccatos vasculis nouis fictilibus recondis, & gypsas. Pro fermento, quo tempore anni musteos facere volue ris, hoc vteris.

De *uua passa*. T. XXII.

VVAM passam græcam sic facies. Melioris acini, & dulcis, & lucidi botryones in ipsa vite torquebis, & pa tieris sponte inarescere, deinde sublatos in vmbra suspē dis. & vuam constrictam cum ponis in vasculis, subster nis pampinos sicco algore frigentes, & manu compri mis, & vbi vas impleueris, item pampinos addis nihilo minus non calentes. & operculabis, ac statues in loco fri gido sicco, quem nullus fumus infestet.



De *horis*. T. XXIII.

OCTOBER Martiū similib⁹ vmbris sibi fecit æquari.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXV. |
| Hora | II. | Pedes | XV. |
| Hora | III. | Pedes | XI. |
| Hora | IIII. | Pedes | VIII. |
| Hora | V. | Pedes | VI. |
| Hora | VI. | Pedes | V. |
| Hora | VII. | Pedes | VI. |
| Hora | VIII. | Pedes | VIII. |
| Hora | IX. | Pedes | XI. |
| Hora | X. | Pedes | XV. |
| Hora | XI. | Pedes | XXV. |

TITVLI MENSIS NOVEMBRIS.

De satione tritici, farris, ordei, fabę cum disciplina sua, de lenticula mature serenda, de lini semine. T.I.
De pratis nouis instituēdis, ponēdis vitibus, & propagā dis, & circūfodiēdis nouellis, ac recidēdis mergis, T.II.
De vinea veteri in iugo, vel pergula reparanda. T.III.
De putandis vitibus, & arboribus locis tepidis, & oliue tis. & faciendo oleo. T.IIII.
De oliuetis, ponendis, & curandis ægris arboribus, cor bibus, palis, tidicis faciēdis, oleo laurino faciēdo. T.V.
De hortis, in eo de allio vlpico cum disciplinis, de cepul lis, & plātis carduorū, de armoracea, & cunela. T.VI.
De pomis, in eo de pfico, de pinu, de prunis, de castaneis cum oī disciplina, & pomis aliorū mensium. T.VII.
De apibus, in eo de mundandis, ac muniendis castris ea rum. T.VIII.
Remedium vitibus, quæ fine fruge luxuriant. T.IX.
Remedium sterili viti. T.X.
De rosario ex paucis virgulis instituendo. T.XI.
De vua, quæ vsq; ad ver reseruetur in vite. T.XII.
De gregibus ouilli generis, & caprini, et pascendi ordi ne. T.XIII.
De glandibus legendis. T.XIIII.
De materie cædenda. T.XV.

De transferendis arboribus maioris ætatis. T.XVI.
De oleo faciẽdo secũdũ græcos, & emẽdãdo. T.XVII.
Oleum liburnico simile. T.XVIII.
Vt oleum sordidum purges. T.XIX.
De oleo odoris horrendi. T.XX.
De oleo rancido curando, & emendando. T.XXI.
De condiendis oliuis. T.XXII.
De horis. T.XXIII.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER VNDECIMVS.

*De sationе tritici, ordei, fabæ cum disciplina, & de lenticula seręda, & de lini semine.* T.I.

NOVEMBRI mense triticum seremus, & far sationе legitima, ac semente solenni. Iugerum vtriusq; seminis modijs quinq; tenebitur. Nunc & ordeum maturum adhuc seremus. In huius principio fabam spargimus, quæ pinguissimum, vel stercoratum desyderat locum, vel vallem quam succus veniens à summitate, fœcundet. Primo scritur, deinde proscinditur, & tunc sulcatur. Occanda est large, vt tegi plurimum possit. Aliqui locis frigidis dicunt in fabæ sationе glebas nõ esse frangẽdas, vt per eas gelicidiorum tempore possint germina obumbrata defendi. Sationе eius generis sicut opinio habet, non fœcundatur terra, sed minus læditur. Nam Columella dicit, agrum frumentis vtiliorem probari, qui anno superiore vacuus fuerit, quàm qui calamos fabaceæ messis eduxit. Pingue iugerum sex modij occupant mediocre amplius. Spissо bene prouenit. Macrum solum, nebulosumq; non patitur. Curandum est præcipue, vt luna. xv. seratur, si adhuc ictum solis repercussa non sensit. Aliqui dicunt quartamdecimam potius eligendam. Sanguine caponis græci asserunt fabæ semina macerata herbis aduersãtibꝰ nõ noceri. aqua pridie infusa citius nasci. nitrata aqua respersa coctura nõ habere difficilẽ. Nũc scritur prima léticula sicut Februario mẽse narratũ est. hoc etiã toto mẽse poterit lini semẽ aspergi.



*De pratis nouis instituendis, ponendis uitibus, & propagandis, & circumfodiendis nouellis.* T.II.

IN huius maxime mensis principio, possumus instituere noua prata, more, quo dictũ est. Hoc etiã toto mense locis calidis, & siccis, vel apricis, erit vitiũ celebranda positio. Nũc & propago iure ducetur & locis frigidis nouellas vites, & arborũ plantas circumfodere, atq; operire cõ ueniet, & ante idus. Nunc mergus, hoc est propaginis curuatura post trienniũ, q̃ pressa fuerat, recidetur à vite.

*De uinea ueteri in iugo, uel pergula reparanda.* T.III.

NVNC, ac deinceps vinea vetus, quæ in iugo est, vel pergula, si robusto, & integro trũco sit, ablaqueata fimo fatictur, & angustius putata inter quartũ, & tertiũ pedẽ à terra viridissima parte corticis acuto ferramẽti mucrone feriatur, ac fossa frequentius incitetur. Nã (sicut asserit Columella) ex eo loco germẽ plerunq; producit, & ueniente vere fundit materiã, qua vitis reparetur antiqua.

*De putandis uitibus, & arboribus locis temperatis, & reliquis.* T.IIII.

NVNC putatio autumnalis celebratur in vitibus, & arboribus. maxime vbi inuitamur tepore prouinciæ, & putãtur oliueta, & oliua, cũ varia cœperit esse, colligitur, ex qua primũ fiet oleũ. Nã cũ tota nigrescet, quod spei merito posterauit, fundendi vbertate compensat. est vtilis olearũ putatio, cæterarumq; arborũ, si loci patitur disciplina, vt decisis cacuminibus, rami fluentes per latera prona fundantur. Quod si regio insolens, & incustodita contigerit, agendũ prius toto arboris corpore ab inferiore parte purgato, vt altitudine animaliũ supergressa, mo dꝰ trãscẽdatur iniurię, et arbor iã spatio suo tuta curetur,

## De olivetis ponendis, & curandis ægris arboribus, & reliquis. T.V.

NVNC etiã locis calidis, ac siccis regionibus oliueta ponũtur, sicut Februario disputatũ est. Amat hæc arbor arduo locorũ situ mediocriter ab humore suspendi, scalpi assidue, lætaminis vbertate pinguescere, feracibus ventis clementer agitari. Hoc etiã mense oleis sterilibus quæ supradicta sunt remedia faciemus. Nunc & corbes, & pali, & ridicæ bene fieri possunt, etiã nũc locis temperatis, est laurini olei iusta confectio.

## De hortis. T.VI.

HOC mẽse alliũ bene seritur, & vlpicũ terra maxime alba fossa, & subacta sine stercore. Sulcos in areis facies, & semina in locis altioribus pones. IIII. digitis separata, neq; altius pressa. Sarculabis frequenter, inde plus crescẽt. Si capitatum facere volueris, vbi cœperit caulis prodire, proculca, succus reuertetur ad spicas. Fertur si luna sub terris posita seratur. & itẽ sub terris luna latente vellatur odoris fœditate cariturũ. Vel paleis condita allia, vel fumo suspensa durabunt. Nũc & cepulla seri potest, & caduorũ planta disponi, & armoracea seritur, & cunela.

## De pomis. T.VII.

HOC mense locis calidis, cæteris vero Ianuario persici ossa in pastinatis areis sunt ponenda, binis à se pedibus separata, vt cũ ibi plantæ excreuerint, transferantur. Sed ossa ponantur acumine deorsum verso. Et nõ amplius, q̃ duobus, aut tribus digitis obruantur. Ossa vero, quę ponenda sunt, aliqui siccata prius paucis diebus cineris mistione terra soluta in qualis reseruant. Ego vero vsq; ad serendi tempus sine vlla cura sæpe seruaui. Locis quidẽ qualibuscunq; proueniunt. Sed & pomis, & frondibus, & durabilitate præcipua sunt, si cœlum calidum, solum arenosum & humidum sortiantur. Frigidis vero, & maxime ventosis nisi obiectu aliquo defendantur, intereũt



Dum tenera sunt germina, sæpe herbis circumfossa liberentur. Bimam plantã recte transferemus scrobe breui. Nec à se longe statuendæ sunt, vt inuicem se à calore solis excusent. Ablaqueandæ sunt per autumnum, & suis stercorandæ foliis. Putanda persicus in autumno est, vt arida, & putrida tantũ virgulta tollantur. Nã si quid viride resecemus, arescit. Languenti arbori veteris vini feces, aquæ mistas oportet infundi. Affirmãtibus græcis persicus scripta nascetur, si ossa eius obruas, & post dies. VII. vbi patefieri cœperint, apertis his nucleos tollas, & his cinnabari, quod libebit inscribas. Mox ligatos simul cum suis ossibus obruas diligentius adhærentes. Genera eorum sunt hæc, duracina, præcoqua, persica, armenia. Si hæc arbor ardore solis inarescit, frequenti aggestione cumuletur. vespertino iuuetur humore, obiectis defendatur vmbraculis. Iuuat in ea & spolium serpentis appendi. Nunc iã contra pruinas stercus ingeratur persico, vel feces vini cũ aqua p̃mistæ, vel, qđ magis prodest, aqua, in qua faba decocta est. Si vermes persicus patitur, cinis eos amurcæ mistus extinguit, vel bouis vrina cum aceti tertia parte confusa. Si poma caduca sunt, nudatæ radici eius, vel trunco lentisci, aut terebinthi cuneus affigitur, vel terebratæ, in medio, palus salicis imprimetur. Si poma rugosa creabit, aut putrida, circa imũ truncũ cortex recidatur, & cũ inde modicus humor effluxerit, argilla, vel palcato luto plaga retegatur. Magna poma persicus affert, si florẽti, per triduũ, ternos sextarios caprini lactis ingesseris. Contra vitia persici proficit spartũ ligatũ, vel spartea suspensa de ramis. Mẽse Ianuario, vel Februario locis frigidis, Nouẽbri calidis persicus inseratur, maxime circa terrã furculis plenioribus, & propè arborẽ natis. nã cacumĩa vel nõ tenebũt, vel diu durare nõ poterũt. Inseritur in se, in amygdalo, in pruno. sed armenia, vel præcoqua prunis, duracina amygdalis melius adhærescunt, & tẽpus ætatis acquirũt. Mense Aprili, vel Maio locis calidis, in Italia vero vtroq; exeũte, vel Iunio persicus ino-

Universidad de Deusto
Biblioteca



cularī potest, quod emplastrari dicitur, præciso super tū co, & emplastratis pluribus gemmis, more quo dictū est persicus rubescit, si platano inserta figatur. Duracina seruantur condita muria, & oximelle, vel detractis ossibus ficorū more in sole siccantur, ac pendent. Item sæpe vidi detractis ossibus duracina melle condiri, & saporis esse iucundi. Item bene seruantur, si vmbilicum pomi gutta picis calentis oppleueris, vt sic sapæ innatare cogantur vase concluso.

## De *pinu*.

PINVS creditur prodesse omnibus, quæ sub ea seruntur. Pinum seremus nucleis suis calidis, & siccis regionibus mense Octobri, vel Nouembri, frigidis, & humectis Februario, vel Martio. Amat locū graciliē sæpe maritimū, inter mōtes, & saxa vastior, & procerior inuenitur. Ventosis, & humidis, arborū fiunt incrementa lætiora. Sed siue mōtes velis conserere, seu spatia quæcunq; hæc huic generi deputabis, quæ alteri vtilia esse non possunt. Exarabis ergo ea loca diligenter, atq; purgabis, et frumēti more semē aspergis, ac leui sarculo curabis operire, nec enī plusquā palmo debet abscōdi. Defendenda est tenera arbor à pecore, ne calcetur inualida. Proficiet, si nucleos aqua ante triduū macerabis. Aliqui dicunt fructū pineū translatione mitescere. sed plantas hoc modo procurāt, vt prius multa semina in caliculis terra, & fimo repletis obruant. quæ vbi processerint, relicto eo, qđ solidius est, auferūt alia. vbi iustū cœperit incrementū, trimā plantā cū ipsis caliculis transferunt, quibus fractis inscrobe indulgent radicibus largitatē. Terræ tñ equæ stercus admiscent, facientes straturā alterno ordine subinde crescentē. Seruandū est tñ, vt radix eius, quæ vna, & directa est, vsq; ad summitatē suam possit integra & illæsa transferri. Putatio nouellas pini arbores tantum promouet (quod expertus sum) vt quæ sperauerasincrementa, duplicētur. Nuces pineæ, & vsq; in hoc tēpus in arbore esse possunt



& maturiores legentur. Prius tamē legendæ sunt, q̄ patēscant. Nuclei nisi purgati durare non possunt, tñ aliqui in vasis fictilibus nouis, & terra repletis cum testis suis missos asserunt custodiri.

## De *pruno*.

PRVNA si ossibus serantur autumno, mense Nouēbri, solo putri, & subacto duobus palmis obruantur. Ossa eadē ponantur & mense Februario. Sed tunc prius lixiuio sunt maceranda per triduū, vt cito germinare cogantur. Ponuntur & plantis, quas sumemus ex codice mēse Ianuario exeunte, vel Februario circa idus radicibus fimo oblitis. Gaudent loco læto, & humido, cœlo tepido melius proferuntur, tñ queunt & frigidū sustinere. Locis lapidosis, & glareosis si iuuantur læramine, excusant ne poma caduca, & vermiculosa nascantur. Extirpandæ sunt soboles à radice, exceptis rectioribus, quæ seruabuntur ad plantas. Si languida pruni arbor est, amurca cū aqua æqualiter temperata radicibus debet infundi, vel bubulū lociū solū, vel humanū vetus cū duabus aquæ partibus mistū, vel cineres ex furno, maxime sarmentorū. Si poma decidant, oleastri cuneū terebratæ infige radici. Vermes eius, atq; formicas, rubrica cū pice liquida si adlinatur, extinguet. Sed modestius propter arboris noxā, ne idē faciat remediū, quod venenū. Iuuatur frequenti humore, & assidua fossione. Mense Martio extremo, prunus inseritur melius trunco fisso, q̄ cortice, vel mense Ianuario, ante q̄ incipiat gumē lachrymare. Inseritur in se, & persicū recipit, vel amygdalū, vel malū, sed eā degenerē reddit, & paruā. Pruna siccatur in sole per crates loco sicciore dispositā. Hæc sunt, quæ damescena dicuntur. Alij in aqua marina, vel in muria feruente recenter lecta pruna demergūt, & inde sublata, aut in furno tepido faciunt, aut in sole siccari.

## De *castanea*.

Universidad de Deusto
Biblioteca



CASTANEA seritur & plantis, quæ sponte nascũ tur, & semine. Sed quæ plantis seritur, ita ægra est, vt biẽ nio de eius vita sæpe dubitetur. Serenda est ergo ipsis ca staneis, hoc est seminibus suis, mense Nouembri, & De cembri, itẽ Februario. Eligendæ sunt castaneæ ad ponen dũ recentes, grandes, maturæ. Quas si Nouembri mense seramus, facilẽ se præsentia fructus ipsius præstat. Si vero Februario ponamus, vt vsq; tunc durent, ita faciendum est. in vmbra castaneæ siccentur expansæ. Tunc in augu stũ, & siccũ locũ translatæ cumulũ faciunt, & eas omnes fluuialis arena diligenter operiat. Post dies. XXX. eas re mota arena in aquam frigidam mittis. Quæ sanæ sunt, merguntur, supernatat quæcunq; vexata est. Item quas probasti, similiter obrues, & post. XXX. dies æque pro bas. Hoc cum tertio feceris, vsq; ad veris initium, serere debebis quæ manserint illibatæ. Aliqui in vasculis seruãt arena pariter missa. Amant solum molle, & solutum, nõ tñ arenosum. In sabulone proueniunt, sed humecto. Ni gra terra illis apta est, & carbunculus, & tofus diligẽter infractus. In spisso agro, & rubrica vix prouenit. In ar gilla, & glarea, non potest nasci. Diligit cœli statum fri gidum, sed & tepidum non recusat, si humor assenserit. Delectatur cliuis, & opacis regionibus, ac maxime in septentrionem versis. Pastinari ergo locus debebit, qui huic destinatur arbusto altitudine pedis vnius semis, vel duorum. Vel totus, aut sulcis in ordinem destinatis, aut certe aratris resolui hinc inde findentibus. Qui fimo sa tiatus, ac redactus in puluerem, castanearum semen acci piat non amplius pedis dodrante demersum. Vnicuiq; semini propter notam furculus debet affigi. Ipsa semina singulis locis simul terna, vel quina ponantur, & inter se quatuor pedũ spatio separẽtur. Quibus transferre pla cuerit, bimas plantas transferre debebunt. Locus tñ de ductoria liquoris accipiat, ne humor insidens limo ger mẽ extinguat. Cui placet, potest castaneæ in propaginẽ ducere ima virgulta, quæ in radice nascũtur. Nouũ casta



netum circumfodi debet assidue. Mense Martio, & Sep tembri, incrementum maius acquirit, si putationibus ad iuuetur. Castanea inseritur (sicut probaui ipse) sub corti ce mense Martio, vel Aprili, tñ genere vtroq; respõdet. Potest & inoculari. Inseritur in se, & in salice, sed ex sali ce tardius maturat, & fit asperior in sapore. Castaneæ seruantur vel in eratibus dispositę, vel intra sabulonem, ne inuicem tangantur immersæ, vel in vasculis fictilib9 nouis conditæ, & loco sicciore defossæ, vel inclusæ vir geis ex fago receptaculis, & lutatæ, vt spiracula nõ relin quas, vel ordei paleis minutissimis obrutæ, vel palustri vlua figuratis densioribus sportis reclusæ.

*De pomis alijs.*

HOC mense locis calidis, ac siccis regionibus agrestiũ pyrorum plantas ponimus, quas postea possimus inse rere, & malorum, vel mali punici, & cydonij, & citri, & mespili, fici, sorbi, siliquæ, & plantas agrestis cerasi, post inserendas, & mori taleas, & amygdali semina, & nuces iuglãdes, si in seminarijs (quo dictu est more) pãgantur.

*De apibus.* T. VIII.

HVIVS mensis initio apes ex tamarisci floribus, re liquisq; syluestribus mella conficiunt. Quæ auferenda non sunt, quia seruantur hyberno. Eodem mense sordi bus liberãdi sunt aluei, quia tota hyeme eos mouere, aut aperire non decet. Sed hæc die aprico, tepidoq; facienda sunt, & pennis maxime auium maiorum, quæ habent ri gorem, vel aliquo simili omnia interiora mundẽtur, quo manus non valebit attingere. Tum rimas omnes, quæ sunt extrinsecus, luto, & fimo bubulo mistis linamus. & insuper genestis, vel alijs tegumentis similitudinem porticus imitemur, vt possint à frigore, & tempestate defendi

*Remediũ uitibus, quæ sine fruge luxuriant.* T. IX.

LOCIS calidis, & apricis vites, quæ fructu carent,

Universidad de Deusto
Biblioteca



fronde luxuriãt, & pauperiẽ fœtuũ compẽsant vbertate foliorũ, nũc putare pressius conueniet, frigidis vero mense Februario. Si permanebit hoc vitiũ, circumfossas arena fluuiali, vel cinere debebimus aggerare. Quidã lapides inserunt inter flexuosa radicũ.

*Remedium sterili uiti.* T.X.

HISDEM temporibus, & locis vitẽ, quæ sterilis fuerit græci ita præcipiũt esse curandã. Trunco eius fisso lapidẽ asserũt includendũ, & ibi vrinæ veteris humanæ quatuor cotulas circa truncũ debere suffundi, vt ad radices instillatio ipsa descendat. Tunc adijcienda est terra admista lætamine, & circa radices solũ omne vertendũ.

*De rosario ex paucis uirgultis instituendo.* T.XI.

QVAMVIS mense Februario sint conserenda rosaria, tñ locis calidis, apricis, atq; maritimis hoc etiã mense poterimus instituere rosceta. Quę si indigus plantarũ, voleueris ex paucis virgulis habere copiosa, quaternorũ digitorũ surculos gemmãtes cũ geniculis suis debebis excidere, & in modũ propaginis sternere, & stercore, ac rigationibus adiuuare. Vbi anni ætatem compleuerint, pedis spatio inter se transferre disiunctos, atq; ita solũ, quod huic generi deputabis, implere.

*De uua, quæ usq; ad uer reseruetur in uite.* T.XII.

GRAECIS asserentibus, vt vuã serues in vite vsq; ad veris initia, circa ipsam vitem, quæ fructu plena est, loco vmbroso scrobẽ fodies, altitudine trium pedũ, latitudine duorũ, & mittis sabulonẽ, & ibi calamos figis, in quibus retorques assidue sarmenta fructibus plena, & illæsis botryonibus alligabis, vt solũ nõ contingãt, & cooperies, vt imber eò penetrare nõ possit. Item græcis docentibus vuas in vite, aut poma in arbore si diu seruare volueris, vasculis clausa fictilibus ab ima parte pertusis diligenter à summo tecta suspende, quamuis poma & gypso cooperta in longã seruentur ætatẽ.

*De gregibus ouilli generis & caprini.* T.XIII.



HOC mense agnorũ genera prima generatio est. Sed agnus statim natus vberibus maternis admouendus est. Manu prius tñ exiguũ lactis, in quo spissior est natura, mulgendũ, qđ pastores colostrã vocãt, nanq; hoc agnis, nisi auferatur, nocebit. Ac primo per biduũ natus cũ matre claudatur. Tũc septis obscuris seruetur, & calidis, ita sẽ cluso paruulorũ grege, matrices mittantur in pascua. Sufficiet aũt prius q̃ procedant matrices mane, & cũ saturæ reuertuntur ad vesperã, agnis vbera haurienda permittere. Qui donec firmẽtur intra stabulũ furfuribus vel medica herba, vel (si est copia) farina ordei pascantur ingesta, donec conceptũ paulisper robur ætãtis, pascuũ matribus possint habere commune.

*De pascendi ordine.*

PASCVA ouillo genere vtilia sunt, quæ vel in noualibus, vel in pratis ficcioribus excitantur. Palustria vero noxia sunt, syluestria damnosa lanatis. Salis tñ crebra consperſio, vel pascuis mista, vel canalibus frequenter oblata, debet pecoris leuare fastidiũ. nã per hyemẽ, si penuria est, fœnũ, vel palea, vel vicia, vel facilior victus vlmi seruatis frondibus præbeatur, aut fraxini. Aestiuis mensibus pascantur sub lucis initio, cũ graminis teneri suauitatẽ roris mistura commendat. Quarta hora calescente potus puri fluminis, aut putei præbeatur, aut fontis. Medios solis calores vallis, aut arbor vmbrosa declinet. Deinde vbi flexo iam die ardor infringitur, & solũ primo imbre vesptini roris humescit, gregẽ reuocemus ad pascua. Sed canicularibus, & æstiuis diebus ita pascendæ sunt oues, vt capita gregis semper auertantur à solis obiectu. Hyeme aũt, vel vere nisi resolutis gelicidijs ad pascua prodire nõ debẽt. nã pruinosa herba huic generi morbos creabit, ac tunc semel adaquare sufficiet. Græcas oues, sicut asianas, vel tarentinas moris est potius stabulo nutrire, q̃ campo, & pertusis tabulis, solũ, in quo claudentur, insternere, vt sic tuta cubilia, propter iniuriam

Universidad de Deusto Biblioteca



pretiosi velleris, humor reddat elabens. Sed tribus, per annum totum, diebus aprico die lotas oues vngere oleo oportebit, & vino. Propter serpentes. qui plerunq; sub præsepibus latent, cædrum, vel galbanum, vel mulieris capillos, aut ceruina cornua, frequenter vramus.

*De capris.*

NVNC hirci admittendi sunt, vt fœtum primi veris fouere possit exortus. Sed caper eligendus est, cui sub maxillis duæ videntur pendere verruculæ. Magni corporis, crassis cruribus, breui, plenaq; ceruice, auribus flexis, & grauibus, paruo capite, nitido, spisso, & longo capillo. Ad ineundas fœminas & ante anniculum congruus. Nõ autem durat vltra sexennium. Capella similis corporis, sed magnis vberibus est eligenda. Non tamen ita multæ capræ, vt oues vna statione claudantur, quã luto, & stercore, carere conueniet. Hœdis supra lactis abundantiam, edera, & arbuti, & lentisci cacumina sunt sæpe præbenda. Trimæ educare optime possunt. quod teneriores matres generant transigendum est. Sed vltra VIII. annos seruandę non sunt matrices, quia genus hoc longiore sterilescit ætate.

*De glandibus colligendis.* T.XIIII.

HOC tempore glandis legendæ, ac seruandæ cura nos excitet, quod opus fœmineis, ac puerilibus operis celebratur facile more bacarum.

*De materie cædenda.* T.XV.

NVNC materies ad fabricam cædenda est, cum luna decrescit. Sed arbores, quæ cædentur vsq; ad medullam securibus recisas aliquandiu stare patieris, vt per eas partes humor, siquis in venis continetur, excurrat. Vtiles autem sunt hæ maxime, Abies, quam gallicam vocant, nisi perluatur, leuis, rigida, & in operibus siccis perenne durabilis. Larix vtilissima, ex qua si tabulas suffigas tegulis in fronte, atq; extremitate tectorum, præsidium cõtra incendia contulisti. Neq; enim flammam recipiunt, aut



carbões creare possunt. Quercus durabilis si terrenis operibus obruatur, & aliquatenus palis. Aesculus ædificijs, et ridicis apta materies. Castanea mira soliditate perdurat in agris, & tectis, & operibus cæteris intestinis, cuius solũ pondus in vitio est. Fagus in sicco vtilis, humore corrumpitur. Populus vtraq;, & salix, & tilia in scalpturis necessariæ. Alnus fabricæ inutilis, sed necessaria, si humidus locus ad accipienda fundamenta palandus est. Vlmus, & fraxinus si siccentur, rigescunt, ante curuabiles, cathenis vtiles habentur. Carpinus vtilissima. Cupressus egregia. Pinus nisi in siccitate non durans, cui contra celerem putredinem comperi in Sardinia hoc genere prouideri, vt excisæ trabes eius, aut in piscina qualibet anno toto mersæ latarent, post operi futuræ aut arenis obruerẽtur in litore, vt aggestionẽ, qua tectæ essent alternis æstibus reciprocans fluctus alluaret. Cædrus durabilis, nisi humore tangatur. Quæcunq; autem ex parte meridiana cęduntur, vtiliores sunt, quæ vero ex septentrionali proceriores, sed facile vitiantur.

*De transferendis arboribus maioris ætatis.* T.XVI.

HOC mense locis siccis, calidis, & apricis maiores arbores transferemus truncatis ramis, illæsis radicibus, multo stercore, & rigationibus adiuuandas.

*De oleo faciẽdo secundũ græcos, & emẽdãdo.* T.XVII.

GRAECI in conficiendi olei præceptis ista iusserunt. Tantum legendum esse oliuæ, quantum nocte veniente possimus exprimere. Molam primo oleo debere leuiter esse suspensam. Ossa enim confracta sordescunt. quare de solis carnibus sit prima confectio, & de salignis canistros fieri debere virgultis, quia genus hoc oleum dicitur adiuuare. Nobilius erit, quod sponte defluxerit. Sales deinde, ac nitrum iubent nouo oleo misceri, vt hæc res spissitudinem eius absoluat. Deinde cum amurca subsederit, oleum purum. XXX. diebus exactis, in vitrea vasa transferri, Secundum simili discipli-

na fieri, sed mola fortiore quassari.

*Oleum liburnico simile.* T. XVIII.

OLEVM primum liburnico simile fieri asserunt græci, si in optimo viridi oleo inulam siccam, & lauri folia, & cyperum omnia simul tusa, & subtiliter creta permisceas cum salibus torrefactis, ac tritis, & diu oleo iniecta perturbes. dehinc tribus, aut aliquanto amplius decursis diebus, cum quieuerit, vtaris.

*Vt oleum sordidum purges.* T. XIX.

SI sordet oleum, frictos & adhuc calentes sales iniici iubent, & diligenter operiri. Ita mundum reddi post tempus exiguum.

*De oleo odoris horrendi.* T. XX.

SI fuerit odoris horrēdi, virides oliuas sine ossibus tundi, & in olei metreta chœnicas duas mitti. Si bacæ defuerint, caules tenerrimos oleæ similiter esse tuendos. Nonnulli vtraq; permiscent adiecto etiam sale. Sed omnia intra linteum clausa suspendunt, atq; ita in vas olei demittunt. postea tribus diebus exactis auferunt, & oleum in alia vasa transfundunt. Quidam mittunt vetustum laterem torrefactum. Plerique ordeaceos panes breuiter figuratos, & raro linteo inuolutos mergunt, & nouos subinde permutant. vbi hoc bis, aut tertio fecerint, sales mittunt, & in alia vasa translatum, per paucos dies subsidere patiuntur. Quod si aliquod animal forte deciderit, & oleum putredine, ac nidore vitiauerit, iubent græci coriandri manipulum in olei metreta suspendi, atq; ita paucis diebus manere. Si nihil de nidore decusserit, mutandū est coriandrum, donec superetur hoc vitium. Sed maxime proderit, post senos dies in vasa munda transferre, melius si acetum ante vexerunt. Quidam fœni græci semē siccum, tritumq; permiscent, vel incensos oleaginos carbones in ipso oleo frequenter extingunt. Si acerbus odor fuerit, vuæ excrementa, quæ græci γίγαρτα vocant, præcipiunt tusa, & in massam redacta meriari.



*De oleo rancido curando.* T. XXI.

OLEVM rancidum græci asserunt sic posse curari. Albam ceram mundo, & optimo oleo resolutam, & adhuc liquentem mitti in oleo iubent. Tunc sales frictos calentes, addi, operiri, atq; gypsari. Sic fieri, vt oleum purgetur sapore, & odore mutato. Oleum tamen omne in terrenis locis esse seruandum, & eam eius esse naturam, vt sole, vel igne purgetur, vel aqua feruenti, si simul misceantur in vasculo.

*De condiendis oliuis.* T. XXII.

HOC etiam mense oliuas condiemus. Harum genera sunt diuersa. Colymbades oliuæ fiunt sic. Alternis cratibus oliuarum pulcium spargis, & mel, & acetum, & sales modice, stratura intercedente suffundes. Item sternes oliuas supra surculos fœniculi, vel anethi, siue lentisci, & ramulis oliuæ subditis, aceti heminam, & muriā superfundis, & has constructiones vsq; ad vasculi plenitudinē patieris insurgere. Aliter. Electas oliuas muria maturabis post. xl. dies muriā fundis vniuersam. tunc duas defruti partes, aceti vnam, mentā minute incisam vasculo adijcies, & oliuis replebis, vt iusta infusiōe liquor supernatet. Aliter. Oliuas manu lectas, vna nocte integra, in balnei vapore esse patieris tabulæ, vel crati superpositas. mane balneis exemptas, salibus tritis consperges. & veteris, quę non amplius, quàm. viij. dies poterunt custodiri. Aliter. Oliuas illæsas primo mittis ī muria. post dies. xl. leuabis, atq; intercides acuto calamo. Et si dulciores habere volueris, duas sapæ partes, & aceti vnam, si acriores, aceti duas, & sępe vnam debebis infundere. Aliter. Passi sextarium vnum, cineris bene creti quantū manus vtraq; gestabit, vini veteris vnū sunculū, & aliquantū cupressi foliorū mistis omnibus oliuas infundis, incultas & subinde crustam faciendo saturabis, donec ad vasculorum summa ora peruenias. Aliter. Oliuas, quas iacentes repereris, rugis contrahentibus crispas colligis, & salibus

tritis respersas expandis, donec sole inarescant. Tunc sub strato lauro alternas crates bacarum sæpius ordinabis. Tunc defrutum cum satureiæ fasciculo duabus, aut tribus diebus feruere patieris. Et postquam tepuerit, supra compositas bacas refundes admisto sale paululo, & origani fasce coniecto, supra ius omne perfundes. Aliter. Lectas bacas ex arbore statim condies, rutam, & petrosilinum sternes inter spatia structionis, & subinde ciminati salis aspersione cumulabis. Postremum mel, & acetum super fundes. Nouissime optimi olei quantumcunq; miscebis. Aliter. Legis oliuas ex arbore nigras, & cōpositas muria diluis. tunc ollæ adijcis mellis partes duas, vini vnā, defruti dimidiam. & vbi simul deferbuerint, deponis. ac permoues, & acetum misces. cum refrixerit, super oliuas origani surculos sternis, & supra ius omne diffundes. Aliter. Oliuas manu lectas cum pediculis aqua spargis tribus diebus. deinde mittis in muria, & post. xii. dies exemptas in vase adijcis cum musti, & aceti æquis ponderibus. Et impletum vas ita operies, vt aliqua spiramenta dimittas.

De *horis*. T. XXIII.

NOVEMBREM & Februarium ratio temporis per horas dierum fecit æquales.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXVII. |
| Hora | II. | Pedes | XVII. |
| Hora | III. | Pedes | XIII. |
| Hora | IIII. | Pedes | X. |
| Hora | V. | Pedes | VIII. |
| Hora | VI. | Pedes | VII. |
| Hora | VII. | Pedes | VIII. |
| Hora | VIII. | Pedes | X. |
| Hora | IX. | Pedes | XIII. |
| Hora | X. | Pedes | XVII. |
| Hora | XI. | Pedes | XXVII. |



De serendis frumentis, & faba, & lini semine. T. I.
De fodiendis pastinis, & cædenda materie, palis, & ridicis, & oleo laurino, ac myrtino. T. II.
De hortis, in eo de lactuca, allio, vlpico, cepulla, sinapi. & cunela. T. III.
De pomis, in eo de hypomelidibus, & aliorum mensiū pomis. T. IIII.
De rapis condiendis. T. V.
De echinis, & pernis, & lardo saliendis, & auium laqueis disponendis. T. VI.
De horis. T. VII.

# PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI VIRI ILLVSTRIS DE RE RVSTICA LIBER XIII.

## De *serendis frumentis, faba, & lini semine*. T. I.

DECEMBRI mense seruntur frumenta, triticum, far, ordeū, quamuis ordei satio iam serasit. Et faba circa septimum Idus seri potest. Nā post exactam brumam male seminantur. Hoc etiam mense adhuc lini semen spargi poterit, vsque ad. VII. Idus Decembris.

## De *fodiendis pastinis, & cædenda materie*. T. II.

NVNC ad instituendas vites. sed post Idus pastina inchoemus effodere, sicut ante tractatum est. Et materiem bene hoc mense cædemus. Palos quoque, & corbes faciemus. & ridicas. Et locis frigidis oleum faciemus ex lauro, & myrti bacas, atque lentisci in olei sui confectione quassabimus, & vinum myrtite, sicut dictum est ante, retingemus.

## De *hortis*. T. III.

HOC tēpore serenda est lactuca, vt planta eius Februario transferatur. Etiam nuncalliū, & vlpicū, & cepullæ,

Universidad de Deusto Biblioteca



& sinapi, & cunela seri poterunt, disciplina, & more, quo ante narratum est.

*De pomis.* T. IIII.

HYPOMELIDES poma sunt (vt Martialis asserit) sorbo similia. Mediocri arbore nascuntur. & flore cādidulo. Dulcedo huic fructui cum acuto sapore commista est. Seritur mense Decembri nucleis in vasculis positis. Mense autem Februario hypomelidis planta, sed pollicis magnitudine robusta transfertur breuissimo scrobe, solura terra, plurimo stercore. Sed munienda est, quia cito arescit, si radices eius ventus afflauerit. Terram qualemcunq; non respuit. Amat loca tepida, aprica, maritima, & sepe saxosa. Statum rigidū reformidat. Inseri non potest, exigua durat ætate. Poma eius aut in picatis, & minutis vrceolis, aut scobe populi, aut in ollis inter vuas vinaceis obruta seruabuntur.

*De rapis condiendis.* T. V.

NVNC rapa in partes minutas recisa, & leuiter cocta, & tota die diligentius exsiccata nequid reseruent humoris, & sinapi ex aceto (sicut moris est) temperato, mergere, & condire curabimus, & repleta vasa claudemus, ac post aliquantos dies gustibus explorata, proferemus vsuri. Quam rem Ianuario quoq;, & Nouembri mense poterimus efficere.

*De echinis, & pernis, & lardo saliendis, & auium laqueis disponendis.* T. VI.

NVNC etiam quibus litus in fructu est, vbi lunæ iuuabit augumentum, quę omnium clausorum matris animalium, atq; concharum iubet incremento suo membra turgere, echini carnes salibus condire curabunt. Quod solito more conficitur. Hanc quoq; rem per omnes mēses bene faciemus hybernos. Pernas etiam, & lardū conficimus non solum mense hoc, sed omnibus, quos hyemalis algor astringit. Tempore hoc per humiles syluas,



& bacis fœcunda virgulta ad turdos, & cæteras aues capiendas laqueos expedire conueniet. Hoc vsq; in Martium mensem tendetur aucupium.

*De horis.* T. VII.

DECEMBREM Ianuario in horis causa dispar adiunxit, cum linea simili ille augeatur, iste decrescat.

| | | | |
|---|---|---|---|
| Hora | I. | Pedes | XXIX. |
| Hora | II. | Pedes | XIX. |
| Hora | III. | Pedes | XV. |
| Hora | IIII. | Pedes | XII. |
| Hora | V. | Pedes | X. |
| Hora | VI. | Pedes | IX. |
| Hora | VII. | Pedes | X. |
| Hora | VIII. | Pedes | XII. |
| Hora | IX. | Pedes | XV. |
| Hora | X. | Pedes | XIX. |
| Hora | XI. | Pedes | XXIX. |

## PALLADII RVTILII TAVRI AEMILIANI DE INSITIONE LIBER AD PASIPHILVM VIRVM DOCTISSIMVM.

HABES aliud indultæ fidei testimonium, pro vsura temporis hoc opus de arte insitionis adieci. Sed q̄ volumina hæc ruris colendi serius, q̄ iusseras, scripta sunt, librarij manus segnior fecit, cuius ego tarditatem nunquam maligne æstimo. Scio enim quò frequenter inclinet argutia famulorum. Malo operam eius expectare potius, q̄ timere. Nescio vtrum commune sit dominis, mihi difficile contigit in seruilibus ingenijs inuenire temperiem. Ita sæpissime natura hæc viciat commodum siquod est, & miscet optanda contrarijs. Velocitas procurrit in facinus, segnicies figuram: benignitatis imitatur, & tantum recedit ab agilitate, quantum recessit à scelere. Diu tñ apud te pudorem meum distuli, sed hoc quasi bonus famulus feci. Verū nescio, si tuum ad has modo minutias inclinetur ingeniū. Grande

Universidad de Deusto
Biblioteca



erit,& par desyderio suo,qđ studij tui quæret affectio. Et licet de his nugis fauorabiliter sentias, ego meas opes æstimare nõ differo. Nõ est magni loci assibus intuendis oculos duxisse per puluerẽ,quia nescio quomodo nõ tæ sunt quædã maximarũ personarũ minuta cõpendia.

¶Pro vsura tẽporis hoc est pro temporis vsu sic Cicero longi temporis vsuram dixit. Argutia famulorum.i. calliditas. Nescio vtrum commune sit dominis hoc est an alijs quoq; vsu veniat. Minutiæ, res vilis precij, minimiq;. Non est magni loci, non pertinet ad eum qui sit alicuius dignitatis atq; æstimationis. Assibus intuendis,alludit ad id horatij in triuijs fixum cum se demittit ob assem Noti sunt.i.infamiæ.

PAsiphile ornatus fidei,cui iure fatemur,
Siquid in arcano pectoris vmbra tegit,
Bis septem paruos opus agricolare libellos,
Quos manus hæc scripsit,parte silente pedum,
Nec strictos numeris,nec Apollinis amne fluentes,
Sed pura tantum rusticitate rudes,
Commendas,dignaris,amas,& rustica dicta
Affectu socij sollicitante colis.
Nunc ideo modicum crescens fiducia carmen
Obtulit arbitrio lætificanda tuo.
Est nostræ studium non condemnabile musæ,
Vrbanum fari rusticitatis opus.
Sub thalami specie felices iungere syluas,
Vt soboli mistus crescat vtrinq; decor.
Connexumq; nemus vestire affinibus vmbris,
Et gemina partum nobilitare coma.
Fœderibus blandis dulces confundere succos,
Et lætum duplici fruge saporis ali.
Quæ quibus hospitium præstent virgulta docebo,
Quæ sit adoptiuis arbor onusta comis.
Ipse poli rector,quo incida sydera currunt,
Quo fixa est tellus,quo fluit vnda maris,
Cum posset mistos ramis inducere flores,
Et varia grauidum pingere fronde nemus,



Dignatus nostros hoc insignire labores,
Naturam fieri fanxit ab arte nouam.
Non segne officium nostræ reos esse camœnæ,
Aut operis parui gratia fiet inops.
Si velocis equæ pigro miscetur asello
Ardor,vt in sterilem res cadat acta gradum,
Fœcundumq; genus productus deleat hæres,
Et sibi defectum copia prolis agat,
Cur non arbor inops pinguescat ab hospite gemma,
Et decus externi floris adepta micet?
Incipiam,quicquid veteres scripsere coloni,
Sacraq; priscorum verba labore sequar.
Principio multas species industria solers
Protulit,& doctam iussit inire manum.
Nam quæcunq; virens alienis frondibus arbos
Comitur,his discit credita ferre modis.
Aut noua discreto figuntur germina libro,
Aut aliud summo robore sissa capit,
Aut virideis oculos extremi gemma tumoris
Accipit,& lento stringitur vda sinu.

Nec strictos numeris.i.pedestri oratione. Sub thalami spem) siquidem insitio species matrimonij quodammodo videtur esse. Affinibus vmbris) quia in insitione videndum est quæ cuiq; magis arbor conueniat. Si velocis equæ) ostendit insitionem arborum cum laudandã tũ exercendã quoniã illã rerum natura vtilẽ esse docuit,Si enim homines asinum equæ coniungunt vt inde paretur quædam tertia proles cur non ex arboribus peregrinis tertium quoddam genus per insitionem excitabimus. Res acta cadat hoc est,coitus admissus trãsferatur in gradum sterilem. Deleat hæres) mula deletũ genus equinum quoniam mulæ non generant. Principio mul.) tria insitionũ genera antiqui tradiderũt vt scribit Columella libro.vj.Cap.ix.lento sinu.i.tenaci Vergilius ad digitos sentiscit habebo. De vite.

Primus echionij palmes se iungere Bacchi
Nouit,& externo tenditur vua mero.

Universidad de Deusto Biblioteca



Nexilibus gemmis fœcundos implicat artus
Vitis, & amplexum pascit adulta genus.
Degenerisq; comæ vestigia mitis inumbrat.
Pampinus, & pingui curuat onusta deo.
Echioni, thebani echio terrigena vnus fuit de conditoribus thebarum. Palmes se iungere) appellatur nouus ramus in vite sicut termes in oliua. De oliua.
Robora palladij decorat syluestria rami,
Nobilitat partus baca superba feros.
Fœcundat sterilis pingues oleaster oliuas,
Et quæ non nouit munera, ferre docet.
Dicit Palladius quod oliua satiua inseritur oleastro.
De pyro.
Germine cana pyrus, niueos haud inuida flores
Commodat, & varium nectit amore nemus.
Nunc rapit hirsutis horrenda sororibus arma,
Et docet indomitas ponere tela pyros.
Nunc teretem pingui producit acumine malum,
Fraxineasq; nouo flectit honore manus.
Phyllida quin etiam grandi mitescere fructu
Instituens, duræ dat sua membra cuti.
Et steriles spinos, & inertem fœtibus ornum
Dotat, & ignotum cogit amare decus.
Huius & immissi vertere cydonia rami,
Pomaq; confusus blanda creauit odor.
Castaneæ sepros aspro velamine fœtus
Exuit, & placido pondere mutat onus.
Mespilaq; exarmat pugnacibus horrida membris,
Et mala tranquillo cortice vota premit.
Creditur in libycis sua germina nectere ramis,
Lætaq; puniceo posse decore frui.
Cana pyrus Vergi, ornusq; incanuit albo flore pyri.
Nūc rapit) cōiungitur pyrus satiua pyro syluestri fraxineas manus, ramos. Phyllida) Phyllis regina thracię mutata est in arborē q̄ dicitur amygdalis. Creditur in lybicis) malū punicū signat. De malo punico.
Punica non alios vnquam dignata saporcs



Mala, nec externis associata comis.
Ipsa suas augent mutato semine gemmas,
Et sibi cognato picta rubore placent.
In se tantū inquit inseri potest circa apriles Calēdas mense Martio vltimo. De pomo.
Insita proceris pergit concrescere ramis
Et sociam mutat malus amica pyrum.
Seq; feros syluis hortatur linquere mores,
Et partu gaudet nobiliore frui.
Spiniferas prunos, armataq; robora sentes
Leuigat, & pulchris vestit adulta comis.
Exiguam sorbum dulci distendere succo
Nouit, & ad cupidas flectere poma manus.
Stipitibus gaudet nomen mutare salignis,
Et gratum nymphis spargere flore nemus.
Robora thyrsigero platani concordia Baccho
Fœtibus instituit plena rubore nouis.
Illius insolitas miratur persicus vmbras,
Populeaq; ferunt candida dona comæ.
Mespilus huic paret, lapidosaq; viscera mutam
Tenditur, & niueo plena liquore rubet.
Pro fudibus fœtis, & pro prægnantibus armis
Castaneæ fuluum dant noua mala decus.
Describit hic Palladius decē arbores quibus potest inseri malus. Se feros) malus satiua inseritur malo syluestri. Spiniferas prunus) & spinos iā pruna ferētes Vergilius. Platani cōcordia Baccho) propterea q̄d antiqui sub vmbra platani conniuabātur. De persico.
Ipsa suos onerat meliori germine ramos
Persicus, & pruno scit sociare genus.
Imponitq; leues in stipite phyllidis vmbras,
Et tali discit fortior esse gradu.
De malo cydonio.
Cum præstet cunctis se fulua cydonia pomis,
Alterius nullo creditur hospitio.
Roboris externi librum aspernata superbit,
Scit tantum nullo crescere posse decus.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Sed propriis pandens cognata cubilia ramis
Stat contenta suum nobilitare bonum.

De mespilo.

Aemula dura pyri despecti mala saporis
Mespilus admisso germine tuta subit.
Et geminis sese violentior inserit armis,
Atq; auidas terrent robora sæua manus.

De malo citrio.

Nec non & citrij patiuntur mutua rami
Pignora, quæ grauido cortice morus alit.
Pomaq; pasturi blando redolentia succo
Armatis mutant spicula nota pyris.

De prunis.

Pruna suis addunt felicia germina membris,
Donaq; cognato corpore læta ferunt.
Exarmat fœtus, sed brachia roboris armat
Castaneæ prunus iussa tenere larem.
Exarmat hoc est non profert fructus echinnatos.

De siliqua.

Assuescunt siliquæ viridi mollescere succo.
Et gremio pascunt cætera poma suo.

De ficubus.

Persuadet moris tetrum mutare colorem
Ficus, & inuasis dat sua iura comis.
Se quoq; miratur pingui grandescere succo,
Et solitum gaudet vincere poma modum.
Insignes foliis platanos felicia mensis
Brachia gaudentes vitis honore comas
Ingrediens pingui se cortice maxima ficus
Seruat, & optatos implet adepta sinus.
Inuasis comis) inuasis participiũ est. De moro.
Mutua, quin etiam moris commertia ficus
Præstat, & oblatum robore germen alit.
Fraxinus huic auide confert sua membra sorori,
Et metuit fœtus sparsa cruore nouos.
Proceras fagos, & poma hirsuta virentis
Castaneæ, duris aspera mala comis



Inficiens, monstrat piceo nigrescere partu,
Et succo, pascit turgida poma nouo.
Obsequitur moris blando terebinthus odore,
Et geminis veniunt munera mista bonis.

De sorbis.

Sorba suos partus merito maiores honestant
Seminis, & pulchro curua labore nitent.
Hæc arbos spinæ duros mucronibus artus
Exuit, ac libris mitibus arma tegit.
Aureaq; annexo miscere cydonia fœtu
Gaudet & externi dona coloris amat.

De ceraso.

Inseritur lauro cerasus, partuq; coacto
Tingit adoptiuus virginis ora pudor.
Vmbrantes platanos, & iniquam robore prunum
Compellit gemmis pingere membra suis.
Populeasq; nouo distinguit munere frondes,
Sic blandus spargit brachia cana rubor.
i. Cerasus inseritur in se, in pruno & in platano.

De amygdalo.

Phyllis odoratos primæuis floribus artus
Discissi pruni cortice fixa tegit.
Pomaq; permutat velamine persica misto,
Duriciemq; docet tegminis esse loco.
In modicam tornat siliqua tendente figuram,
Et frondes pulchro ditat odore feras.
Castaneamq; trucem depulsis cogit echinis
Mirari fructus leuia poma sui.
Phyllis odorat) amygdali meminit Plinius. xv. vbi de nucibus agitur.
Quin & amygdaleos subeunt pistacia ramos
Et debitum maius de breuitate petunt.

De pistacijs.

Hæc & cognato cingens terebinthus amictu
Nutrit adoptiuis nobilitanda comis.

De castanea.

Flumineam salicem fœcundant ardua membra
Castaneæ, & multo pasta liquore vigent.

Universidad de Deusto
Biblioteca

## PALLADII

De nuce.

Arbuteas frondes vastæ nucis occupat vmbra,
Pomaq; sub duplici cortice tuta refert.
Cætera, quæ soleis processu temporis vsus
Exprimet, exemplis instituere nouis.
Hæc sat erit tenui versu memorasse poetam.
Quem iuuat effossi terga mouere soli.
Carmina tu duros inter formata bidentes
Aspera, sed miti rusticitate leges.

FINIS.

## CHALCOGRAPHVS LECTORI.

Excussimus hæc ad Aldinũ exemplar, & vigilantissima cura cũ alijs quoq; exemplaribus contulimus oĩbus modis conati efficere, ne (vt plerũq; fit) tã vtilis liber inemẽdatus ad studiosorũ ora perueniret. Proinde errata quæ recognito libro deprehendimus sic corrige.

Iexamenti fo.6.linea.16. In annotationibus in Columellã quaternione C τοῦνμου, φύλακος. Augurẽ fo.2.li.31. Rediegendas in secunda pagina Iræ D. Antiquissimũ fo. 222.li.36. Lucis fo.237.li.11. liber fo.238.lib.26. hinc fo.238.li. 58. pulli fo.240.li.8. cauterio fo.240.li.14. λεπίζω fo.240. li.20. veteres fo.240.li.25. signorũ fo.240.li.64. Cit. fo.241. li.146. in linea sequẽti est cit superfluum. oculata. fo.243. li.12. fluuiius fo.244.li.35. cano fo.240.li.23. lactuculas, fol. 215.li.30.

FINIS.

Anno salutis. M.D.XXVIII.

τέλος, καὶ θεῶ δόξα.

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Chile
Biblioteca